

Im: Iust: Lem: v: J: Bill: Imm:

B. BRISSONII

SELECTARVM EX

iure ciuili Antiquita-  
tum, libri IIII.



EIVSDEM,

*Ad legem Iuliam de Adulce-  
ryis, liber singularis.*


*De Solutionibus & liberatio-  
nibus, libri tres.*



LVGDVN  
APVD IOAN. TORNESIVM,  
ET GVL. GAZEIVM.  
M. D. 'LXIII.

Cum Priuilegio Regis.







# RENATO DAIL.

LONIO EPISCOPQ

LVCIONENSI

B.Brissonius s. d.



A G N A M omnino Iuris ci-  
vili scientia rerum veterum  
memoriam desiderat, nec nisi  
eo, qui totius antiquitatis  
animo perceptam cognitio-  
nem habeat, dignè ac mere-  
tur, explicari potest. In quo  
demonstrando si longiori oratione utar, tibi tuiq;  
similibus, quibus idem mecum probari scio, vide-  
bor in re minimè dubia laborare. Tantum dicam,  
qui contrà sentiunt, ignorare eos, quibus ex fonti-  
bus ius ciuale haustum sit. Quòd si, vti est, ex popu-  
li Rom. legibus institutisq; descriptum fateantur,  
hoc quoque concedant necesse est, ei qui in lure-  
consultorum libris non dicam cum voluptate, sed  
& cum fructu versari volet, totum rerum Roma-  
narum statum tenendum esse. Quarum ignoratio-  
ne cum peccari persæpe, multaq; in occulto latere  
cogitarem, mihi animum ad scribendum appellen-  
ti, visum est ab hac potissimum parte initium du-  
cere. Itaque selectos quosdam auctorum nostro-

rum locos, quorum ex antiquitate interpretatio  
 peteretur, in libellum contuli, eumq; de amicorum  
 sententia in manus hominum venire passus sum,  
 ut hoc veluti ~~προσμίχειν~~, interim dum seriū aliquod  
 & legitimū carmen meditor, à literarum studio-  
 sis gratiam inirem. Tibi verò vni ex omnibus po-  
 tissimum primas hasce nostras prołusiones inscri-  
 psi, qui ita sacras colis, ut à ciuilibus studiis non  
 abhorreas. In quibus cùm te accuratam à primis  
 ætatis temporibus operam posuisse ipse optimus  
 testis sim, isto tui nominis præsidio aduersus ma-  
 leuolorum obtręctationes, quibus sermonis ma-  
 teriam argumenti nouitas dabit, libellum nostrum  
 muniendum putaui. Quem tiamnū, quando iacta  
 alea est, meq; adeò totū tibi commendo atq; trado.  
 Leue quidem, sed tibi non ingratum futurum mu-  
 nus, si eo apud te loco fuerit, quo esse so-  
 lent, quæ ab optima voluntate pro-  
 ficiuntur. Vale Lutetiae

Parisiorum. Pridie

Kal. Iul.

M. D. L V I.



E L E N C H V S C A -  
P I T V M

\*

L I B R I P R I M I .

- De modo & altitudine antiquorum edificiorum, parietumq; crastitudine. CAPUT I.
- De legitimo inter vicinas aedes interijci solito spatio. CAP. II.
- Explicatur quod Vlpianus scribit multe animaduersio-  
nem hodie pecuniariam esse: & de modo estimatione q;  
multarum. CAP. III.
- Declaratur Vlpiani locus, & de diuerso matronarum me-  
retriciumq; vestitu. CAP. IV.
- De vetusto bonorum, liberorumq; profitendorum more.  
CAP. V.
- Quorsum Paulus lanionis instrumento trutinam contine-  
ri dixit. CAP. VI.
- De mancipationis sollemnibus. CAP. VII.
- Quales olim emerentur venderenturq; nūmi. CAP. VIII.
- Notata in veterum cautionibus vox, Recētē. CAP. IX.
- De aqua equis spargi solita, & agitatoribus quedam.  
CAP. X.
- Explicata lex ultima C. de emancipationibus. & de vete-  
ri emancipationum manumissionumq; sollemnitate.  
CAP. XI.
- Vetus de adcessoribus constitutio cum aliquot ad eam per-  
tinentibus locis explicata. CAP. XII.
- Quid sit ad peregrinitatem redigi, & de Romanæ ciuita-  
tis iure. CAP. XIII.
- Collegia illicita quibus legibus, senatus consultis, constitutio-  
nibusq; coērceantur. CAP. XIV.
- De iure nundinarum. CAP. XV.
- De principum orationibus. CAP. XVI.
- De Quæstorum sub imperatoribus munere. CAP. XVII.
- Observata quedam de uxorum ad viros deductione.  
CAP. XVIII.

Exemplis demonstrata antiqua seruitutum recipiendarum formula. CAP. XIX.  
Explicatur Pomponij in l.ij. de origine iuris locus. CAP. XX.

## LIB. III.

De ordine exercendorum publicorum iudiciorum. CAP. I.  
Observata veterum in concipiendis sententijs verba. CAP. II.  
Vnde originem habuerit medicis concessa immunitas.

CAP. III.

Medicos olim exercejous fuisse demonstratur. CAP. IIII.  
Qui sunt caligati milites, & unde appellantur. CAP. V.  
De veteri militaris ordinis conferendi ritu. CAP. VI.  
De militum cingendorum & discingendorum ratione.

CAP. VII.

De incendiiorum cura apud Rom. & instrumentis ad ar-  
cenda incendia comparatis. CAP. VIII.

De scrulis compeditis, &c; ergastulis. CAP. IX.  
Expositum Marcelli responsum, & de unionum disso-  
lutione. CAP. X.

Vnde sicariorum nomen, & de sic & forma. CAP. XI.

De veritate lectionis l. Fulcinius. §. illud sciendum. Verific-  
denique. ex quibus causis in possess. & de statim ob ac-  
tabernis in foro. CAP. XII.

De iactatione motuq; capit is fanaticorum. CAP. XIII.

De iure sepulchrorum. CAP. XIV.

Qui & quatenus religiosus locus fiebat. CAP. XV.

Maceris sepulchra olim includi consueisse. CAP. XVI.

De testiū numero legibus quibusdam constituto. CAP. XVII.

De pœna iniustè prouocantium. CAP. XVIII.

De appellationum temporibus. CAP. XIX.

Prægnantium mulierum pœnam Ronianorum aliorumq;  
populorum institutis differri solitam demonstratur.

CAP. XX.

Constitutionis, qua spadones fieri prohibentur, auctor de-  
monstratur. CAP. XXL

## LIB. III.

De legitimo usurarum modo, & legitime usuræ appel-  
latione. CAP. I.

Vnde

<i>Vnde legitima etas appellata sit.</i>	CAP.	II.
<i>Legis Iulie Miscelle sententia in aliquot Iurisconsultorum locis demonstratur.</i>	CAP.	III.
<i>Quibus magistratibus &amp; qua lege multam dicere permisum fuerit.</i>	CAP.	IV.
<i>De detusa aqua &amp; ignis interdictione, &amp; ea, que in locum eius succedit, deportatione.</i>	CAP.	V.
<i>Constitutiones due de interdictis proferuntur.</i>	CAP.	VI.
<i>De libellis, qui principibus offerebantur.</i>	CAP.	VII.
<i>Vetus rerum venalium proscribendarum mos explicatur.</i>	CAP.	VIII.
<i>Quae sint serilia verbera.</i>	CAP.	IX.
<i>De edilibus municipalibus.</i>	CAP.	X.
<i>Quae fuerint olim sollemnia patrimoniorum onera.</i>	CA.	XL.
<i>De pupillarium tabularum appellatione, &amp; earum conscribendarum forma.</i>	CAP.	XII.
<i>De veterum habitationibus in hortis.</i>	CAP.	XIII.
<i>De magistratum, proconsulum, praesidumq; insignibus.</i>	CAP.	XIV.
<i>De sellis &amp; praetextis magistratum.</i>	CAP.	XV.
<i>De senatorijs ornamentis.</i>	CAP.	XVI.
<i>De premijs delatorum.</i>	CAP.	XVII.
<i>De procuratoribus Cesaris.</i>	CAP.	XVIII.
<i>De praefecto aerarij.</i>	CAP.	XIX.
<i>De procuratore rei priuatae.</i>	CAP.	XX.
<i>De fisci patrono.</i>	CAP.	XXI.

## LIB. IIII.

<i>Qualiter accipienda sit possessionis definitio à Iauoleno tradita in l. Questio. D. de verb. sign.</i>	CAPVT	L
<i>Extraordinarie executiones olim quenam appellarentur.</i>	CAP.	II.
<i>Quae sint sollemnia munera in l. Cum plures. D. de admin.</i>	CAP.	III.
<i>Ilicitarum olim mercium exempla.</i>	CAP.	III.
<i>De agrorum formis &amp; earum aeneis tabulis.</i>	CAP.	V.
<i>De legibus agrorum.</i>	CAP.	VI.
<i>De legibus Iulys iudiciorum.</i>	CAP.	VII.
		<i>De itin</i>

<i>De itinerum per lapides dimetiendorum ratione &amp; leuge Francica.</i>	CAP. VIII.
<i>Quoniam in iure dominij impetrando olim forma serua- retur.</i>	CAP. IX.
<i>De plus potentibus.</i>	CAP. X.
<i>De statuis, imaginibusq; principum.</i>	CAP. XI.
<i>De viarum curatoribus.</i>	CAP. XII.
<i>De decurionibus.</i>	CAP. XIII.
<i>Explicata lex, Abesse. D.ex quibus causis maior parti- cula.</i>	CAP. XIII.
<i>Expositum Tabernac cascarie verbum in Aristonis re- sponso.</i>	CAP. XV.
<i>Coniunctam olim fuisse iuris diuini &amp; humani scienc- tiam.</i>	CAP. XVI.
<i>De mastigophoris ad l. ultim. D.de muneribus &amp; hono- ribus.</i>	CAP. XVII.
<i>In horrea que res olim reconderentur.</i>	CAP. XVIII.
<i>Quod honori veteres ducebant morientium testamentis sibi aliquid relinqui.</i>	CAP. XIX.
<i>De legis actionibus.</i>	CAP. XX.
<i>De actis iudicarijs &amp; notis.</i>	CAP. XXI.
<i>Explicatur l. unica. C.de nudo iure Quiritium tollendo. CAP. XXII.</i>	
<i>Restitutum antiquum verbum in l. mulieris. D.de verbo- rum signific.</i>	CAP. XXIII.



*De modo & altitudine antiquorum ædificiorum, pa-*  
*rictumq; crassitudine.* CAP. I.



M P E R A T O R E S  
Seuerus & Antoninus re-  
scripsere , ædificare cuiq;  
in suo , & ei balneum su-  
perponere licere, dum ne  
vstatum altitudinis mo-  
dum excedat.l.j.C.de edi-  
fic.priu. Est & apud Vlp.  
scriptum , si quid contra  
leges, edictaue principū,  
quaæ ad modum ædificio-  
rum facta sunt, fiat, nun-  
tiari nouum opus possit.l.j. §.nuntiatio. D.de oper.no.nunt.

Ex quo perspicuè appetat, fuisse aliquem Romæ ædificiorum  
altitudini præscriptum modum : qui qualis ante Imperato-  
rum tempora fuerit, certò definire non possum. Habitam  
certè de ea re à Rutilio Florenti & libera tum Republ.ora-  
tionem fuisse reperio : qua quid continetur , ut intellige-  
rem, nondum auctotorum lectione sum consecutus. Quod si  
de Imperatorum constitutionibus queratur , illud comper-  
tum habeo, septuaginta pedibus altius ædes tolli non licuisse:  
cumq; modum ab Augusto primū constitutum, cùm ædifi-  
ciorum crebris ruinis , quibus vrbis aspectus desformabatur,

b subuen

subuenire vellet, quemadmodum à Strabon.lib.v.Geograph.  
 ita scribitur: περὶ δὲ τὰς ουρανικάς τὰς ὑψηλὰς ἐποδομαῖς  
 τοις λαθελαῖς, καὶ κατύπερθε διάφανη πόση ἡ τοις τοῖς  
 ὅπουσις. Eaq; ratione credo, cum principem integrām illam  
 Rutilij, cuius paulo ante memini, orationem in Senatu reci-  
 tasse: quo magis, ipsa enim Tranquilli verba ponam, persua-  
 deret eam rem non à se primò animaduersat, sed antiquis  
 iam tunc curæ fuisse. Secutus aliquo interuallo Augustum  
 Nero, post repressum illud, quo bona pars vrbis conflagravit,  
 incendium, etiam ædificiorum altitudinem cohibuit, spatiaq;  
 dimensus est, ut Corn. Tacit.lib.xv.narrat. Sed quem in ea re  
 in modum seruarit, nec tacitus aperit, nec ego hariolari possum.  
 Ut sit, Augusti constitutionem postea Traianum renouasse  
 Sex. Aurelius auctor est. Quibus omnibus, ait, Traianus per  
 exquisita remedia plurimū opitulatus est, statuens ne do-  
morum altitudo lx.superaret pedes ob ruinas faciles & sumi-  
 pti, si quando talia contingerent, exitiosos. Atque hæc qui-  
 dem altitudo hisce temporibus haberetur, ut est re vera, per-  
 maxima. Sed animaduertendum est, quod Vitruvius lib.ij.  
 cap.ix. refert, in maiestate vrbis & ciuium infinita frequen-  
 tia innumeras habitationes explicari opus fuisse: & cum tan-  
 tam multitudinem ad habitandum in vrbē area plana rece-  
 pere non posset, ad auxilium altitudinis ædificiorum rem  
 ipsam coëgisse deuenire, ut necessario pilis lapideis mœnia-  
 nisq; ac contignationibus alto spatio cœnacula multiplicar-  
 entur. Qua de re Seneca lib.ij. Controversiar. conqueritur.  
Tanta, inquit, altitudo est ædificiorum, tantæq; viarum angu-  
 stiæ, ut neque aduersus ignem præsidium, neque ex ruinis vlu-  
 lum ullam in partem effugium sit. Hæc de ædium altitudine.  
 Proximum est, ut de crassitudine parietum adscribam, quod  
 Vitruvius lib.ij. legibus publicis vetitum fuisse commemorat,  
 maiores crassitudines quam sesquipedales loco cōmuni con-  
 stitui: ceteros autem parietes, ne spatia angustiora fierent, ea-  
 dem crassitudine collocari. Latericos vero nisi displinthij, aut  
 trispinthij fuissent, sesquipedali crassitudine non potuisse plus  
 quam vnam sustinere contignationem. Confirmat hoc &  
 Plinius lib. xxxv. cap. xij. his verbis: Romæ, ait, non sunt talia  
 ædificia, quia sesquipedalis paries, non plus, quam vnam con-  
 tignat

tignationem tolerat: cautumq; est, ne communis crassior fiat,  
nec intergerinorum ratio patitur.

*De legitimo inter vicinas ædes interijci solito spatio.*

## C A P. II.

**S**UPERIORI sermoni subiecte placet de vicinorum inter se ædium intervallo nondum pares factum xij. Tabularum caput. Est autem à Festo Pompeio lib.j. & ab Isidoro lib.xv. Etymol. cap.vlt. traditum inter vicinorum ædificia spatium in latitudinem duos pedes & semislem patens ad circumeundi facultatem intermitti consueuisse: quod in Antonini & veri rescripto significari Iacobus Cuiacius vir Iurisprudentiae in antiquam dignitatem restituenda natus lib.j. Obseruatio. adnotauit. Hoc vero spatium Ambitum antiquitus appellatum ijdem auctores scribunt. Quod vocabulum ex xij. Tab. manare ex eo dilucide colligitur, quod Varro lib.iiij. de lingua Lat. xij. Tab. interpetes ambitum parietum, circuitum interpretari refert: antiquo planè loquendi more, quo, Am, pro, Circum, usurpatum alijs exemplis ex eodem Varrone, Festo, & Macrobio, ut ceteros minorum gentium racciam, planum fieri potest. Et ita ambitum accipiendum constat apud Ciceton. in Topicum ait: Ut si ita respondeas, quoniam P. Scœuola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa rectum proiceretur. Et apud Vitruvium lib.j. cap.j. in illo loco. Iura quoque nota habeat oportet ea, quæ necessaria sunt ædificijs communibus parietum ad ambitum. Sic & in inscriptione Romæ in Sadoleti hortis effossa.

INTER DYOS

PARIETES

AMBITVS PRIVAT.

FLAVI SABINI.

Iam duos pedes cum semis, festettum pedem in xij. Tab. appellari, Volusius Metia. in lib. de Asse, scribit, cuius verba in vulgatis codicibus corrupta facile quisque sic emendanda esse videt. Lex etiam xij. Tab. argumento est, in qua duo pedes & semis festettius pes vocatur: quo verbo dupondium & semislem veteres intellexisse, Plinius quoq; lib. xxxij. cap.

ijij. cum Festo lib. xvij. tradit: eadē forma qua & Trientertium & Besalterū dixisse eos idem Feslus auctor est. Subductis itaque omnibus, ambitum xij. Tab. circumscriptum fuisse relinquitur, verbis, vt mihi quidem verisimile sit, ita conceptis,  
**A M B I T U S P A R I E T V M S E S T E R T I V S P E S E S T O.**  
 Ceterū ut recentiorum Imperatorum ad ædificiorum ambitum pertinentes constitutiones non prætermittam, ab horis publicis priuatorum ædes centum pedibus, à ceteris vero publicis ædificijs xv. pedum spatio remoueri Constantino primū placuit. l. iiii. & l. xlvi. de oper. publ. in C. Th. Theodosio deinde satis visum etiam ab horreis publicis priuatorum ædificia xv. pedum interuallo disiungi. l. si cui. l. mœniana. C. de ædificijs priuat. qui & hoc in d. l. mœniana. constituit, vt priuatorum inter se mœniana, decem pedes, à publicis vero operibus, xv. distent. Quam, vt opinor, legem Gundebaldus rex in legibus Burgundionum intellexit, cum ita cauet: De seruitute luminis vel aëris similiter constitutum, vt inter priuatorum fabricas deceim pedes, inter publicas, xv. dimittantur secundum legem Theodosij.

*Explicatur quod Vlpianus scribit, multæ animaduer-  
sionem hodie pecuniariam esse: & de modo æsti-  
mationeq; multarum.*

C A P .      III.

**M**ULTÆ & poenæ differentias enumetans Vlpianus, multam definit esse specialis peccati coercitionem: cuius animaduersio hodie pecuniaria sit. I. aliud est fraus. D. de verb. sign. Quem locum accuratiū intuens, deprehendit non temere verbum, Hodie, adiectum esse, propterea quod alia olim fuerit multæ animaduersio. Nec enim pecuniaria primū, sed ut Isidor. ex lib. ij. M. Tullij de Repub. refert, olim multa ouium & boum erat, quod tunc esset res in pecore. Id quod à Plinio quoque lib. xvij. cap. iii. traditur, confirmaturq; ex eo quod Plutarch. in Publicola, contumacibus qui Consulibus non paruiscent, constitutam fuisse narrat ἐπειδίας ζημίας, θηρίων καὶ δυοῖς προσέτινης ἀξίας. Qua de re quæ pleniū ex bonorum auctorum libris didici, prosetre non pigebit. Primum erit quod ex Varron. Gellius lib. xj. cap. j. commemorat his verbis concipi solitam

solutam multæ dictiōnēm: *Marco Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego unum ouem multam dico. Quæ verba & apud Nonium Marc.in verbo, Ouis, sed cum vitio, quod ex Gellio facilè tolli possit, referuntur. Atq; ea ita sollempnia verba erant, vt non aliter iusta multæ dictio haberetur, nisi in qua ouis masculino genere efficeretur. Etiam illud si bubus & ouibus simul multa dicebatur, obseruari solitum Plinius in eo, de quo proximè memini loco, docet, vt ne bouem prius quam ouem nominaret, qui indiceret multam. Ceterum quod ad modum multarum attinet, ex Sex. Pomp.lib.xj.& lib.xvij.notandum est, non licuisse quondam pluribus quam xxx.bubus & duabus ouibus quemquam multate: legeq; id ita Titum Menenium Lanatum, & Pub.Sextium Capitolinum Consules sanxisse. Quod & ab eodem auctore lib.xij.traditum suisq; coniicio, cuius verba hodie concisa nullum bonum sensum habent, & ex alijs supra scriptis locis supplenda sunt. Est & in hac parte non leue mendum apud Dionys.Halicar. lib.x. transpositione verborum commissum. Sic enim vulgo scriptum est, τὸ μὲν τοι ζῷματα ἐκ ἡπ-  
τύται ζῷαση διόγει τὴν δοκῆ, κατέλιπον, ἀλλ' εἰτοι τὰς ἀρίστης  
δειλαχει μέγιστης πεδεῖσθαις ὅροι ζῷαση δινοθάες καὶ βιάσκοντα πρό-  
βατα, τὸν τamen δυν πρόβατα καὶ τριάκοντα δόας scribendum  
esse nemo non ex Festo, cui Gellius Varronis auctoritate ni-  
xus consensit, intelligat. Planè Festo Halicarnassus in Con-  
sulum nomine, qui multarum modum statuerunt, refragatur:  
& forte, Græcus homo (Latini enim eiusq; probatissimi au-  
ctoris apud me pluris est fidēs) in fraudem ex eo impulsus est,  
quod illi, quibus legem de modo multarum tribuit, Consules  
legem de aestimatione multarum tulisse dicantur, biennioq;  
post eos Coss.id est, anno ab Urbe condita circiter trecentesimo, vt Capitolinus lapis probat, P.Sestius Q.F.Vibi.N.Ca-  
pitolinus, & Tit.Mennenius Lanatus Consulatum gesse.  
Pecoralis verò multæ aestimatio postquam signato ære popu-  
lus vti cœpit, facta est, oue denis alsibus, boue, centenis aesti-  
mato, quemadmodum Fest.lib.j.& lib.xj.& lib.xvij.& lib.xvij.  
tradit. Plutarch.in Valerio Public. ἢ δὲ τιμὴ μὲν προβατίσθε-  
λοι δέκα, δόας δέκα, ὅπωι νομισματοι χρωμάτων πολλῶν τέτοιοι ρωμαῖοι,  
ἀλλὰ προσετέλαιοι καὶ προστροφίαις εὐθυνόντων. Constat autem*

huiusmodi aestimationem lege factam. De legis nomine video dubitari. Eam Festus Tarpeiam, Gelius Ateriam vocat. Non dubito autem, quin à Spurio Tarpeio Montanea & A. Aterio Fontilena rogata sit, quos simul Consulatum gesisse præter Liuium lib. iij. Capitolinus lapis testatur: Quamquam, ut hoc obiter attingam, in alterius ex Coss. nomine edendo mira sit inter antiquos auctores scripturæ vitio, ut existimo, dissensio. Nam quem Liuius & Plinius lib. vij. cap. xxvij. A. Æternum nominant, eundem Gellius lib. ij. cap. xj. & Solinus Collectaneor. cap. v. A. Thermum appellant. Halicarnassus autem A. Terminus. Quæ omnia nomina falsa & mendosa sunt, corumq; loco verum & germanum Aterij nomen ex Capitolino lapide, quo certius monumentum nullum habemus, reponendum est. Vnde legem Ateriam dixit Gellius: qui ea ratione in concordiam cum Feste adducitur, quando ab utroque ex his Consulibus, à quibus rogata est, legem nomen accipere nihil prohibeat. Plus negotij Liuius facessit, qui legem de multarum estimatione à L. Papyrio Crasso, & L. Julio Coss. laram lib. iiiij. tradit, nisi renouatores suis eos, non primos auctores dixerimus. Post eas certè leges supra multa trium millium & xx. assium fuit, ut est à Feste lib. xj. scriptum, cùm antea x. millibus æris & xv. millibus quosdam multatos apud Halicar. lib. x. & Liuium lib. iij. legamus. Verum eni mero etiam estimatione constituta non desit multa ouibus atque bubus ex vetere instituto dici: quod suis etiamnum temporibus in usu fuisse Varro lib. i. de re Rustic. cap. j. indicat. Plinius lib. xxxij. cap. j. Ex qua consuetudine, inquit, multa legum antiquarum pecore constat etiam Romæ. Sed est paulatim vetustus mos defactudine obliteratus, obtinuitq; multam pecunia ac nummis dici: ut bene Vlpian. multæ animaduersionem hodie pecuniariam esse scriperit. Eodemq; modo animaduertere est, alijs plerisque Pandectarum locis verbo, Hodie, vetusti motis iurisq; abrogationem significari. Ut ecce in l. hodie. D. de pen. Hodie, ait lex, licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre vel grauiorem vel leuiorem. Merito, Hodie. Nam olim minuendæ vel augendæ pœnit, quæ lege imposta esset, potestatem Quæstor non habebat. Verum hodie ipso

vetet

veterum iudiciorum ordine sublatō, pœnæ arbitrio cognitorum extra ordinem infliguntur l.iiij. §.i. D.ad l.lul.pecul.l.vij. §.vlt.D.ad l.lul.repet.l.in senatusconsultum. §.j. D.ad Turpilia.lordo. D.de public.iudic. Sic & in l.hodic. D.ad l.Corn. de fals.& liij.D.ad l.lul.pecul.& l.j.D.ad l.Iuliam amb.& l.ij. §.penult.ad l.Corn.de sicar. verbum Hodie accipi liquet. Similiter & in l.& suum.D.de paſt.Hodie tamen, ait Vlpian. ita demum paſtio huiusmodi creditoribus obest , &c. hodie, id est, post rescriptum D.Marei.de quo in l.rescriptū.D.co.tit.

*Declaratur Vlpiani locus, & de diuerso matronarum  
meretricumq; vestitu.*

C A P. I I I I .

**V**LPIANVS scribit, si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videatur. Multo minus, si meretricia veste feminat, nō matrisam. vestitæ suisſent. Item apud Labconem. §. si quis virgines. D.de iniur. Quæ verba matronalem habitum à meretricio diuersum suisſe indicant, ut vel sola vestis differētia à meretricibus honestæ matresfa. discerni ac dinoscí possent. Id quod ad Vlp.sententiam accommodatissimè Tertull. ostendit in lib.de Cultu femin.his verbis. Aut quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum viſtimæ, quas si quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coēcebant, iam certè seculi improbitas cottidie insurgēt honestissimis quibusq; feminis vsque ad errorem dignoscendi coæquat. Idem in lib.de Pallio. Conuerte, ait, ad feminas : habes spectare quod Cæcina Seuerus grauiter Senatui impresit. Matronæ sine stola in publico. Denique Lentuli Auguris consultis quæ ita se exauctorasset, pro stupro erat pœna, quandoquidem iudices custodesq; dignitatis habitus velut lenocinij factitandi impedimenta sedulo quædam desuefecerant. Sed iam ex antiquitatis veluti parictinis cruere tentemus quod propositis locis aliquid lucis adserat. Inuenio autem honestas mulieres stola & palla indutas suisſe, quemadmodum Non. Marc.in cap.de genere vestim.scribit : & Vlpian.significat in l.vestis. §.muliebria.D.de auro arg.legat. Vnde matronalem stolam Valer.lib.vj.cap.j.dixit, & stolas atque ornatus matronales Vitru.lib.j.cap.j. coniunxit. Sed & Festus lib.xj.matronas

nas tradit appellatas eas ferè, quibus stolas habendi ius esset. Nam meretricibus turpibusq; & inhonestis mulieribus stolarum vsum legibus interdictum fuisse ex eo Tertulliani, quem initio adscripti, loco conisci potest. Quamobrem Martialis lib.j. inquit,

*Quis Floralia vestit, eō stolatum*

*Permittit meretricibus pudorem?*

Erat verò stola oblonga & ad talos usque demittebatur, vt Horat.lib.j. Sermon.sat.ij. indicat. Cuius etiam interpres Acron illo verborum circuitu, quæ eodem loco leguntur,

*- sunt qui nolunt tetigisse nisi illas,*

*Quarum subsuta talos tegis insita veste.*

matronas designari scribit, quæ stola vtebantur ad imos pedes demissā, cuius infimam partem insita ambiebat. Atque in hoc ipso vel maximum inter mulieres stolas & viriles togas discrimen intercedebat, quas prioribus oris infra genua paulum, posterioribus usque ad medios poplites peruenisse Quintilian.lib.xj. cap.vlti. declarat, illud quoque oratori cauendum monens, ne veste longiore vtatur, quoniam mulierum sit longa veste vti. Præterea vittis crines honestæ matres fam, contra atque meretrices, coercebant, vt à Scruito.in. vij. Aeneid.notatur. Hinc Ouid.lib.j.de Arte amand.

*Est procul vittæ tenues insigne pudoris,*

*Quæq; tegis medios insita longa pedes.*

Et alio eiusdem libri loco,

*Ecquid ab hac omnes rigidè summoimus arte,*

*Quæs stola contingi, sumptaq; vitta retat?*

Idem lib.iiij.de Ponto, epist.ad Maximum.

*Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta ligatos*

*Attingit crines, nec stola longa pedes.*

Sic & Tibullus lib.j.Eleg.vj.

*Sit modo casta doce, quamquam nec vitta ligatos*

*Impedit crines, nec stola longa pedes.*

Igitur vittis crines redimitæ, vesteq; talari induitæ honestæ mulieres in publicum procedebant. Succinctioribus contrà, & quæ ad viriles proximè accederent, meretrices vtebantur: quemadmodum Nonius eodem capite sentit. Quam vestium matronalium & meretriciarum differentiam non obscurè Horat.

Horat.lib.j.Sermo.sat.ij. expressit, cùm propter demissam ad talos vestem in matronis facile crurum vitia tegi ait, quæ in meretricibus latere non possunt ob vestium breuitatē. Idem & luuenalis satyr.vi. comprobat, eloquentiam matronis non esse adsestantam inquiens, meretricibusq; relinquendam, quæ crure tenuis medio tunicas succingant. Isidorus autem lib.xix.Etymol.cap.xxv.meretriciæ vestis signum fuisse pallium lineum, quo & matronæ in adulterio deprehensæ inuerterent, scribit. Quod vt ego alijs defecetus testimonij pro certo affirmare non possum, ita exploratum habeo, adulterij damnatas vestem mutasse, depositaq; stola togam, vt à matronis discernerentur, sumpsiſſe. Hoc me Acron in illius Horatiani versus interpretatione docuit, quo matronæ, id est honestæ mulieri togata, id est impudica opponitur. Versus ita habet:

- quid inter-

*Eſt in matrona, ancilla, peccatiue togata?*

Vnde luuenalis adulteram perstringens sat.ij.

*Non sumet, ait, damnata togam.*

Clarius hoc Martialis duobus locis demonstrat. Unus est lib.j.Epigr.

*Coccina famosæ donas & ianthina mæchæ.*

*Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.*

Alter est lib.x.in hæc verba:

*Thetin viderat in toga ſpadonem:*

*Damnatam Numa dixit eſſe mæcham.*

Hoc amplius, vt ceteras matrona:is meretricijq; ornatus differentias persequar, sellis lecticisq; honestiores matronæ, gestabantur, quarum vsum probrosis feminis à Domitiano interdictum Tranquillus narrat Dion.lib.lvii. πρότερον τε αὐτές ὅτε Αὔγουſτος, καὶ ὁ τιβίεις, ἄλλος τέ τις γραμματίοις ὀπτιοις ἀγνῶνται καὶ ἔτι νῦν νομίζονται, διὸν ὅτε ἐφίστησαν. Idem aliās: τοῖς συμποσίοις καθεστήσας ὀποίοις μὲν τὴν εὐλευτῶν γνῶνται χρῆσται, τοῖς δὲ γεροντικοῖς ὀποίοις. Seneca in lib.de Remed.fortuit. Quam in patente stola circumlatam per urbem populus ab omni parte æquè vt maritus inspicerit. Apul.lib.xj.de Afino aur. Vidi & vrlsam mansuem, cultu matronali sella vehebatur. A cedat etiam in argumentum litem legato. D.de legat.lib.ijj. Sed enim lapsis ad mollitiem moribus, de prisca pudoris &

modestiae magistra seueritate multum consuetudo deflexit. Iam Tertullia. pessum ire pudicitiam conquerebatur , quod stolis sellisq; ciceratis in publico mulieres versarentur, quasi in semetiphas lenocinantes , quo facilius de piano conueniri possent. Versa etiam tandem est in fastum, quæ pro pudicitiæ velamento concessâ lectica fuerat. Hic ne ceterarum quoque gentium laudabilia instituta , quorum nobis ad imitandum exempla proponi utile est , prætereantur, admonendi suimus Sparta solis meretricibus floridas vestes & mundum aureum, ut Clemens Alex.lib.iiij. Pædag.auctor est , gestare lieuisse. In matronis id virtus datum. Floridas planè vestes etiam Atheniensium legibus suis meretricibus , quò à reliquis feminis dinoscerentur attributas , Suidas in verbo ἵταρες indicat. Verum ut ad Vlpian.tandem aliquando redeam, iniuriatum postulari posse non videtur, qui meretricia ueste indutas matronas blando sermone adtemptauit , libidinisue causa adscitus est, quippe iusto errore lapsus, cuius ipse iniuriam passę mulieres , causam prebueret , qua se cum eiusmodi ornatu contra ciuitatis morem publico committere non debuerūt. Nec valde absurilis, & ex eodem ferè fonte ducta illa quæstio est, quam Quintilia.lib.vij.cap.iii.proponit, an qui in lupanar cum aliena vxore fuerit deprehensus, adulterij teneatur. Nam & hic iusti erroris excusatione adulterij crimen deprecari potest.

*De vetusto bonorum, liberorumq; proficendorum  
more.*

C A P. V.

**P**ROFESSIONVM duo in libris nostris genera memorantur, quæ nobis initio huius sermonis, vietande confusionis causa distinguenda sunt. Aliæ enim Natales , aliæ Censiales professiones appellantur. l.statum. C.de fide instrun.l.vlt. C.sine censu vel reliquo natos sibi liberos apud acta parentes profitebantur : his censum, patrimoniumq; edebant. De priore specie accipientes sunt l. etiam. D.de probatio.l.non nudis. C.eod.titul.l.nec omissa.l.parentes.l.interrogatam.l.liberos. C.de liber.cau. Ex eoq; vetero liberoru profitendorum more ductum est , quod Sexuola in l.Imperatores. §.j.D.de probatio.refert,mulierem grauid

grauidam repudiatam filium absente marito ut spuriū in actis professam esse. Huiusmodi verò professiones à Marco Antonino Philosopho primū institutas Iul. Capitolinus, ita scribit. Inter hac liberales causas ita munivit, ut primus iubaret apud præfectos ærarij Saturni vnumquemq; ciuium natos sibi liberos profiteri intra diem tricelimum nomine imposito. Per prouincias tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos de originibus idem fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij: ut si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalem diceret, testationes inde ferret. Quamquam etiam ante Marci ætatem clarorum virorum ortus in acta publica relatos ex Sueton. in Tiber. cap. v. & in Calig. cap. viii. intelligimus. Sed & huiusmodi professionum speciem quandam Seruius Tullus præmonstrauerat, qui in singuloruim liberorum recens natoruū capita aliquid lunonis Lucinæ templo inserti, patresq; in censu habendo, non facultates modò, sed suum quoque & vxoris & liberorum nomen, ætateinq; profiteri instituit: quemadmodum Halicarnass. lib. iiiij. auctor est. Ex Antonini verò constitutione apud præfectum ærarij fieri, actisq; adscribi liberorum professiones cōsueuisse idem ipse Capitolinus in Gordian. indicat. Iam illud, inquit, satis constat, quod filium Gordianum nomine Antonini & signo illustrauit, cum apud præfectum ærarij more Roma. professus filium publicis actis nomen eius insereret. Apuleius Apolog. ii. Pater eius natum sibi filium more ceterorum professus est. Tabulæ eius partim ærario publico, partim domi adserabantur. Cui adde quod Seruius in illud Vergil. ii. Georgic.

*- Nec infanus populi tabularia vidit,  
in templo Saturni (quod ærarij custodiē adtributum, & vt Plutarch. in Problemata. ait, φυλακήσιον τὸ συμβολάσιον erat).  
solita reponi acta scribit, quæ parentes libertis suscepit faciebant. Ex quo Iuuenal. satyr. ix.*

*Tollis enim, eis libris actorum spargere gaudes  
Argumenta viri: foribus suspende coronas.  
Iam pater es.*

Venio nunc ad censuales professiones, quæ Romæ iam inde à Seruij Tulli temporibus singulis lustris siebant. De his mentio habetur in Lyt. §. si autem aliquis. D. de munerib. &

honor. & l.censualis. C.de donatio. & apud Sicul. Flacc. in lib.  
 de Condicio. agr. & Hygen. in lib. de Limitib. agror. non vno  
 loco. Earum verò forma aliquatenus exprimitur in l.forma  
 censuali. D.de censib. Ad quam alludens Apuleius Apolog.i.  
 Quod si, inquit, hæc exempla nihil putas, ac me non ad cau-  
 sam agendam, verùm ad censem disserendum vocasti, profi-  
 teor mihi & patri meo relictum à patre h-s vices, & quæ  
 sequuntur. In censem porrò vnà cum fortunis familiae quilibet  
 sive capita deferebat. Erat enim census καὶ τὸ σταῦρον καὶ τὸ  
 αὐθεόπιον ἀπογραφή. Etiam eorum qui censebantur, ætas ad-  
 scribebatur, adeo ut ex censualibus tabulis æstatum nonnun-  
 quam probationes peterentur. Plinius deniq; lib.vij. ex cen-  
 su longissima quorundam vitæ spatia exscripta profert. Atq;  
 hoc modo Augusti edicto totus orbis Romanus paulo ante  
 Christi nativitatem descriptus, ciq; censi agendo in Iudæa  
 Quirinus, vel, vt alij appellant, Cyrenius præfuisse dicitur.  
 Quod à Beato Luca Euangelij sui secundo cap. & à Iosippo  
 lib.xvij. Antiquit. Iudaic. & à Suida in verbo ἀπογραφή rela-  
 tum est. Vnde Tertullian.lib.iiij. aduersus Marcio. Et tamen,  
 ait, quomodo in Synagogam potuit admitti tam repentinus,  
 tam ignotus, cuius nemo adhuc certus de tribu, de populo,  
 de domo, de censu denique Augusti, quem tecum fidelissi-  
 mum dominicae nativitatis Romana archiua custodiunt. Ce-  
 terum prisci illius professionum natalium moris exemplum  
 quoddam in Gallia optimus princeps Franciscus constitutio-  
 ne anno M. D. X X X I X. edita retrulit.

*Quorsum Paulus Lanionis instrumento trutinam con-*  
*tineri dixit.*

C A P. VI.

**M**IRANTVR nonnulli in lanionis instrumento pon-  
 dera trutinasq; à Paulo poni in l. cum de lanionis.  
 D.de instru. & instr.leg. ignorantes nimur olim  
 carnem pondere venisse, vt & in aliquibus Galliæ  
 partibus ad hunc diem mansit: ideoq; lanionibus necessarias  
 ad eam appendendam trutinas fuisset. Quod Lamprid. in  
 Alexand. perspicue ostendit: Cum edulitatem, ait, populus  
 Rom. ab eo peteret, non quidem edulitatem proposuit, sed  
 iussit, ne quis suministrat occideret, ne quis factentem, ne  
 quis

quis vaccam , ne quis damalionem : Tantumq; intra bichen-  
nium vel prope annum porcinæ carnis fuit & bubulae, vt cum  
fuisset octo minutalis libra, ad duos vnumq; utriusque carnis  
libra redigeretur. Hoc idem apud Græcos factitatum Plut.  
lib.ij.Sympodiac.cap.vlt.indicat : ἡ δέ, inquit, οἵ μεσοίς αὐτὰ  
χριστανοῖς τὴν λεωνίαν αὐτῷ διαπάντα πιστά, καὶ πολ-  
λοὶ διαπάντας, θύμα τὸ σωματικὸν σώματος ὅταν ὑπὲρ τὴν χρω-  
ταλικήν τραπέζην σεθμῷ λεῖψαι ἐκαστος μαζαριού ταῦτα πρόστιμα  
Atque ut cetera omnia omittam, bellè hunc locum illustrabit  
promptum ex antiquis monumentis Edictum , quod Romæ  
extat in hac verba:

RATIO DOCVIT UTILITATE SVADENTE, CON-  
SVETVDINE DIMICANDI SVMMO TA, SVB EXA-  
GIO POTIVS PECORA VENDERE, QVAM DIGI-  
TIS CONCLVIDENTIBVS TRADERE ET APPEN-  
SO PECORE, CAPITE, PEDIBVS ET SEVO, LA-  
CTENTE ET SVBGVLARI LANIO CEDENTIBVS,  
RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERRANEIS  
PROFICIAT VENDITORI SVB CONSPECTV PV-  
BLICO FIDE PONDERIS COMPROBATA, VT  
QYANTVM CARO OCCISI PECORIS APPENDAT  
ET EMPTOR NORIT, ET VENDITOR A COM-  
MODIS OMNIBVS PRAEDA DAMNATA, QVAM  
TRIBVNVS OFFICINAE, CANCELLARIUS ET  
SCRIBA ČAPERE CONSVERERANT DE PECVA-  
RIIS. QVAE FORMA INTERDICTI DISPOSITIO-  
NIS SVBGLADII PERICVL O PERPETVO CVSTO-  
DIENDA MANDATVR.

Refertur vero hoc in Inscriptionibus Antiquis. titulo Edicti  
Apronian. Et forte, nihil enim præter coniecturam habeo,  
ab eo Aproniano propositum fuit, quem Valentiniano im-  
perante Vrbis præfecturam gesisse Annia Marcell.lib.xxvj.  
testis est. Coniecturam meam illa ratio adiuuat, quod cura  
carnis ad præfectum Vrbis pertinet l.j. §.cura canis. D.de  
offic præfect. Vrb.

*De mancipacionis follementibus.*

CAP. VII.

D V o fuere proptij rerum ab alienandarum iure Quiri-  
tum comparati modi, cirta quos legitimum in accipien-

c 3 tem



tem dominium transferri non poterat, Mancipatio, & Celsio  
in iure. Nec enim vel à domino res tradita, si neque manci-  
pata, neque in iure celsa esset, accipientis ante ex iure Quiritum  
fiebat, quām per tempus lege statutum possellā vñca-  
ptāq; esset. Vñscapione planè accedente, quā ipso quoque  
Horatio teste quādam res mancipat, quod traditioni deerat  
supplebatur: interim in bonis tantum habere, qui rem ita ac-  
ceperant, dicebantur, vt ab Vlpiano in Institutio. tit. i. expo-  
nitur. Hac de causa non res modò quā mancipi erant, man-  
cipatione alienari, sed & liberorum emancipationes, ado-  
ptionesq; per imaginariam mancipationis sollemnitatē ex-  
pediri consueuerant: quemadmodum Gaius lib. i. Instit. tit.  
 vij. & Fest. Pomp. lib. v. & Gellius lib. v. cap. xix. tradunt. Ex  
quo Suetonij in Augusto locus interpretationem accipit, ia-  
quo ita scriptum est: Adoptauit & Lucium & Gaium domi-  
emptos per æs & libram à patre. Hereditates quoque in he-  
redes per mancipationem transferebantur. Eaq; erant per æs  
& libram facta testamenta, quorum in Vlpiani, Iustinianiq;  
Institutio. fit mentio. Vnde per æs & libram heres apud Ci-  
cero. lib. ij. de Leg. qui & familiæ emptor appellabatur. Cuius  
rei causam cum Plutarchus non intelligeret, sic in lib. de Sera-  
numin. vind. de Romanis loquens scripsit: ὅταν δὲ διαθήτες  
χρέωσι, ἐπόροις μὲν απολεύσασι τελεωμένοις, ἐπίτηδις δὲ πωλήσοι τὰς  
τοιας· οὐ δοκεῖ περάλογον εἶναι. Mancipationis porrò sollemnia  
Boët. in Topic. Cicero. ex antiquorum Iurisconsultorum li-  
bris ita exponit. Mancipatio, ait, imaginaria quādam ven-  
ditio est, quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium.  
Ea q; res ita agitur adhibitis non minus quām quinque testi-  
bus. Ciubus Romanis puberibus, & præterea alio eiusdem  
condicionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libri-  
pens. Is qui mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego  
hominem ex iure Quiritum meum esse dico, isq; mihi em-  
ptus esto hoc ære æneaq; libra. Deinde ære percutit libram,  
idq; æs dat ei à quo mancipiū accipit, quasi pretij loco. Quod  
posteriori à Varro. lib. viii. de lingua Lat. præstringitur, cum  
ait, Pro assibus nonnumquam æs dicebant antiqui: à quo di-  
cimus assēm tenentes. Hoc ære æneaq; libra, Vlpia. in Institu-  
tionib. tit. xix. Mancipatio propria species alienationis est

&amp; rer

& rerum mancipi, eaq; fit certis verbis, libripende & quinque testibus presentibus. Quod & Horatius significat cum ait,

*Si proprium est quod quis libra mercatur &c etc.*

Ex quo & in emancipationibus, & in testamentis, quæ per mancipationem familiæ siebant, quinque testes ciues Romanos cum libripende adhibitos supra positi auctorum loci memorant. Atque hanc libræ adhibendæ sollemnitatem ab eo profectam esse nemo nescit, quod veteres infœctum argentum appendere, non numerare solerent. Plin. lib. xxxij. cap. iij. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis, unde etiam nunc Libella dicitur, & dupondius appendebatur assis. Quare Aëris grauis pena dicta, & adhuc Expensa in rationibus dicuntur. Item impendia, & dependere. Quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores Libripen-des dicuntur. qua consuetudine & in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Cuius rei vestigium ad sua usque tempora in æde Saturni mansisse Varro circa finem lib. iij. de lingua Latin. scribit, in qua trutina propter pensuram posita extabat. Porro adscribi solita fuille in veteribus mancipijs haec verba comperio, R A V D V S C V L O LIBR A M F E R I T O. quibus monebatur emperor asse libram tangere. Varro lib. iij. de lingua Latin. Æs Raudus dictum: ex eo in veteribus mancipijs scriptum, R A V D V S C V L O LIBR A M F E R I T O. Festus lib. xvj. in eiusdem verbi explicatione, Vulgus quidem, ait, in usu habuit non modo pro ære imperfecto, ut Lucilius cum ait, *Plumbi paxillum Rodus limina texam*: sed etiam pro signato: cum dicitur in mancipando, R A V D V S C V L O LIBR A M F E R I T O, id est, asse tangito libram. Raudusculi autem verbo etiam Cicerô epist. viij. lib. iiij. ad Attic. Et epist. penult. lib. vj. & epist. ij. lib. vij. usus est. Valer. lib. v. cap. vj. Cuius testandæ rei gratia capitii effigies æreæ portæ qua excellerat, conclusa est, dictaq; Raudusculana, quod olim Rauda æra dicebantur.

*Quales olim emerentur venderenturq; nūni. C A P . V I I I .*

L E G B Cornelius de falsis, quemadmodum Vlpianus scribit, exprimebatur, ne quis nummos stanneos, planibeos.

heos emere vendere dolo malo vellet. l. ix. §. primo. D. ad legem Corneliam de falsis. Quod legis caput absurdum scio, plerisque vilumiri, quibus nouum videbitur nummos, quibus mercx ipsa estimatur, mercis vice fungi. Ego didic̄ hoc ad peregrinos nummos, Daricos, puça, Philippos, tetradrachnum Atticum, siclos, & alios id genus esse refendū, quos ceterarum rerum exemplo in emptionem deduci solitos Volus. Metianus in lib. de Asle & partibus eius indicat. At peregrinus, ait, nummus loco mercis, ut nunc tetrachnum & drachma habebatur. Hoc autem tetrachnum, ut hoc obiter addam, tetradrachnum à Cassio lib. xij. Epist. Cicero. & à Pollice lib. ix. onomast. appellatur. Similiter & victoriatum nummum, qui à victorize signo impresso id nomen accepit, priusquam lege Clodia percussus esset, ex Illyrico adiectum, mercisq; loco habitum Plin. lib. xxxij. cap. iij. refert. Cuius nummi Varro lib. viii. & lib. ix. de lingua Latin. Cicet. pro M. Fonteio. Quintilian. lib. vj. cap. iiij. Tertullia. in lib. de Virginibus velandis. & idem Plinius lib. xx. cap. vlti. & lib. xxij. cap. vj. meminere. Solidos quoque veterum principum effigie formatos sua etate venisse Constant. in l. j. C. de vet. numis. pot. lib. xj. indicat.

*Notata in Veterum cautionibus vox, Recētē. C A P . I X .*

**V**E T E R V M cautious magna arte diligentiaq; compositas, ut etiam superuacaneis multis clausulis abundarent, facile est ex Aquiliana stipulatione, & ea, quæ in Papiniani auditorio lecta est, cauzione intelligere. Inter cetera autem visitata carum verba dandi faciendaq; promissionibus vocem Recētē addere solitos obseruavi. Quod ego hoc capite exemplis planum faciam. Scœula in l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. oblig. Eaq; recētē sibi dari fieri sic interroganti Sticho seruo L. Titij promisit Callimachus. Papinianus in l. reos. §. cum tabulis. D. de duob. re. Tot auricos recētē dari stipulatus est Iulius Carpus. Paulus in l. lecta. D. si cert. pet. Eaq; proba recētē dari kalendis futuris stipulatus est, &c. Cato de re Rust. cap. cxxxvj. Recētē hæc dari fieri q; satisq; dari domino, aut cui iusserit. promittito, satisq; dato arbitratu domini. Varro etiam priscam formulam recensens

censens lib.ij.de re Rustic.cap.ij. Sanas rectè esse , habereq; , rectè licere,hæc sic rectè fieri spondes: Inuenimus & hæc verba in stipulationibus posita, *Eam rem recte restitui*, vbi vt & in clausula *Recte defendi*, verbum *Recte* pro viri boni arbitrio est : I.hæc verba in stipulatione.D.de verb.sign. I.i.am tamen. §.nunc videamus.l.ex clausula. l.vir bonus. D.iudicatum solui.l.recte. D.de iudicijs. I.hæc autem. §.recte.ex quib.caus.in possessionem.Est & illa in libris nostris cautio, *His rebus recte prestari*.l.ipſi quoque.D.de rei vindicatio.l.redhibere. §.pen. D.de ædilicio edicto. Cuius potestatem explicat Vlpian.in Ialiud. §.vlt.D.de ver.signif. Ita *Recte cauere* in l.ij.D.de vſu fructu ear.rer.& apud Plin.lib.x. Epistol. Item *Recte promittere* in l.penult.D.de transactio. *Recte ire agere* in l.si mihi.D. de scrututib.rustic.præd.Palam recte pronuntiate in l.j. §.j.& I.Ædiles aiunt. D.de ædilicio edicto. Nec omittenda est & illa veteribus familiaris & in re iudicaria persæpe usurpata locutio *Recte atque ordine facuros, ad quos de ea re in iure additum erit*.l.ij.D.ad Senatusconsil.Velleia. quæ duo etiam coniunguntur in l.diu. §.recte. D.de liberali caus. l.observare. §.recte.D.de officio procons. Et apud Ciceronem pro Quintio , & Philipp.v.& in oratione Cæsaris, quæ est apud Sallustium in Catilinæ bello,& aliâs persæpe.

*De aqua equis spargi solita, & agitatoribus quedam.*

C A P . X .

**S**crio quæri qui & quales sint quos Vlpian. scribit aquam equis spargere in l.iiij. D.de his qui notant. infam. Nam plerique nodum in scirpo querentes, inuoluci aliquid illis verbis contineri existimant, quod nobis antiquitatis ignoratio obscurum reddat. Ego vero, quod & verba ipsa palam sonant, eos significari credo qui Circensibus deseruientes , equos cursu incalefentes frigida perfundebant , quò paululum refocillati alacrius cursum repeterent. Cuius rei mihi indicium aliquod Sex.Pomp. lib.xj. facit, qui Nasternam genus esse vasis aquai; ansati & paten-tis scribit , quale est quo equi perfundi solent. Huius autem vasis & Varro lib.j.de re Rustic.& Non.Marcell.& Fulgentius

d in lib

in libello De obscuris vocibus ad Calcid. meminere. Ceterum quod eodem loco Vlpia. ait, agitatores famosos non esse, in dubitationem à Theophilo adducitur, qui inter famosas personas ἄνισχος numerat, quem aurigam agitarotremue interpretari licet. Cui & κυνηγίτην coniungit, cum, ut existimo, intelligens, qui ludo venatorio operas suas locat, aur in arena honorari se paritur. I. aut damnum. §. pen. D. de pénis. Quo modo & venatorem apud Vegetium lib. ij. cap. xxiiij. interpretor. Nam qui virtutis causa vel etiam mercede scras extra arenam venatur, nota caret I. i. §. bestias. D. de postul. Sed quod ad aurigas attinet, in famosis eos nemo Vlpiano repugnantem iure numerauerit, cum & laudi virtutiq; duci hoc exercitationis genus solitum historiarum monimenta testentur, & ex nobilissima quoque iuuentute amplissimoq; ordine in circum nonnullos aurigas producētos Suetonius in Augusto cap. xlij. & in Caligula cap. xvij. narret. Itaque ex eorum, quibus vixit, temporum moribus porius, quam ex prudentum definitione aurigas Theophilus inter infames collocauit.

*Explicata l. vlt. C. de emancipatio. & de veteri emancipationum manumissionumq; sollemnitate.* C A P. XI.

**D**ISPPLICERE sibi in emancipationibus vetustas imaginariarum venditionum & iniuriosorum πατρωτῶν sollemnitates Justinianus proficeret in l. vlt. C. de emancipat. Quod quemadmodum olim se haberet, intelligi nihilominus atriner. Tam enim antiquum ius in hac studia incumbentibus, quam nouum tēnendum est. Sciendum est autem instar seruorum filios familias venundari manumittiq; solitos, nec semel tantum, sed & iterum ac tertio, quemadmodum Caius lib. j. Institutio. tradit, adumbrata venditionis specie fiduciario patri mācipari, quo scilicet patriae porestatis nexu penitus liberarentur, à qua post trinam demum venditionem absolutio ex regijs legibus contingebat. hoc modo cum in imaginariam seruilem causam ut & à Paulo in l. iiij. §. i. D. de cap. deminut. scriptum est, deducuntur, qui per emancipationem patris potestare exhibant, colaphis quoque præterea in ea sollemnitate peragenda cedebantur,

bantur, quod in d.l.vlt.& in Nouel. Constitution.bxxxj. Iustiniianus significat. Nam & hoc in seruorum manumissione factum Isidorus ex quopiam bono auctore lib.ix. Etymolog. cap.iii. refert. Quibus & illud adde , ut reliqua manumissionum sollemnia cōpleteār , quod Sex.Pompeius lib.xj.scribit, dominum eius serui, quem ad libertatem perducere volebat, caput aut aliud niembris tenentem dixisse,hunc hominem liberum esse volo, statimq; cum manumississe. Quæ fortè verba Hermogenianus intelligit in l.manumissio.D.de manum. vind. Præterea verò eis quibus plena libertas dabatur, vindictam lictoris virgam imponi solitam Plutarch. in lib.De sera numinis vindicta,& Persius satyra v.significant,sinc cuius impositione imperatorem ex lege Augusti solo verbo liberum facere eum , quem manumittit , à Paulo traditur in l.apud eun. D.de manum. Circumagebantur deinde & vertebantur serui , quod & eadem satyra Persius & Seneca<sup>a</sup> epistola viij.lib.j. ad Lucilium.& lib.ij. Controuersiarum ostendunt,ac denique raso capite pileum accipiebant. Id quod ad exemplum , qui naue fracta salui euaserant , Nonio Marcello institutum placet. Mihi an ab hoc more mos ille ductus sit , dubitanti probabilitis illius institutionis ratio reddi posse videtur, quod qui libertate mutabantur , tamquam noni homines fierent, ita crinem mutabant, quod apud Athenienses quoque seruatum Suidas in verbo αὐθεντῶν τρίχα memorat. Extremum illud erit libertate donatos nouum patroni nomen assumpsisse , suoq; quod vnicum antea habuisse eos lex , Cùm precum. C.de liberali causa indicat. vnā cum prænomine adiunxisse. Quò alludens Persius

*Verterit, ait, hunc dominus momento turbinis, exit*

*Marcus Dam.t.*

Sed hæc haētenuis.

*Vetus de adsc̄ssoribus constitū:io cum aliquot ad eam  
pertinentib⁹ locis explicata.*

CAP. XII.

**PRINCIPIBVS** magistratibusq; olim in consiliū iuris studiosi adhibebantur.l.Celsus.de legat.ij.l.an manumittere.D.de man.vind.l.ijj.§.j.D.de minor. xxv.an. l.j. D.de offic.ad sess. & hoc ad sidere appellabant.l.mictum. §.sed ex facto. D.quod metus causa. Sucto-

d 2 nius

nius in Tiberio cap. xxxij. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, adsidebatq; mixtim, vel ex aduerso in parte primori. Nec urbanis modò magistratibus, sed & prouinciarum rectoribus, vt ex Lampridio in Alexandro appetet, sui erant adsecessores: de quibus quò sanctius integrusq; ius diceretur, antiquitus constitutum fuisse traditur, vt ne cui in sua prouincia ultra quatuor menses sine speciali principis beneficio licet adsidere. Cuius constitutionis sanctiæ auctorem Spartianus Pescenninū Nigrum memorat, qui cum Marco Antonino & Commodo Imperatoribus honoribus in Repub. floruerit, facile coniectura capi potest, ab illis principibus hanc esse constitutionem sacratam. A quo non longè abhorret quod Xiphilinus & Zonaras à Marco constitutum fuisse referunt, vt ne quis patriæ suæ præcesset, γνωμοδίκη, aiunt, τόπη μετέβατο εἴρεσ αρχέων, διηγήτων, ὅτι δὲ κάτιος οὐ γύναις πολιτών ὅπου εἰ μετέστητο οὐ, γνώμωνται. Illam verò constitutionem iisdem, quas posui, exceptionibus, conditionibusq; temperatam Diocletianus protulit in l. in consiliarijs. C. de adseß. ex qua interpretationem accipit l. hi qui. & l. si cui in prouincia. D. ex quib. cauf. maio. Eoq; referendum est quod Macer scribit, Si eadem prouincia postea diuisa sub duobus præsidibus constituta sit, sine constitutionis offensa ex altera ottum in altera adsecessorum, cum in sua prouincia videatur adsidere, quæ ad alterius præsidis administrationē pertineat. l. iij. D. de offic. adseß. Verum enim verò sic ea constitutio accepta est, ut in his dumtaxat, qui publico salario fruarentur, id est, qui præsidibus, rectoribusq; prouinciarum adsidenter, locum haberet, quibus è publico salario ab eodem Pescennino addita, ac deinde ab Alexandro constituta Spartanus, Lampridiusq; referunt. Ex quo cum Papiniano efficiemus in consilium curationis Recipub. virum eiusdem ciuitatis adsidere non prohiberi, quippe qui publico salario non fruatur. l. vlt. D. de offic. adseß. Non de nihilo igitur in Diocletiani rescripto additum est, MODERATORIBVS ADSEDERIT. Ceterum extat generalior Valentiniā & Theodosij Constitutio, quæ distictè prohibet aliquod administrationis officiū intra eam prouinciam, in qua prouincialis & ciuis habetur, quem affectare,

ctare, cumq; qui contrà fecerit, aduersus leges fecisse & sacrilegij, id est, legum violatarum crimine teneri indicat. l. vlti. C. de crimin. sacril. Ac ne apparitorem quidem, vel statorem, vel proteetorem, vel agentem in rebus in ea prouincia, in qua natus est, vel domicilium habet, quemquam serendum Julianus sanxit in l. iiij. C. de diuer. off. lib. xij. Usque adeò carete suspicione voluere Imperatores eos, qui aliquam in prouincijs potestatem obtinerent.

*Quid sit ad peregrinitatem redigi, & de Romanæ ciuitatis iure.*

CAP. XIII.

**P**ROMENDVM ex antiquitate est, quid hoc valeat, quod apud Vlpianum legimus ad peregrinitatem redigi deportatos. l. sed si hac lege. §. sed si per pœnam. D. de in ius voc. Quo genere dicendi etiam Tranquillus in Claudio vtitur. Splendidum, ait, virum, Graciæq; prouinciaz principem, verùm Latini sermonis ignarum non modò albo iudicu[m] erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Peregrini autem dicebantur qui ciues Romani non erant. l. sed eti. §. solemus. D. de hered. inst. quos à veteribus primum hostes appellatos ab eo quod pari cum ciuib[us] iure viuerent, notius est, quam ut probatio[n]e egeat. Et æquabantur quidem hi in iure reddendo ciuib[us], quod eis per prætorem, cui ea iurisdictio euenerat, dicebatur. Ceterum ciuitatis Romanæ commodis non fruebantur, quæ suisse per maxima & sumini beneficij loco exteris tributa accepimus. Ex ciuium enim Romanorum testamentis soli ciues capiebant, ciuiumq; dumtaxat Romæ rata habebâtur testamenta. Idcirco in lege Falcidia non sine ratione scriptum est: *QVICVMQUE CIVIS ROMANVS POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACIET, IS QVANTAM CVIQVE CIVI ROMANO PECVNIA M PVBlico IVRE DARE VOLET, &c.* Inter solos ciues etiam Romæ iustæ nuptiæ contrahebantur. §. j. Inst. de nupt. Propriumq; corum erat, quod in liberos habebant patriæ potestatis ius. §. j. Inst. de patr. potest. Verberibus etiam cædi ciues, aut in crucem agi, aut iniuissu populi in eos animaduertiſas non erat. In legionibus quoque non

d 3 alij

alij quām qui cipitatem accepissent, militabant. Hoc amplius, inter solos ciues sollemnes per nexus ab alienatione locum habuisse Cicero in Topicis ostendit. Eademq; ante Iustiniani constitutionem usucaptionum causa fuit. Quia cūm īre civili, id est, lege xij. Tabularum introduxit et essent, Italicī soli finibus continebantur, idq; ipsum nominatim legē cauebatur aduersus hostem aeternam auctoritatem esse, ut idem Cicero i. Offic. notat. Adde & honores Romæ gerere, suffragium ferre, sed & toga vti dumtaxat ciuibus licuisse. Fuit enim, vt priora duo, quæ in promptu sunt omnibus, omittam, toga Romani hominis certissimum insigne. I. sed si accepto. D. de iur. fisc. Nec sine crimine aliam Romano homini vel in media Asia vestem sumere licebat. Itaque apud Litium à Q. Fabio in inuidiam P. Scipio eo nomine adducitur, quod in Sicilia palliatus fuisset. Idemq; cūm Rabirio Posthumo ab aduersarijs obiectum esset, accuratam in eo facto purgando orationem Cicero consumit. Quorū omnium quæ Quiritium peculiaria ac propria fuisse docuimus, peregrini expertes erant. Nam nequæ testamenti factio cum his, vt Vlpianus in Institut. tit. xxij. & in §. solemus. tradit, neque connubium erat, quemadmodum idem auctor Institut. tit. v. indicat his verbis. Connubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis, cum Latinis autem & peregrinis ita, si concessum sit. Quod & Boëthius ad Topicā Ciceronis in loco à consequentibus tradit. Hinc Seneca lib. iiiij. de benef. cap. xxxv. Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti, non est mihi cum extraneo connubium. Itaque nec peregrinis eadem quæ ciuibus in liberos potestas erat. Sed & omnis ad honores aditus peregrinis interclusus erat, suffragiorum in vrbe ius nullum. Ad hæc togæ usus interdictus Plinius lib. iiiij. epistol. ad Minut. Idem cūm Græco pallio amictus intrasset (carent enim togæ iure quibus igni & aqua interdictum est) postquam se composuit circumspexitq; habitum suum, Latinè, inquit, declamatetus sum. Sucton. in Claud. cap. xv. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatumue, an palliatum dicere causam oportet, quasi exigitatem integrum ostentans mutare habitum, prout accusaretur, defendetur uicis ius sit. Eam ob rem togæ

iure amicos populos à Romanis donatos historiarum monumentis prodirum est, idq; & nouæ Carthagini concessum Tertullianus in lib.de Pallio significat. Inde togate Galliæ nomen, quam & ad honores adspirasse Tacit.lib.xj. & suffragiorum ius in vrbe habuisse memorat, & Paulus Manutius non dubijs argumentis in Epist.ad Atticum confirmat. Sic & Hispaniæ populos quosdam iuris Italici factos togatos stolatosq; appellatos Strabo lib.iiij. Geographiæ scribit. Ex hoc mœre etiam regibus, quos amicos & socios appellabant, inter cetera togam muneri mittebant, cuius rei apud Cornelium Tacitum lib.x. exemplum extat. Nec verò virilium togarum tantum, sed & prætextarum iure peregrinos caruissè ex Macrobius lib.j.cap.vj. colligitur. Ad hæc prænominibus peregrini non vrebantur, quæ tum demum, cum in ciuitatem efflent adlecti, afflumpsisse eos Cicero lib.xij. Epist. ad Acilium procos ostendit. Cum Demetrio, ait, Mega mihi vetustissimum hospitium est: familiaritas autem tanta quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæsare impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur: Gentilicia planè Romanorum nomina, quemadmodum à Tranquillo scriptū est, peregrinæ condicionis homines usurpare Claudio Cæsar vetuit: per magni interesse ad ciuitatis decus ornamentumq; existimavit, ne nominum quidem societate peregrinis ciues Romanos coniungi. Peregrini portò etiam in vrbe habebantur, qui deditiorum numero erat, vt Vlpianus in Institut.tit.xxij. scribit, idemq; eiusdem libri titul.x. auctor est & eos peregrinos effici, quibus aqua & igni interdicebatur. Cuius in pœnæ locum cum hodie deportatio successerit, consequens est, quod à nobis initio positum est, per deportationis pœnam in peregrinorum statu conditionemq; ciues redigi, id est, vt cum ipsis iure consultis losquar, επιλαθεσ effici. I. quidam D. de pœn.l.j. §. hi quibus. de legat.iiij. Proinde hereditatum quoque capienda statum, & testamenti faciendi, & patræ potestatis, & alia omnino Quiritum iura amittere. I. j. C. de heredibus instituend. I. cius qui. §. j. D. de testamentis. §. cum autem Institution. quib. mod. ius patr. pot.

*Collegia illicita quibus legibus, senatusconsultis, constitutionibusq; coërcitantur.*

C A P. X I I I .

**C**ONSTANS omnium sententia est, nullā illicitis cœtibus capitaliorem Reipub. pestem esse. Itaque neque societatem, neq; collegium, neq; huiusmodi corpus passim omnibus habere Romæ, quantum ab ultima antiquitate repeto, concedebatur, eamq; rem & legibus, & senatusconsultis, &c constitutionibus, mandatisq; principum coërcitam, collegiaq;; præter pauca & certa publica auctoritate confirmata, quæ utilitas ciuitatis desiderasset, sublata Alconius in Cornelia. Cicer. & nostri auctores. in l.j. D. quod cuiusq; vniuer. & l.j. & l.ij. D. de colleg. & corp. scribunt. Leges in eam rem latas inuestiganti mihi regia Tarquinij lege vetustior nulla occurrit, qua præter collegia à Nummo instituta reliqua omnia dissoluit, quemadmodum Hali-carnass. lib. iij. his verbis resert. σωμάτος τε συμπάτειας, οἵτινες πρότερον ἐγίνονται λειτουργῶν καὶ φραγμητασῶν, οἵτινες γενέντων ἐντελεχείας πολλὰ καὶ τοῦτον αὐτὸν, οὐφέρετον τὴν διοίκησιν τοῖς πολλαῖς μηδὲν τοιούτοις εἰς τὸ αὐτὸν πολλὰς βιβλίας ἀποφέρεται μητὸς αλλέλων παιώντων πολὺ παταλύσων τῆς αρχῆς. Senatusconsulta vero, quibus collegia, quæ contra leges instituta esse videbantur, sublata sunt, tria memorantur: unum à Pædia. in Pisonian. quod L. Cæcilio & Q. Martio Coss. factum est. Alterum à Cicerone lib. ij. epist. ad Q. Fratrem, quod Lentulo & Metello Coss. Tertium à Tacito lib. xiiij. Neronianis temporibus factum, cum de contentione inter colonos Nucerinos Pompeianosq; orta ad Senatum relatum esset. Principum de eadem re constitutiones à' ulio Cesare repetemus, quem bellis ciuiibus compositis collegia cuncta præter antiquitus constituta distractiss Sueton. in eius vita cap. xlj. resert. Quod ipsum & ab Augusto postea factum, cum pluri-mæ factiones titulo collegij noui ad nullius non facinoris societatem coïssent, idem auctor in August. cap. xxxij. scribit. Mandatis quinetiam principalibus, quæ præsidibus dabantur, caput hoc insertum accepimus, ut ne collegia sodalitiæc esse præsides provinciarum paterentur, néue milites collegia in castis haberent, id est, non tantum in urbe, sed in Italia & in

in prouincijs locum habere Diuus quoque Seuerus rescriptit l.j. D.de colleg.& corp. Qua de causa etiam Iudeorum religionis causa conuentus in prouincijs praesides proconsulesq; inhibebant, quoad illis facrorum suorum caula cole Augustus epistola ad Norbanum Flaccum Asiac Proconsulem praesidesq; prouinciarū misla permisit, quemadmodum Philo in oratione ad C. Cæsarem refert, qui & ab eo principe ut collegium Iudeorum esse pateretur impetravit, quod tamen stare postea Claudius paſſus non est, qui omnes Iudeorum societates vniuersitatesq; , vt Dion lib.lvij.auctor est, dissoluit, post quem deinde Antoninus Iudeorū vniuersitati velut publicè improbatæ legari nihil posse rescriptit, l.j. C.de Iudeis. Ut enim legitimis approbatisq; collegijs & hereditates & legata dari restituiq; Senatusconsultis Marci, ut opinor, temporibus factis concedebatur. l.eutm senatus. D.de rebus dub.l.omnibus. D.ad Trebellian. ita illicitis atque illegitimis collegijs nihil iure relinqu poterat. l.collegium. C.de hered. instituend. Licta porrò & legitima collegia ea demum habebantur, quibus coëundi ius lege vel Senatusconsulto permisum esset.l.semper. §.quibusdam. D.de iure immunit.l.j. D.quod cuius.vniuers. Quo in genere sigulorum, fabrorum æxariorum,pistorum,tibicinum,aurificum, cerdonum,coriariorum,liectorum, viatorum, publicanorum, nauiculariorum, & eorum qui annonæ vrbis seruiebant, collegia in veterum libris recensentur. Inuenio & in Antiquis inscriptionibus, & in Cod. Theodos. centoniarorum, ac dendrophororum corpus: mensorum item fumenti, in l.ab his. §.j. D.de vacat. mun. Item vinatariorum, lupinatariorum, & caligariorum apud Lampridium in Alexandro : à quo principe omnium artium corpora instituta,hisq; ex scipis defensores datos idem auctor scribit, defensores appellans, quos & syndicos dicimus, quemadmodum in l.j. §.tutores. D.quand.appell.sit. l.ij. & l.xvj. §.vlti. & l.vlt. D.de munerib.& honor.præter quos etiam patronum sibi aliquem collegia quæq; constituebant, cuius rei in Inscriptionibus antiquis testimonia reperiuntur. Huiusmodi verò collegijs arcæ communis habendæ, pecuniæq; in commune cogendæ ius competit. Manumittendorū quoque seruorum potestatem his concessisse Marcus dicitur. l.j.

D.de libert.vniuersit. Quorum omnium nihil illicitis collegijs tribuebatur. Illicita autem existimabantur vtique omnia, quæ non ex senatus Principis auctoritate coiſſent. Aliter enim noua collegia iure institui non potuisse argumento est, quod Bithyniam Proconsule regens Plinius, cùm è re Nicomedenſium ciuitatis existimaret fabrorum collegium institui, id vt facere sibi liceret, à Traiano per litteras, lib.x. Epistol. suarum petit: Cuius tamen petitioni Trajanus adſensus non est, veritus ne quod aliàs acciderat, collegiorum factionibus ea ciuitas vexaretur. Ceterū qui illicitum collegium coiſſe dicebantur, Romæ apud præſectū vrbi accusabantur. l.j. §. vlti. D.de offic.præſect.vrbi.

*De iure nundinarum.*

C A P. X V.

**N**O L L E G I I S nundinas adiungamus, quas ne in priuatis quidem prædijs ad arbitriū instituere cuique permittebatur, sed accedere Principis vel senatus auctoritatem necesse erat. A Principe petiſſum nundinarū habendarum ius indicio est l.j. D.de nundin.in qua ita est. *Nundinis à Principe impetratis, non vten- do qui meruit, decenniū tempore vſum amittit.* A senatu vero impetratum ius hoc quoq; fuisse Plinius lib.v. Epistol.ad Valerianum ostendit. Solers, ait, vir prætorius à senatu petijt vt sibi instituere in agris suis nundinas permetteretur. Contradixerunt Vicentinorum legati. Atq; ita Claudium Imperatorem legibus publicis ſcipſum ſubſicientem ius nundinarum in sua prædia à Consulibus petiſſe accepimus, vt eſt à Suetonio in eius vita relatum.

*De principum orationibus.*

C A P. X VI.

**M**PULSISMI ordinis auctoritas, ex quo vnius dominatu omnia teneri coepere, valde fracta & imminuta eſt: à bonis tamen principibus aliquatenus in eo retenta, quòd quæ constituturi eſſent, orationibus complexi, de his censendi arbitrium senatui relinquebant. Cuiusmodi multæ libris nostris memorantur in senatu recitatæ principum orationes. l.j. & l.ij. D.de ferijs. l.j. D.de fugit.l.cùm hic status.D.de donatio.inter vir. l.cùm hi. D.de

D.de transact. l.oratio. D.de sponsal. l.j. §.j. D.de stat.de.funct. l.iiij. D.si libert.ingen. esse dic. Eas verò orationes patrum consultum , quemadmodum lex , oratione. D.de ritu nupt.indicat, statim subsequebatur. Tacitus lib.xj. Orationē principis secuto patrum consulto primi Hedui senatorum in Urbe ius adepti sunt: Exemplo erit Senatusconsultum de petitione hereditatis , quod ad orationem Hadriani factum ex l.item veniunt. §.præter.l.illud.l.si & rem. D.de petit.heredit. & l.j. C.eodem tit. perspicuè intelligimus. Atque hinc fit, ut quod vno in loco oratione inductum traditur , id alias Senatusconsulto citra villam planè pugnam atque discordiam tribuatur. Ut ecce, de alimentis testamento relictis sine Prætoris auctoritate transigi interdum oratione, interdum Senatusconsulto prohibitum dicitur. l.cùm hi. D.de transact.l.eleganter. §.j. D.de condit.indeb. Alienatio rerum minoris oratione & Senatusconsulto interdicta promiscuè dicitur. l.j. & l.non fit. D.de rebus cor.l.j. l.si ad resoluendam. C.de præd. min. Et quod Senatusconsulto Orphitano plenumque vindicatur, oratione Imperatorum Anronini & Commodo in senatu recitata factum Vlpianus in Inst.tit.xxvj.scribit. & Caius in l.penult.D.ad Senatusc. Tertyllian.scribunt Amplius quod Senatusconsulto cautum constitutumq; crebrè legimus, ne tutor pupillam vel filio suo, vel sibi nuptrum collocet. l.j. C.de interd.matrim.l.amplissimi. C.de excus.tut. l.Senatusconsulto.l.libertū. §.j. D.de tir.nup.id orationi D. Marci adscribitur in l.si quis tutor. §.quamuis. & l.non solum. §.sed et si filius fam. D.de rit.nupt. Quæ omnia ea ratione non esse contraria defendetur, quod Senatui eorum censendorum orationibus in senatu recitatis Imperatores auctores fuerint.

*De Quæstorum sub imperatoribus munere.*

C A P . XVII.

**M**ODESTO O V E T me proximè habitus de orationibus principum sermo, vr de Quæstorum officio, per quos et plerumque recitabantur, quæ legendo adnotau-i, in medium adseram, eoq; magis quod inde lex j, D.de offic.Quæstoris , illustrabitur, in qua Quæstores libris principalibus epistolisq; in senatu legendis vacasse, & Candi-

c a datos

datos principis appellatos Vlpianus scribit: quo sensu Candidati nomen apud Velleium Paternulum lib. posteriore accipiendum censeo, cum ita ait: Quo tempore mihi fratriq; meo Candidatis Cæsaribus proximè à nobilissimis ac sacerdotibus viris destinari Prætoribus cōtigit. Fuisse verò hoc Questorum sub Cæsaribus munus, ut orationes Cæsarum recitarent, multa declarant: Illud imprimis, quod Suetonius Neronem refert præterito Questoris officio per Consules pleriq; recitas. Cuius & illud est in Tito cap. vij. Recepta ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & ipse epistolas dictaret, & edicta conscriberet, orationesq; in senatu recitaret, etiam Questoris vice præseturam quoque prætorij suscepit. Tacitus lib. xvij. Inter quorum aspectus & minas ingressi curiam senatores & oratio principis per Questorem eius audita est. Dion lib. lxxij. σωματικού δὲ ἐν τότε τὸ βελυτίσιον, αὐτὸς μὲν ὁδέην ἀπεψήσας θάσον βράχυν, τὸ δὲ οὖν βιβλίον τῷ πεμφεῖσθαι τοιοῦτον, τὸ τε πινακίδεντα οἱ λαζαρεθμοίστην. Idem lib. lix. de Claudio. καὶ ἡ πάντα ὅλη ἡ σωματικού εἰσέφριγμα, αὐτὸς αὐτογένειαν, ἄλλα τελετάς τούτη γε πρώτην ήγε παρόντας γε πλάθει αὐτογένειαν εἰδίστη. Nec verò ad orationes modo recitandas, sed & ad cetera omnia, quæ vel absentes, vel præsentes, si laborem recitandi fugiebant, senatu nota facere vellent, Questorum opera Principes vtebantur, ut ex his Suetonij verbis appareret, quæ sunt in Augusto, cap. lxv. De filia absens ac libello per Questorem recitato notum senatu fecit.

*Observata quædam de vxorum ad viros deductione.*

C A P . X V I I I .

**P**ossunt de antiquo nuptiarum ritu ex Pandectis nonnulla colligi: ne id quidem negligendum duxi, qui minuta quæque antiquitatis vestigia studiosè persequor, quod saepè inter legendum occurrit, vxorem mariti domum deducam. I. si vxor. §. si minor. D. de adult. I. quæsitum. D. de sponsal. I. ij. in fine. D. de priuileg. credit. I. hæc condicio. D. de condic. & demonst. I. si vt certo. §. interdum. D. commo. I. dotis promissio. I. cùm post. §. in dominum. D. de iur. dot. I. cùm hic status. §. si quis sponsam. D. de donat.

donat.inter vir.iij.D.de his quæ vt indign. Quibus omnibus  
vetus Romanorum mos in mariti domum nouas nuptas tra-  
ducendi demonstratur, qui etiam l.cum fuerit.D.de condit.  
& demonstrat. & l.penult. D.de donat.int.vir. hisce , quos  
subiecti locis , perspicuè comprobatur. Tacitus lib.xij. Nullo  
exemplo deduēta in domū patrui fratris filia. Seneca lib.iiij.  
controversiarum. Cūm infelici face ad dotalenī suum noua  
nupta deduceretur, si qua fides est, exhorri. Augustin.lib.vj.  
de Ciuitate Dei cap.ix. Sed domum ducenda est, quæ nubit,  
adhibetur Deus Domiducus, sic enim eum deum, qui ei sol-  
lemnī deductioni præterat, appellabant, eiusmodiç, epitheto  
Marcianus Cap.lib.ij.de nup. Philologiae Iunonem ornat. Ab  
hoc autem more manauit, quod dicimus vxorem ducere:  
nam id præcise dicitur : etenim cūm dicimus, uxorem duce-  
re , deest , domum. Plenè autem ac perfectè sic enuntiatur,  
Vxorem domum ducere. Terentius Heccy. *Nunquam se illa  
vix uxorem duciturum domum.*

Et aliàs : *Vt ad pauca redeam, uxorem deducit domum.*

Idem Phormi. *Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum.*

Plautus Aulul. *Volo te uxorem domum ducere.*

Et alio eiusdem Comœdia loco. *Vt indotatas ducant uxo-  
res domum.*

Eodemq; modo Græci ἀγέλη γυναικες imminutè dicunt,  
apud quos ista quoque deductio in vsl fuit. Lysias in orat.de  
Eratosthenis cæde. ιπαθὴ τιθοῖ μοι γῆμαι, καὶ γυναικαὶ μητ-  
γόρην εἰς τὴν ἐνίσαγ. Pollux lib.ij. ὄνομας. δ ἡ ἀγωρ τὴν νύμφην  
ικτὸν η πατρὸς ἐνίσας νυμφάγαγε· ἀπότην μὲν δ νυμφία· μετέσαι,  
ἢ νύμφην δὲ μετέναι τὰς δινήσαγαμοῦνται. Ab eadem etiam  
consuetudine & illud prosectorum est, quod Non.Marcell.not.  
Innubere à veteribus dictum pro transire , quòd quæ nube-  
rent, ad maritorum domos transirent. Atq; hac de causa ab-  
senti per litteras vel nuntium posse mulierem utliter nubere  
nostris placet , si in domū eius deducatur. Absentem verò  
mulierem ex litteris suis vel nuntio suo duci non posse , quia  
deductione in mariti domum quasi in domicilium matri-  
monij opus esset. l.mulierem. D.de tit.nupt. l.cum post.9.in  
domum.D.de iur.dot. Vir absens, ait Paulus lib.ij.sent.tit.xx.  
uxorem ducere potest, semina absens nubere non potest.

Cuius differentiae hanc interpres rationem adserit, quod in absentis domum vxore à parentibus eius vel amicis deducta nuptiae celebrati possunt. Quod idem fieri non potest, ubi à viri domo vxor abest. Ceterum vespera in maritorum domum vxores transferebantur, tædis ac facibus præcunctibus. Noctu enim nubebant, quemadmodum Sex. Pomp. lib. xiiij. notat. Eaq; ratio est, cur in Catulli epithalamio noctem imminere pueri puellæq; monent. Velatæ item domum deduccebantur, ut Tertullian. in lib. de virginib. velan. tradit, ingredientesq; domus postes inungebant. Ex quo & vxorum nomen fluxisse Donatus in Terentium credit. & Isidor. lib. ix. Etym. cap. vlt. probat. Sed hæc aliæ.

*Exemplis demonstrata antiqua seruitutum recipiendarum formula.*

CAP. XIX.

**I**N legibus mancipiorum qualiter olim seruitutum receptio fieret, scitu ac cognitione dignum est. Id quod ego aliquor exemplis planum faciam. Vnum sumetur ex l. qui libertatis in fine. D. de cuius. **I T T I N E R A, A C T V S, Q V I B V S S V N T, V T I Q V E S V N T.** & ex l. si seruitus. D. de seruit. vrb. præd. quæ seruitutem luminiū ita recipi solitam indicat. **L V M I N A V T I N V N C S V N T, I T A S I N T.** Quod in Cicerone quoque lib. j. de Orat. obseruari potest. Quo quidem ait, in genere, familiaris noster M. Bucculeius, homo neque meo iudicio stultus, & suo valde sapiens, & à iuris studio non abhorrens, simili in re quodammodo nuper errauit. nam cùm ædes L. Fusio vendret, in mancípio lumina vti tum erant, ita recepit. Alterum promemus ex l. si arborem. §. hæc lex traditionis. D. de seruit. vrb. de stillicidij seruitute. **S T I L L I C I D I A V T I N V N C S V N T, I T A S I N T.** & ex l. cùm in lege. D. de contrah. emp. **F L V M I N A, S T I L L I C I D I A V T I N V N C S V N T,** **V T I T A S I N T.** Quod etiam à Varrone lib. iiiij. de lingua Lat. notatur. Fluuius ait, quod fluit, item flumen, à quo lege prædiorum vrbaniorum scribitur, stillicidia fluminaq; , ut ita fluant cadantq;. Postremum nobis suppeditat l. eum debere. **D. de seruitutib. vrb. præd. P A R I E S O N E R I F E R V N D O V T I N V N C I T A S I T.** Generalem vero receptionem Herenni

Herennius Modestinus in l. quæro. D. de act. empt. ita conceptam profert. SERVITUTES SI QVÆ DEBENTUR DE BEBVNTVR. quam Vlpianus ita concipit. QVIRBUS EST SERVITVS VTIQVE EST. I. quidquid. D. commun. prædi. & de his seruitutum exceptionibus accipiendū est illud Sicili Flacci in libro de condicionibus agrorum. Priuate itaque, ait, viæ ad finitiones agrorum non pertinent, sed ad itinera eis præstanda, quæ sub exceptione non minari in emptionibus agrorum solent.

*Explicatur Pomponij in l. ij. de origine iuris locus.*

C A P . X X .

**V**s Ciuile per multa secula inter sacra ceremoniasq; Deorum abditum, solisq; Pontificibus notum fuisse Cicero pro Muræna, & Valerius Maximus lib. ij. cap. j. scribunt. Ex quibus quemadmodum noster Pomponius in l. ij. §. deinde ex his. D. de orig. iur. ait, constituebatur, quis quoquo anno præesse priuatis: quæ verba nondum quisquam ex animi mei sententia interpretatus est. Nam malè qui verbi præesse vim cognitam non habebant, pro priuatis, priuatus emendarunt. Vsus est verò vocabulo & idem auctor aliquot post interiectis versibus. Augescente, inquit, ciuitate, & qui præterant, genera agendi composuerunt. Ego autem præfie, iuri dicundo præesse, actionesq; & iudicia dare interpretor, & ita quoque accipi contendeo apud Ciceronem lib. j. de Oratore. in eo Crassi sermone, qui ut ab homine iuris perito ex medio foro petitis verbis contextitur, multisq; præfissim, inquit, qui aut interdicto tecum contendenterent, aut te ex iure manu consertum vocarent. Quod ita accipio, ut philosophorum artem cum iuris ciuilis scientia non esse conferendam aequandamq; sentiens, de ea re si controuersia incidat, multis se iudicia constituturum significet, qui actione vel interdicto cum ijs congreedi non dubitent. Et ea quidem verba sic à plerisq; intelligi audio, quasi patrocinio suo defensurum se, consilioq; instructurum in eam contentionem descendentes, Crassus sentiat, quam illi esse verbi Præesse vim existimant: cui quantum ex antiqua Latinè loquendi consuetudine coniucere ac meminisse

minisse possum, in hac sententia locus non est: tam enim causarum actores, quam consultos, qui litigantibus iuris sui persequendi vias tradebant, & ius causarum actoribus, ut cum Asconio loquar, suggerebant, adesse, non praesesse dicebantur. Possunt innumerabilia de hac significatione auctorum loca proferri, illustriora aliquot, ex quibus hoc aperte ostendatur, proposuisse contentus ero. Cicero pro Cæcina: Hoc loco percommode cecidit, quod non adest is, qui paulò ante adfuit, & adesse nobis in hac causa solet Gaius Aquilius. Idem in Topicis: Priuata iudicia maximarum quidem rerum in iure consultorum mihi videntur esse prudentiam & adsunt multum, & adhibentur in consilio, & patronis diligētibus ad eorum prudentiam consuētibus hastas ministrant. Quintilianus lib. vltimi cap. iii. Quid si fortè iurisperitus illi non aderit? Adde quod in Pomponio ea quæ Ciceroni adstruitur, ferri interpretatio non potest: nec enim verisimile est Pontifices tela agentibus subministrasse, aut iudicio contendentibus adfuisse. Et nostram interpretationem hæ quoque phrases comprobant, quæ in Cicerone nostrisq; auctoris crebrò occurruunt. Questioni, iudicio, iurisdictioni præesse l. qui iurisdictioni. D. de iurisdictione omnium iudiciorum. qui neque. D. de iudiciorum. §. postulare. D. de postulac. l. vlti. D. de aqua & aqua pluvia.



F I N I S.

## FRANCISCO BRISSONIO

P. Fontenaiensis præfectoræ paredro

B. Brissoni F. S.

41




EMPER mibi curæ fuit, Pater, iuris civilis  
scientiam, ad quam ab ineunte pene ætate ani-  
mi quadam inductione sum delatus, cum opti-  
marum artium studijs coniungere, et adscitum  
vndiq; ornametis illustrare. Hoc cum mihi be-  
ne ac feliciter euenissem, idem alijs ut fa-  
ciant, auctor esse non dubitabo. Itaque aptissimum hoc et accommodatissimum efflorescenti nostræ ætati scribendi argumen-  
tum ratus, feci non iniutus, ut ex his quæ à me in eo genere obi-  
ter notata erant, paucula quædam capita subsecuuntur horis delibera-  
rem. Quæ cùm doctissimus hominibus, quorum apud me plurimi-  
num auctoritas valet, non indigna viderentur quæ exirent, ni-  
bil putauit alienum me à me pudore facturum, si meum in or-  
nando iure civili studium diuulgato libello proficeret. Idq; eò  
feci libentius, quod apud te, cui non negotij tantum, sed et otij  
nostrri rationem constare volo, testatum relinquere cuperem,  
quibus in studijs quod à forensibus exercitationibus datur, tem-  
pus consumam. Hoc consilio tibi iste nostrorum scriptorum  
primitiae offeruntur: quas etiam absque illa nuncupatione no-  
stra recte vindicares, cuius sumptu, cura, diligentia à prima pue-  
ritia liberaliter educatus, et in celeberrimis Gallie scholis in-  
stitutus, si quid sim adsecutus (quod per exiguum esse non diffi-  
cile) eius tu fructum à me repeteret tuo iure potes. Quod ego  
ita esse planè adgnosco: nec iam obscurè dissimulo, sed aperte  
præ me fero cupuisse me aliquod mæ in te obseruantæ fixum  
ad memoriam sempiternam monumentum extare. Eaq; res fa-  
cit, ut si minus ex his scriptis, ingenij laudem, p[ro]ij certe animi  
et officio voluntatis prædicationem ab æquis æsti-  
matoribus me consecuturum non despe-  
rem. Vale, Lutetiae Parisio-  
rum Kalend. Iul.

M. D. LVI.



f



B. BRISSONII SELE-  
CTARVM EX IVRE CIVILI  
ANTIQUITATVM  
LIB. II.

*De ordine exercendorum publicorum iudiciorum.*

C A P. I.



R DINEM exercendorum publicorum iudiciorū capitalium in vsu esse desississe, hodieq; de criminibus publicis extra ordinem quæri, non semel Iureconsulti scribunt. I.ordo. D.de publ. iud. I.in senatusconsultum. §.j.D.ad Turpillia.l.j. §.vi.l.hodie. D.de pœn. Inde admonitus veterem capitalium quæstionum exercendarum formam exponere institui: rem nehercle ancipitem ac dubiam, maximisq; tenebris inuolutam: sed cuius cognitio non minus vtilis, quam iucunda futura est. Primum autem ad Quæstorem, cui iudicij exercitio obtigisset, rei nomen deferebat is, qui accusare paratus erat, idq; recipi postulabat, & qua lege reum saceret profitebatur. Subscribebat deinde in crimen, id est, vt Vlpian. in l. iij. §. item subscribere. interpretatur, libello subscribebat se professum esse. Quæ res eum similitudine supplicij obstringebat. Hæc Seneca paucis comprehendit in lib. de Morte Claudij, Dicit, ait, illum ante tribunal Æaci. Is lege Cornelias, quæ de sicarijs lata est, quæribat. postulat nomen rei recipi. edit subscriptionem. Subscribebant verò cum accusatoribus & alij, vt ex Asconio ad f. Milonianæ & Cornelianæ, & ex ipso Cicerone in Diuinatio. liquet. Sic Paternulus libro posterio. Quo tempore Capito patruus meus Agrippæ in Cassium subscriptisit. Cælius lib. viij. Epist. Cicer. Itaque sine vulo subscriptore descendit, & Tuccium reum fecit. Tacit. lib. j. Nec multo post Granius Marcellum Quæstorem Bithyniæ Quæstor ipsius Cepio Crispinus

nus maiestatis postulauit subscribente Romano Hispone. Sueton.in lib.de clar.Rhetorib. Donec ob ingenium & studium manumissus accusanti patrono subscriptis. Reo autem ad Praetorem tracto ita accusatio Ascon.in ij.Verrin. auctore instituebatur : accusatore verbi gratia ita dicente, Aio te Siculos spoliasse, Aio te Clodium occidisse. Quod si reus silentio ac taciturnitate excipiebat , nec quicquam contradicebat, lis aestimabatur ut victo: sin negabat, à magistratu dies inquirendorum criminum petebatur. Et hoc modo reus legibus interrogari dicebatur. Cie.pro Domo sua. Qui me vniquam villa lege interrogauit, quis postulauit, quis diem dixit? Sallust.in Catil.coniuratio. P.Antonius & Pub.Sylla designati Coss.legibus ambitus interrogati sunt. Interrogatio enim non ad magistratum, sed ad accusatorem resertur, ut idem Sallust alio eiusdem libri loco indicat. Ipse , ait, Plautia lege interrogatus erat ab L.Paulo. Tacit.lib.xvij.Damnatus ijsdem Coss. Tarquin.Priscus Bithynis interrogantibus.Idem lib.xvj. Quae oblitterari non sinebat Capito Cossutianus præter animum ad flagitia præcipitem inimicus Thraceæ, quod auctoritate eius concidisset, iuuantis Cilicum legatos , dum Capitonem repetundarum interrogant.Post eam verò interrogationem in reatu reus constitutus dicebatur, si Asconio credimus, qui Reum fieri nihil aliud esse ait , quām apud prætorem legibus interrogari. Incidebat verò nonnumquā de accusatore constituendo contentio, pluribus certatim ad accusationem cuiilibet è populo patentem vel præmij spe, vel laudis studio, vel priuatarum inimicitiarum causa proficiuntibus. Cuiusmodi in accusatione Verris inter Ciceronem & Cæci- lium controuersia exitit. Super ea re iudicium ipsis questionum iudicibus cognoscentibus reddebat, quod diuinationem Quintiliano Gellioq; testibus appellabant. Et hoc quoque ipsis publicorum iudiciorum legibus cautum fuisse auctor Rhetic.ad Herenn.lib.j.declarat , vt si reo commodum esset, iudicium de accusatore fieret, vtrum illi accusare licet. Rei nomine recepto, die plerumque decimo vtrunque & accusatorem & reum, quantum ex Ascon.in comm. Cornelia.coligo, adesse Praetor iubebat : & spatium accusatori ad probationes conquirendas dabant, quemadmodum

in Verris accusatione factum in Cicero legimus. Tacit.lib.xij. Syluanum magna pars accusatorum circumsteterat , poscebatq; tempus euocandorum testium. Plin.lib.iiij.epist.ad Minutia.socios ministrosq; Classici detulerunt, nominatimq; in eos inquisitionem postularunt. Interdum autem ipsi reo inquisitio permittebatur. Pater hoc ex eo quod Tacit.lib.xij. Suillium repetundarum postularum annuam inquisitionem impetrasse dicit, & quod Plin.lib.vj.epist.ad Vrsum in senatu actum resert sub exemplo legis ambitus, an in futurum ad legem repetundatum adiiceretur, vt sicut accusatoribus inquietandi denunciandiq; testibus potestas ea lege esset , ita reis quoque fieret. Iam quod ad iudices attinet , eos praetor ex decurijs conscribebat, corumq; nomina in vnam mittebat, & ex his numerum necessarium sortiebatur. Ex eo numero accusatori reoq; integrum erat rei cuncta, quos ex aliqua causa suspectos haberent. In reiectorum locum alios praetor subsortiebatur , quoad legitimus numerus (qui legibus quibusdam amplissimus definiebatur) conficeretur. His perfectis iureiurando conscripti iudiccs, vt Halic.lib.vj.ostendit, adigebantur : iurabantq; omnes in leges praeter ipsum prætorem. Iuratorum nomina libellis configabantur, & vbiique habebantur: sed & in arca reponebantur, ne selectorum vice alijs corruptis suppositis fraus aliqua fieri posset. Quæ omnia ab Asc. accurate in ij.orat.in Verr.exponuntur. Die vero cognitio- nis iudices , accusatores & reos à præcone citari moris fuisse idem auctor in iij.Verr.cum Festo Ponip.lib.xvj.scribit. Apuleius lib.iiij.de Asino aur.Rursum præconis ample boatu citatus accusator quidam senior exurgit. Valer. Max.lib.vj. cap.j. Citatus itaque Scantinius reus , vno teste qui tentatus erat, damnatus est. Quod si citatus accusator neque respondisset, neque excusatus esset , accusatus è reis eximebatur , quemadmodum disertè Cicer.iiij.in Verr.orat.& Pædia.in Corncl. significant. Sin iudicio vtraque pars aderat, oratoribus dicendi potestas fiebat : citabantur testes, palamq; ac publicè interrogabantur.eorum quoque dicta in promptu resellabantur. Causa vtrinque perorata præco dixisse oratores pronuntiabat, vt à Quintilian.lib.j.cap.v. & Ascon.in iij.Verrin.scribi- tur: apud quem tamen pro præcone perpetram, vt existimo,

prætor

prætor subditus est. Tum in consilium iudices mittebantur, & ad sententiam dicendam dimittebantur. Tabellas autem accipiebant iudices absolutionis, condemnationis, & ampliationis litteris inscriptas ac signatas, earumq; aliquam, cum in consilium missi fuerant, in cistam coniucere necesse habebant, antequam eis lege Glaucia comperendinandi data est potestas. Atque ex hoc sollempni ordine nonnihil Pompeia lex immutauit. Ea enim, Asconio in Milonia. auctore, testes priusquam causâ ageretur, per triduum audiri, dictaq; eorum à iudicibus consignari iussit: quarta dein die omnes in posterum adesse iuberit; ac coram accusatore & reo pilas, in quibus iudicium nomina inscripta essent, æquari: postera rursus die sortitionem iudicium fieri vnius & octoginta, qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent, accusatoriq; duæ ad dicendum horæ, reo tres darentur: illoq; ipso die reus iudicaretur. Ita tamen, ut priusquam sententiæ fertentur, quinos ex singulis ordinibus accusatori, totidem reo reiçere licet. De hac lege illud accipiendum est, quod initio lib. iiij. de Finib. Cic. ita scribit. Cum ego te hac noua lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare. Meminit & huius legis in Bruto: qua veluti frenos eloquentiae impositos Tacit. in lib. de Oratorib. dixit ob conclusam tam exiguo temporis spatio causarum actionem. Quam obseruationem posterioribus temporibus neglectam reperio. Nam & Plinius lib. ii. epistol. Arriano, horis pene quinque egisse se narrat. Sed & antiqua illa omnis iudiciorum sollemnitas, occupata & euersa ab Imperatoribus populi libertate, ex usu excessit.

*Obseruata veterum in concipiendis sententijs verba.*

C A P . I I .

**V**E T E R I B V S visitatum in concipiendis sententijs morem hunc suisse, quæ iurati iudices cognouissent, ea non ut esse facta, sed videri pronuntiarent. Budæus ex Cicero. Acad. iiij. & Plinio lib. xiiij. cap. xiiij. & l.j. §.j. D. ad Turpilian. obseruauit. Quod ego alijs iureconsultorum aliorumq; auctorum locis confirmabo. Papianian. in l. ob hæc. D. de his qui notant. infam. Ob hæc verba,

f 3 ait,

ait, sententia: præsidis, *Callido commento* videris accusationis instigator fuisse. Resertur & in l. proximè. D. de his, quæ in test. delent. sententia Prudente & Pollione Coss. ab Antonino Aug. dicta in hæc verba: *Cum Valerius Nepos mutata voluntate inciderit testamentum suum, & heredum nomina induxit, hereditas eius secundum Diui patris mei constitutio nem ad eos, qui scripti sunt, pertinere non videtur.* Cicet. iiiij. in Vert. Actio. Vix hoc ille dixerat, cum iste pronuntiavit Sthenium litteras publicas corrupisse videri. Et paulò post. Omnium sententia pronuntiatum est, Non videri Sthenium impediri edito. Sallust. in Catilin. coniuratio. Consulente Cicerone frequens Senatus decreuit Tarquinij iudicium falsum vide ri. Tacit. lib. xiiij. Pronuntiemus vltro dominum iure cæsum videri. Festus etiam lib. xv. ita veteres cum capit is condemnabant, pronuntiasse tradit, Parum causisse videri. Centumuiralem quoque in querela inofficiosi testamenti pronuntiationem, ex Plinio lib. v. Epist. ad Seuer. hoc modo conceptam fuisse intelligimus, Videri patrem iustas irascendi filio causas habuisse. Idem in senatusconsultis, augurumq; ac pontificum decretis seruatum Liu. lib. xxij. & lib. xxv. & Cic. lib. iiij. Epist. ad Attic. & auctor Rhetic. ad Herenn. lib. j. demonstrant. Interdum tamen aliter quoque pronuntiasse iudices inuenio. Attilium namque Calatinum inter Valerium & Lu etatium iudicem sumptum ita pronuntiasse Valer. Max. lib. ij. cap. iiij. resert, Itaque Lu etati, quamuis adhuc tacueris, secundum te item do. Seneca in prefatio. lib. viij. Declamatio. Summa rei hæc fuit. Centumuiri dixerunt dare ipsos secundum aduersarium Albutij si iurasset Macer. in l. j. D. quæ sentent. sine appell. resci. Si iudex, ait, ita pronuntiauerit, *Cum constet Titum Seio ex illa specie quinquaginta, item ex illa xxv. debere, idcirco L. Titum Seio centum condemnno.* Vlpian. in Lin sententijs. D. de te iud. Si tamen, inquit, is qui petit, summam expreſſerit, & iudex ait, *Solue quod petiūtum eſt, vel Quantum petiūtum eſt, valere sententiā.* Idemq; in l. quid tamen. §. Pomponius. D. de arbitr. incerta sententia hæc exempla profere. *Qua utrum ei debes redde: Dimiſiōne vestre ſhari placet, pro ea parte, quam ſoluisti creditoribus, accipe.* Proponitur & in l. fi præſes. D. de pœn. ita interlocutus præſes, *Vim fecisti.* Est & hæc

hæc irrogandæ relegationis expressa forma, *Illum prouincia illa, insulisq; illis relogo.*

*Vnde originem habuerit medicis concessa immunitas.*

## C A P. III.

**E** R O Romæ medicina coli, & in aliquo pretio haberi cœpit. Diu ut ingenuo homine indigna, neglecta, & ad seruos libertinosq; ablegata est, quos solos serè medicinam factitasse exemplis propè infinitis demonstrari potest. Ex quibus notiora & illustriora scilicet. Sueton. de Nerone, In desperatione rerum, ait, mortem timore appetitam ita expauit, ut haustum venenum pœnitentia euomuerit, medicumq; manumiserit, quod minus noxiū temperasset. Quintilia. lib. vii. cap. iij. Pollio, inquit, contrà seruisse cum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumisſum aliena se familiae immiscuissc. Seneca lib. iij. de Benefic. cap. xxiiij. Tenebatur inclusus Domitius, imperauit medico, eidemq; seruo suo, ut sibi venenum daret. Cicero denique in oratio. pro rege Deiota. Philippum medicum seruum fuisse non vno loco indicat. Et ne nostris omis- sis aliena laboriosius consecpter, huius quoque rei non obscu- ra dant indicia. Ipatronus. §. vlt. I. medicus. D. de oper. libert. I. alimenta. §. j. D. de alim. leg. I. Thais. §. Lucius. D. de fideic. lib. I. j. §. sin autem. C. de com. ser. man. Itaque & in familia medicos seruos artificum numero locoq; habitos ex Varro. lib. j. de re Rust. cap. xvij. & Galeno in lib. de Curatio. per sang. missio. patet. Primus, quemadmodum Tranquilli auctoritate adductus, existimo, Iulius Cæsar medicinam professos Ro- mæ ciuitate donauit. Augustus deinde cum Antonij Musæ liberti opera graui ac periculoſo morbo afflictam valetudinem recuperasset, in beneficij præmium, laborisq; eximij. mercedem, Musæ ipsi præter magnam pecuniarum vim, au- reorum annulorum ius, vniuerso verò medicorum ordini à muneribus civilibus immunitatem dedit. Quod Dion lib. liij. his verbis rettulit. καὶ οἵ τε τοὺς ἡγέμονας παρέ τε τῷ Ἀν- γύστῳ Σ παρὰ Φιλέλην πολλά, καὶ τῷ λυθρίσι Δακτυλίαις (ἀπε- λεύθεροι γάρ ἡμ) λεπτοῖς, τῷρ γε ἀτέλειση καὶ εὐτῷ καὶ τοῖς ὄμο- τέχναις ἐκ' ἔτι καὶ τοῖς τότε ἐστι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑωσίταις ἑμέραις ἐλαστρῷ.

ἐλεεῖν. Hoc amplius, statuā ei patres ære collato iuxta signum  
Æsculapij statuisse Tranquillus auctor est, cuius beneficio  
Augustum conseruatum Plinius quoque lib.xix. cap.vij. &  
lib.xxv. cap.vij. & lib.xxix. cap.j. memorat. Atq; hisce in Mu-  
sam collatis honoribus ornata medicina, paulatim ad aliquē  
amplitudinis gradum peruenit. Confirmata enim est Vespasiani,  
Hadriani , aliorumq; Imperatorum rescriptis, medicis  
data ab Augusto immunitas,l. vlt.in fin.D.de munereb.& ho-  
norib. tandemq; ad certum numerum reuocata, verentibus  
Imperatoribus ne eo proposito præmio ad medicinam quis-  
que ciuilium munerum euitandorum, causa animum adiun-  
geret. Itaque in singulis ciuitatibus medicorum, qui immuni-  
tate fruerentur, numerum definiri placuit:eaq; de re Modest.  
epistolam Antonini Pij referit in Lvj. D.de excusat.tut.eiusq;  
statuti numeri meminere l.j.D.de creter.ab ord.fac.l.j.&l.v.  
de professorib.& med.lib.x.C. Nec tamen intra eum nume-  
rum qui erant ordine inuito, ut à Diocletia. s̄p̄ius rescriptum  
dicitur, immunitatem habebant.l.nec intra. C.de professio-  
rib.lib.x.C. Quod argumento est, decreto decurionum vel ijs  
qui statuto numero continebantur, immunitatem tributam  
fuisse. Ceterū valde artis suę decus Commodi temporibus  
Clau.Galenus auxit, cui summos Romæ honores habitos, sta-  
tuamq; publicè positā serunt. Secutus aliquo interuallo Ale-  
xander medicis annonas, Lampridio teste, addidit: sed & data  
medicis à superioribus principibus beneficia Impp. Constan-  
tinus, Honor. & Theod. cōfirmarunt, quorum in Iustinianeo  
Theodosianoq; Codice etiānum cōstitutiones extant. Quo-  
rum omnium vestigijs insistens Iulianus, oneribus municipa-  
libus medicos Grēca constitutione liberavit, quā ex eius Epi-  
stolis, quod ad rem faciat, hūc transcribere dignū putau. Τὸ  
ἰατρικὴν ἐπιείματα ποιησάνδη τοῖς αὐθράποις τυγχάνειν τὸ γένερον  
τὸ χρῆσται μετίνεται. Διὸ καὶ ταῦτην εἴ τραπέ πιφοῖταιναι δικαῖως φί-  
λοσόφων πᾶσιν λειπόντων. τὸ γε ἀδικίας τὸ ἀμιτόφερα φύσεως, οὐ τὸ  
τὸ επουμβανόντων ἀρέσσομάτων ἐπενορθώται. Μή ταῦτας οὐ γένη  
τὸ Φίλικά λαγησμένη, σωματικά τοῖς αὐθινῷ θεσπιεύσοι, θεωρίζονται  
λειπόνται τὸν βασιντικῶν λεῖτρην μάτων αὐτονομήτος ὑμᾶς τοῖς λοι-  
ποῖς χρήσταις διάγειν. Quæ cōstitutio etiam Latine reditta extat  
in l.ratio æquitatis.de medic.& professi in Cod.Theod.

Medic

*Medicos olim καρκίνους fuisse demonstratur. C A P. IIII.*

**V**ONIAM in medicorum sermonem venimus, prætermittendū non puto, idcirco ignobilis medicorum munus suissē, quòd ipsimet manibus suis olim venas inciderent, medicamenta præberent, clysteres, emplastra, collyria admouerent, ijsdemq; omnibus, quibus hodie chirurgi, partibus fungerentur. Cuius rei ex libris quoque nostris non dubia argumenta promi possunt: vel illud imprimis, quod aduersus medicum, qui imperitè scruum fecuerit, ex locato, vel ex l. Aquilia actionem dari traditur in l. qua actione. §. vlt. & l. idem iuris. D. ad leg. Aquil. Et quòd in instrumento medici collyria, emplastra, ferramenta à Paulo ponī legimus. in l. cùm de lanionis. §. in instrumento. D. de instruc. & instr. & lib. iij. Sentent. titul. ix. hoc idem aliorū quoque auctōrum testimonijs perspicue comprobatur, quorum me multitudo ipsa penē obruit. Cicero in Piso. Sed ei medico, quem tecum duxeras imperasti, vt venas hominis incideret. Lamprid. in Commodo. Imitatus est & medicum, vt sanguinem hominibus mitteret scalpis scālibus. Seneca lib. vij. epist. Numquid æger laudat medicum sc̄cantem? Accedat & Suet. in Nero. cap. xxxvij. locus. & quod Plin. lib. xxix. cap. j. scribit Artagathum medicum à sc̄uitia secandi vrendiq; in carnificem transiisse. Galenus planè ipse in lib. de cūratio. per sanguin. missio. venas se aperuisse aliquotiēs narrat. Hinc & forcipes secandi causa medicis à Sosipatro tribuitur, quos præterea vulneribus manus attulisse, & inunxitse, virilitatem excidisse, aliaq; omnia per se expleuisse, ad quæ aliena nunc opera vtuntur, vt aliquem modum faciat Plin. lib. vij. cap. iij. Seneca lib. iij. de ira. Gell. lib. xij. cap. v. Paul. lib. v. Sentent. titul. xxiiij. Vlpian. in Liij. §. vlt. D. ad legem Cornel. de sic. probant.

*Qui sunt caligati milites, & unde appellantur. C A P. V.*

**P**A R V' M lique quo sensu caligati milites appellen- tur in l. iij. D. de not. infsa. l. à caligato. C. de nup. l. de militibus. D. de custod. reo. l. omne. §. exploratores. D. de re milit. Idque in controuersiam à plerisq; vocari scio. Iustinianus certe in Nou. quib. mod. natur. effi-

ciāt. legit. Caligatos viliores, & obscuriores, & quos gregarios dicimus, milites interpretatur. Quam interpretationem Suetonij verba hæc in Augusto, comprobant: Murales coronas quam parcissime & sine ambitione etiā caligatis tribuit. Idem in Vitellio: Veterem de se persuasionem Vitellius recentibus etiam de se experimentis auxerat, tota via caligatorum quoque militum obuios exosculans: nec appellationis huius ratio obscura est. A caliga enim nomen ductum est, quod vulgare fuisse constat vel infimi ordinis militum calceamentum. Unde & imperatori Caio, Caligula cognomen tributum Tacit. lib. i. & Dion lib. lvij. tradunt, quod in castris genitus, & contubernio legionum eductus, plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum veteretur. Sic Ventidium Bassum iuuentam inopem in caliga militari tolerasse: & sic à caliga Marium ad consulatum perductum Seneca lib. v. de Benefic. cap. xvij. & Plin. lib. viij. cap. xlivj. scribunt. Nec tamen gregarios solium, sed & ipsos centuriones, ducesq; in castris caligatos fuisse indicio est, quod Iulianum centurionem caligas creberrimis atque acutis clavis ceterorum militum more fixas gestantem dum strato saxeis crustis solo curreret, lapsu lo- sipp. lib. vij. de bello Iud. cap. iiij. refert. Ex quo coniicio commune omnium, qui in calitris versabantur, id calceamentum fuisse, quod & à Dione σπεντηκόπιον πόδησμα appellatur. Sed enim in caligarum ornatu facile potuit elucere gregariorum & clariorum militum differentia. Clavis enim caliga figebantur, ijsq; vel ferreis, vel argenteis, vel aureis, ut quisque luxu atq; opibus diffiduebat. Atque in exercitu quidem Antiochi Syriae regis tantum auri argentiq; fuisse, memoriat à Valer. lib. ix. cap. j. & Iustino lib. xxxvij. proditum est, vt etiam gregarij milites caligas auro figerent. Caligares inde clavi à Plinio lib. xxij. cap. xxij. & lib. xxxvij. cap. xiiij. & à Sosipatro lib. j. Institut. gramm. & ab Isidoro lib. xvij. cap. xx. memoratur. coq; pertinere luuenalis iste versus creditur:

— Et in dīgo clavis mibi militi bāret.

Ab vrbe autem in castra transiisse eam auratorum clavorum luxuriam credibile est. Nam & urbana calceamēta eiusmodi clavis suffigi solita Plinius lib. xxxvij. cap. iiij. Fest. lib. iiij. & Isid. lib. xix. Etymol. cap. vlt. indicant. Et in Græcia quoq; eundem

dem luxum viguisse ex eo appetet, quod Agnonem Tcium  
Alexandri magni praefectum aureis clavis crepidas suffigere  
solitum Plinius lib. xxxij. cap. iii. scribit.

*De veteri militaris ordinis conferendi ritu. C A P. VI.*

**E**os, qui militia nomen dabant, non prius militum numero habitos, quam iureiurando adacti, cincti, & in numeros relati essent, librorum nostrorum auctoritate comprobatur. Sacramenti certe militaris meminit l.ij.D. de priuileg. veter. l.miles. D. de adult. l.milites. §. missionum. l.vlt. D. de re milit. l.ij. §. ignominiae. D. de his, qui not. infam. eiusq; fide rupta militis nomen amitti docet l.ex militari. D. de milit. test. Hoc verò primum militia vinculum Seneca lib. xv. Epist. merito appellat, quo qui nondum obstricti, aut etiam qui soluti essent, iure cum hostibus, quemadmodum Catonis ad Popilium epistola à Cicer. lib. j. Officior. & à Plutarch. in Problemat. relata indicat, pugnare posse non videbantur. Primum autem iureiurando milites fieri L. Flacco & Varrone Coss. coepere. Ante enim, ait Frontin. lib. iiiij. Stratagemat. cap. j. sacramento tantum à Tribunis rogabantur: ceterum ipsi inter se coniurabant se fugae atque formidinis causa non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi cibi petendi, seruandi hostis, aut cuius seruandi causa. Liuius lib. xxxij. Milites tunc, quod numquam antea factum erat, iureiurando à Tribunis militum adacti iussu Coss. conuenturos neq; iniussu abituros. Nam ad eam diem nihil praeter sacramentum erat, id est Consulibus & senatui præstitum: de quo Halicar. lib. x. verba accipienda sunt: σωαγχεύει τὸν θεόν τοῦ ἱεροῦ αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν τοῦ σπεῖραν τοῦ πατέρος, ἀκολεύθεσαν τοῖς ὑπάνθεις ἐφ. ἐς τῷ ιερῷ θεάτρῳ πολεμούσες, καὶ μέτεπελέψανται τὰ συμέτα, μέτεπλεψαντείρησαν τῷ θεῷ. Iureiurando verò scripti milites à Tribuno militari adactos suisse in verba hac, Gell. lib. xvij. cap. iiiij. rettulit in magistratu C. Lælij C. Filij Cos. L. Cornelij P. Filij Cos. In exercitu, decemq; millia passuum propè furtum non facies, & cet. Atq; hoc in legitima militia seruabatur: in tumultu enim singuli milites sacramento propter imminentis periculi celeritatem non rogabantur, vt à Seruio in Vergil. Æneid. tradi-

tar. Ceterum sub Christianis Imperatoribus ita conceptam iuris iurandi militaris formulam Veget.lib.ij.cap.v. ostendit, ut iurarent milites per Deum, Christum, & spiritum sanctum, & per maiestatem Imperatoris, omnia se facturos quæ praeciperet Imperator, numquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Rom. Republic. Addit Isidor.lib. ix. Etymol. cap.j. iurasse eos militia se nisi post completa stipendia non recessuros, id est, post impleta legitima militare tempora, quæ idem auctor xxv. annorum spatio definita scribit, secutus, credo, Seruum, qui in ij. Aeneid. Vergilij idem tradit. Qua tamen in re variatum est. Augustum Tranquillus auctor est ad certam stipendiiorum præmiorumq; formulam milites astrinxisse, definitis pro gradu cuiusque & temporibus militare, & commodis missionū. Tempora ea fuisse Dion lib. liij. exponit, ut xij. annis Prætoriani milites, reliqui sexdecim militare obstricti tenerentur. Prætorias tamen cohortes Tiberio imperante post impletâ demum sexdecim stipendia missione impetrassæ, & commoda finitæ militare accepisse, Tacit. lib.j. hist. Aug. testatur. Quod beneficium etiam Pannonicis legionibus tumultus sedandi causa ab eodem Tiberio concessum cum reliquis extra Italianam militantibus, ut non nisi post xx. annorum militiam missio daretur, Dion lib. lvij. refert. Idq; tempus sequentibus Imperatoribus probari video, quibus post xx. annorum stipendia non ex causa ignominiarum missos veteranorum priuilegijs frui placet. l.j. C. de excus. veter. l. ij. de te milit. lib. xij. C.l. veteranus. C. quando prouoc. non est nec l. vlt. C. de his qui non implet. stip. lib. x. Sacramento porrò milites etiam ante decursa stipendia honeste plerumque soluebantur valetudinis, vel ætatis iani ingrauescentis causa ex Imperatoris indulgentia missi facti. l. ij. D. de priuil. veter. l. ij. s. ignominiarum. D. de not. infam.

*De militum cingendorum & discingendorum ratione.*

C A P . V I I .

**E**XPOSITO militaris sacramenti ritu, consequens est, reliqua militare sollempnia à me initio huius sermonis proposita exequar. Cingi verò consueuisse eos, qui inter milites recipiebantur, ex l. filius fam. & l. Tit

& I. Titius. & I. quod dicitur. §. i. D. de milit. test. facilè colligi potest. Id quod in his quoque qui Praefectura ornabantur, obseruatum fuisse indicio est, quod Xiphilinus de Traiano ita scribit: Τοι μὲλλοντες τὴν δορυφόρων ἐπάρχειαν, τὸ σίφων ὁ παρεξόννιος καὶ τὸ ἐργῆν, ἀρβεψι, ἐγνημωνί τε αὐτό. Fluxit autem mos iste ex eo, quod qui militabant, omnes cincti erant quemadmodum Seruius in iij. Aeneid. Verg. tradit. Ex quo in procinetu sancta testamenta, Festo interprete, dicebantur, quae milites pugnaturi, vel ut planius Plutarchus, ὅτι την περιέννιαν διακριλον, praesentibus commilitonibus nuncupabant: de quibus Cicero lib. j. de Orato. & lib. ij. de Natur. Deor. & Velleius Pater. lib. posteriore, ut alios notiores omittam, meminere. Nec verò in castris discinctus quis sine nota versabatur: quinimò hoc grande scelus, morteque piandum militaris disciplinæ severi censores credebant, si quis ambulasset, aut vallum subijsset discinctus. Exemplum T acit. lib. xj. præbet. Cui adde ignominia militaris genus fuisse, ut discincti vel stare, vel opus facere milites cogerentur. Quia ignominia plerumque milites fuos adsecisse Augustum Tranquillus narrat. Eademq; ante eum eoercitione M. Curionē, & Marcellum viros Frontinus lib. iiiij. Stratagemat. cum Liuio prodidit. Itaque & eos qui sub iugum mittebantur, discinctos fuisse. Festus lib. ix. adnotat. Denique quemadmodum cingi, qui ad aliquam militiam promouebant, ita discingi, qui exauctorabantur, consueuerant. Quod Herodia. lib. ij. demonstrat, cùm prætorianis militibus ob Pertinacis cædem irrogatam poenam expli- cat. & Inipp. recentiorum constitutiones satis docent, quæ cinguli ademptione militares viros sœpe multant. Postremò, in numeros milites referri debebant. Nam qui nondum in numeris erant, etiam si leæti tirones essent, & publicis expensis iter facerent, nondum tamen milites habebantur. Lex co. D. de milit. testam.

*De incendiis cura apud Rom. & instrumentis ad  
arcenda incendia comparatis.* C. A. P. VIII.

V R B E M Romam incendijs obnoxiam fuisse nemo est  
in historicorum libris vel mediocriter versatus, qui ne-  
sciat. His arcendis, apud vetustiores, quemadmodum Paul. in

Iij.D.de offic.præf.vig.scribit, Triumuiiri præerant, qui ab eo quod excubias agerent, nocturni sunt appellati. Quorum muneri id incubuisse, ut noctu oborta incendia ne latius peruerarentur, restinguerent, ex eo perspicue apparet, quod à Valer. Max.lib.viij.cap.i. relatum est, M.Miltium, Cn.Lolium & L.Sextilium Triumuiros, quod ad extinguendum Sacra via incendium tardius venerant, necnon Publiū Bilium Triumuirum nocturnum, quod vigiliis negligentius circumierat, à Trib.pleb.die dicta ad populum damnatos esse. Interuenisse etiam nonnumquam Aediles idem Paul.auctor est. Idq; negotiis eis nō semel ab Augusto datum in Dione legimus. Verba eius lib.liij. hæc sunt: τοῖς δὲ ἀγροτόμοις παρεχόμενα ἐπιμελῆδην τε, ὅπως μηδέ ἐμπορῆσαι, λέπρην αρέ τι τοῦτον συμβῇ, κατοικουντίν τὸ πῦρ προστατεῖ. Et lib.liiji. τοῖς δὲ ἀγροτόμοις τοῖς λεπροῖς τὴν τὴν ἐμπροσθεμάνων πατέσσιον γένεσιν. Velleius quoq; Paterculus lib.posteriore Egnatium Rusum magnam in Aedilitate extinguendis priuata familia incendijs populi gratiam collegisse scribit. Verum enim uero pluribus simul excitatis incendijs, cùm ei oneri Aediles non sufficerent, maiori multitudine opus esse Augustus videns, septem vigilum cohortes instituit qui per urbis regiones dispositi excubantesq; diurna, nocturnaque incendia arcerent, vt idem Paul.in Iij.D.de offic.præf.vig. & Sueton: in Aug.cap.xxx.reserunt. Atque has aduersus incendia vigilum cohortes ex libertinis conscriptas dato ex Equestri ordine præfecto, Dion lib.lv. commemorat. ἐπειδὴν, ait, γε τοῦ χρόνου τότε πολὺ δὲ πόλισσαν οἰκισθέντην, αὐτοῖς τε διελιυθίεσσι ἐπιταχόν πᾶς τὰς ἐπικείμετας αὐτοῖς λεπτεῖσι γένεται, καὶ αρχοντας ἐπιταχαίνεισι αὐτοῖς προστεγέμ, ὡς καὶ δὲ ὀλίγος σφῆς διεκλύσων τὸ μὲν την ίδιαν πόλιν τὸ δὲ. Strabo lib.v.Geograph. ἐπιμελέσθη μὲν δὲ ὁ Σεβαστός Καΐσας τὸ τούτον ἐλαπήματων δὲ πόλισσα, πᾶς δὲ τὰς ἐμπρήστις σωτάρεται σπασθείης ἵκε τὴν ἀπολιυθίεων τὸ βοσκῆσσα. Nec verò libertino milite aliás temere vsum Augustum Tranquillus adnotauit. Sed enim hæc quamuis urbana, grauis tamen ac dura libertinis visa militia est: quam cùm plerique omnes detrectarent, eorum allieendorum, continendorumq; causa, Latinis, qui sex annis in cohorte vigilum militassent pro præmio ius Quiratum lege Visellia propositum fuit, postea etiam, cùm longius sexenn

sexennij tempus existimaretur, Senatus consulto ad trienium redactum est, quemadmodum Vlpian. in Institutio. tit. iij. scribit. Oberrasic autem per urbem praefectum vigilum calceatum cum hamis & dolabris, supra citata l. iij. §. sciendum. continetur: quæ fuissè instrumenta incendijs arcendis accommodata facilè omnes coniiciunt, cùm ex illo Pauli loco, tum ex Plinij epistola, quam ad Traianum de Nicomedensi incendio mittit, & ex l. quæsitum. §. acetum. D. de instru. & instruin. Sed qualis tandem hama fuerit, non satis constat. ἀμφι certè à Polluce lib. j. Onom. vt & à Cato. de re Rust. ca. cxxxv. inter ἔγχος γαυρική, à Suida verò inter ὄνθομακή οὐ τεχνή ponitur. Et verisimile est disturbandoz dibus aptum, vt & dolabram instrumentum fuisse. Quod etiam coniiciendum his Ἀλεχinis verbis, quæ sunt in Orat. contra Ctesiphont. relinquatur. Σίλφος ὅσιος ἴπποτος ἡβῶν καὶ σόλων καὶ ἵλιοτερος ἀκαγή ἀμα τῷ ἀμέρητῷ χοντας ἀμας καὶ δίκαλας. Possimus etiam (nam in re obscura hariolari quid vetat?) hamas suspicari vasā maiora fuisse, quæ aqua vel aceto plena restinguendi ignis causa circumferrentur. Coniectura hæc illo argumen- to nititur, quod νάρκαστικῶν hamula pro ampulla à Columella lib. x. & Apicio usurpetur: prior planè interpretatio probabilius fit adiuncto dolabré verbo, cuius & in re rustica ad præfractas stirpes summasq; radices, quibus ager arbusto confitus implicabatur refodiendas, & in re bellica ad urbium expugnationem vsum fuisse Colum. lib. ij. cap. ij. & Tacit. lib. xix. significant. His & sifones adde, quæ in genere incendiiorum instrumentorum habentur, hamisq; à Plinio in ea ad Traian. epistola, de qua proximè memini, & ab Vlpian. in l. quæsitum. §. acetum. D. de instrum. & instru. adiunguntur. Sifones autem Isidor. lib. vlt. Etymolog. cap. vi. vasā appellata scribit, quæ aquas sufflando funderent, quibus aduersus incendia Orientales populi vtebantur. Memini sifonis Columell. lib. iij. cap. x. & Seneca lib. ij. Natur. questio. Soletmus, inquit, duabus manibus inter se iunctis aquam concipere, & compreslia vtrinque palma in modum sifonis exprimere. Passim autem in dibus sifones fuisse, qui subterraneis meatibus ducentiam aquam exprimerent, Strabo lib. v. teitis est. ποσθῆ μὲν οὖτις, ait, τὸ εἰλεγάμιον οὐδὲ οὐτε τὸ οὐδεγαγένειον, οὐτε τὸ τυμπάνον τοῦτο.

τὸν πόλεων τοῦτον οὐτονόμαντι βῆμα, ἀπαλλαγὴ δ' ὀικίας καὶ θεατρικῶν καὶ σιφωνῶν καὶ περιστήν ἔχει τὰ φέρεται. Acetum quoque ignis extinguendi causa parari & haberri olim consuecerat. I. quem situm. §. acetum. D. de instrum. & instr. I. iij. §. penori. D. de penatu leg. Cui rei aptissimum id esse, etiam Luitprandus lib. iiij. historiæ suæ cap. vij. ostendit, qui Græcum ignem nullo praeterquam aceti liquore extinguiri ait. Atque hæc suère reprehendis ignibus subsidia, quæ ut in proposito quisque habebet; Nero constituit: quemadmodum à Tacito lib. xv. scriptum est.

*De seruis compeditis, deq; ergastulis.*

C A P. I X.

**P**LACE T veterum in custodiendis mancipijs modum referre, qui malos seruos, & quos fugæ suspicitos habebant, netuo ac compedibus coercere, vincitosq; continere consueuerant. Cuius rei in libris nostris vestigia quædam adgnosci possunt. I. eleganter. §. item Labeo. D. dolo. I. j. §. pen. I. sed & si seruo. D. de iniur. L. si ut certo. §. custodiam. D. commod. §. vlt. Instit. de I. Aquil. §. pœna autem. Inst. de iniur. Ac ianitores quidem & hostiarij more antiquo in catena erant, ut à Sueton. in lib. de claris. Rhetorib. traditur. Sed alij quoque opus ruri facere vinceti cogebantur: adeoq; alligatis mancipijs rura ferè omnia colebantur, quemadmodum Columella lib. i. cap. vlt. ostendit: ex quo illa apud Plinium lib. xvij. cap. iij. de. imminuta agriculturæ dignitate querela. At nunc, ait, eadem illa vinceti pedes, damnatae manus, inscripti vultus exercent. Seneca lib. viij. de Benef. cap. x. O miserum, si quem delectat sui patrimonij libet magnus, & vasta spatia terrarum colenda per vincitos. Hinc etiam Ouid. in lib. de Ponto, ad Græcin. de spe loquens,

*Hæc facit ut vivat fossor quoque compede vincitus,  
Liberaq; a ferro crura futura pueret.*

Et Propertius:

*Squallidus in magna fastidit compede fossor.*

Eandem rationem habet quod à Martiale lib. ix. Epigram. ita scribitur:

*Vt Setina meos consumat gleba ligones,  
Et sonet innumera compede Tuscus ager.*

Ceter

Ceterū vinēti hi serui villarum ac possessionum ergastulis continebantur. Vnde Plinius μετανυμικῶς coli rura ergastulis pessimum esse lib. xvii. cap. vi. pronuntiat. Et Senec.lib. iij. controversiar. sonantia laxi ruris ergastula dicit. Ideoq; Columella circumspēctis patribus fam. diligenter recognoscenda ergastula, lib. j. cap. viii. præcipit, vt explorent, an diligenter vinēta sint mancipia, an ipsæ sedes custodiae satis tutæ ac munītæ. Erant verō ex seruiles cellæ obscuræ, & quantum ex codem Columella & Cato. conijcio, subterraneæ, quibus plerumque indignissimè liberi quoque homines suppressebantur. Eaq; de causa Augustum primum, mox & Tiberium recognoscendorum repurgandorumq; ergastulorum curam suscepisse Suet. in corum vita narrat. Cum ijs, raptos per agros viatores sine discrimine liberos, seruosq; suppressos iniusta seruitute detineri fama distulisset. Atque hæc qui secum reputabit omnia, minus mirabitur à Sallustio in procēmio Coniuratio. Cat. agriculturam seruile officium appellari, cùm rura iam, vel frugi seruis (quales se omnes habere in prædijs suis Plin. Rufo. lib. iij. epist. scribit) vel vinētis coērcentur. Nec alio apud Græcos loco agricultura fuit, qui seruiles ad rura exercenda vtebantur, quos Lacedæmonij οἰλίται, Thessali οἰλίται, Cretes κλερώται Syracusij καλλικρέται appellabant, vt ab Aristotel. lib. j. Politic. & Polluce lib. iij. onomast. & ab Æmilio Probo in Pausan. & Suida scriptū est. Quibus, vel ipsius Halicarnassei lib. ii. Antiquit. testimonio haud multum absimiles erant, easdem certè operas præstantes, qui ab Atheniensibus οἰλίται appellabantur. Quinetiam vinciendorum seruorum visitatum Persis morem fuisse Xenoph. lib. j. παρ. xv. subindicit. Sed nihil hæc ad libri institutum. Illud proposito congruit, admonere, deteriorem longè in manumissione fuisse vinētorum, quam solutorum seruorū condicionem. Hi enim manumissione vel plenam statim libertatem ciuitatemq; Roma. vel Latinorum ius cum spe ciuitatis multis ex causis obtinenda consequebantur. Illi manumissione dediticij efficiebantur, imaginariamq; dumtaxat libertatem sine villa ciuitatis quandoque adipiscenda spe nanciscebantur, quemadmodum Vlpian. in Institut. tit. j. & Iustinian. in l. vn. C. de deditic. libert. toll. & Institut. de libertin. §. vlt. significant. Id quod lege

Ælia introductum, & Vlp. & Theophilus consentiunt, quam  
ut auctore Augusto latam existimem, Suetonij in Aug. verba  
faciunt. Hoc quoq; ait, adiecit, ne vinclitus umquam, tortusque  
quis vlo libertatis genere ciuitatem adipisceretur.

*Expositum Marcelli responsum, cō de vniōnum  
dissolutione.*

C A P. X.

**N**e explicatione legum non raro ab interpretibus  
verborū ignoratione peccatur. Vnum ego ex mul-  
tis, exemplum proponam. Marcellus speciem hu-  
iusmodi refert in l. Seia. D. de auro arg. Seia vno-  
nem cum hyacinthis legauit, postea vniōnem soluit, nec vi-  
lum mortis tempore inter ornamenta sua vniōnem reliquit.  
Quæsitum est, an heres estimationem rei, quæ in hereditate  
non est, præstare debeat. Hæc verba Accursius, qui in etro-  
rem reliquos induxit, sic accepit, quasi à testatrice dum vi-  
ueret, legatario vniōnes præstiti solutiq; fuerint. Quæ inter-  
pretatio à Marcelli mente abhorret, quem de re tam ridicu-  
la, & aperta, consultum nemini fano verosimile fiet. Proba-  
bilis verò est, & ad sequentia accommodatius, de dissolutio-  
ne vniōnis propositam fuisse quæstionem: quam sic accipere  
possumus, ut detractus & demptus de linea vnio fuerit, veluti  
in l. argumento. §. margarita. D. de auro argent. Vel sic, ut  
aceto dissolutus ac liquefactus sit. Constat enim aceti asperi-  
tatem usque in tabem margatitas resoluere. Vitruu. lib. viii.  
cap. iiij. Item margarita, non minus saxa silicea, quæ neque  
ferrum, neq; ignis potest per se dissoluere, cum ab igni sunt  
percalefacta, aceto sparso dissiliunt, & persoluuntur. Vitru-  
vius Plinius lib. xxiiij. cap. i. consentit. Atque ita Cleopatram, in  
illa celebratissima cœna, vniōnē aure detractum aceto mer-  
sisse, & liquefactum absorbusse. Idem Plin. lib. ix. cap. xxxv. &  
Macrobius lib. iiij. Saturnal. cap. vij. referunt. Æsopi quoque tra-  
goedi filium aceto liquatos magnæ summæ vniōnes potionibus  
aspergere solitum Valer. Max. lib. ix. cap. i. auctor est. Idem  
& de Caligula narratur à Suetonij in eius vita his verbis: Ne-  
potinis altera sumptibus omnium prodigorum ingenia su-  
perauit, commentus nouum balnearum vsum, portentosissi-  
ma genera ciborum atque cœnarum, ut calidis, frigidisq; vnu-  
guentis

guentis lauaretur, preciosissimas margaritas aceto liquefactas forberet. Sed ut ad Marcelli responsum veniam, siue hanc siue illam dissolutionem intellexisse cum dicamus, verum est vniuersitatis legatum utroque modo ceuclaro mutata voluntatis indicio dato extingui.

*Vnde sicariorum nomen, & de sicae forma.* C A P . X I .

**L**EGERE Cornelia, quam de sicarijs L.Cornelius Syl-la Dictator tulit, cædes quocumque telo factæ vindicantur. Sicarios enim per abusione m omnes dici, qui cædem quocumque telo commisiſſent, optimus Quintilian. lib.x.cap.i. tradit. cum propriè ad eos tantum, qui sica occiderint, appellatio ea pertineat. De qua quòd compluries in auctoribus sermonem fieri videam, non inutile putauit quæ de eius forma obſeruauerim, subiaceere. Nam ex Grammaticis quidam sicam à secundo dicta, ex nostro etiam Justinian. in §. item lex Cornelia. Institut. de publ. iudic. sicam ferreum cultrum esse quisque intelliget. Qualis vero sica fuerit, nemo tam sagax est, ut ex eo cruere posset. Quod tamen latere Iosippus non patitur, qui sicam breuissimum fuisse cultrum recurvum & inflexum, Persici acinacis longitudine lib. xx. Antiq. Iud. cap. i. docet his verbis. Καὶ εἰ σπάσαι δὲ λελέμενοι (λεγεται δὲ εἰσηγεῖται) τόπε μάλιστε ἐπιφύλακτοι, χρύσων φιδίοις παρεπλυσίοις μὲν τὸ μήτρας τοὺς τὴν προσῶπην ἀκινάκας, ἐπικάμψοις δὲ καὶ παρεπλυσίοις τοῦτον φαμένων σίκας λελογενεῖς, ἀφ' ὧν οὐ προσηγορίζεται διὰ λεπτίνωντες ἡλαῖον. Cui Suidæ interpretatione concordat, qui sicas à Roma. τὰ ἐπικάμψη γένος appellari dicit. Quod etiam indicat ille Tranquilli locus apud Isidor. lib. xvij. Etymolog. cap. xvij. quo gladiatoriis cuiusdam in ludum emitti gladio ex acie recta curuato occurrisse vnum ad eum corrigendum narrat, tumq; à pugnante responsum fuisse, Sica pugnabo. Breuissimam autem sicam fuisse indicio est quòd vel à pucris, ut Cic. in Catilin. significat, vibraretur: ac proinde cædibus media in turba perpetrandis aptissima erat, cum veste tecta ea, & aut sinu occultata, nec sic opinantes confoderentur. Quod Iosippus non uno loco ostendit, cuius verba ut sunt à Rufino Latinè redditæ, facilioris intelligentiæ causa subieci. Sic autem lib. ii. de bello Iud. cap. xij.

scribit: Regione purgata aliud genus latrocinantium in Hierosolymis oriebatur. Hi autem sicarij vocabantur, die claro & in media ciuitate paissim quoque interficienes: potissimum verò diebus sollemnitate festiuis immiscebantur vulgo, sicas sub veste gestantes. His inimicos interficiebant, ac deinceps collapsis hominibus illi inter reliquos de scelere conquerebantur. Idem eiusdem lib. cap. xvij. Inter infirmiores autem vulgum irruptentes multi sicariorum (sic enim vocant latrones gladios in sinibus gestantes) recepti audacissime prosequabantur opus quod adorti erant. Sed & lib. xx. Antiquit. Iud. cap. ij. multos à sicarijs gladios sub veste portantibus & plebi permixtis in turba occisos reserunt. Quia de causa summo hoc hominum genus odio habebatur.

*De veritate lectionis l. Fulcinius. §. illud sciendum.*

*versic. deniq;. ex quibus caus. in posseſſ. eſt. & de stationibus ac tabernis in foro.*

C A P . X I I .

**E**V M , qui in foro eodem agit , si circa columnas vel stationes se occultet, latitare videri veteres responderunt l. Fulcinius. §. denique. D. ex quib. caus. maio. Quod etiam confirmat l. eum qui. D. de privilege. cred. Nec ullam habet ea sententia obscuram definitiōnem. Tantum quod ad verba attinet , videndum esse vir quidam doctissimus mihiq; multis de causis coniunctissimus, cui ego tantum quantum alij nulli tribuo , admonuit , ne in §. deniq;. stationum pro statuis, nomen irrepererit. Quod ego vti omnino improbare fas mihi non puto, ita omnium codicūm fide comprobatam lectionem non temere reisciendam censeo : quæ & ferri potest & idoneum, meo iudicio, sensum habet. In foro enim Romano ad tabernas stationes alijs quoque locis memorari animaduerti. Suet. in Nero. cap. xxxvij. Saluidieno , ait , Orphito obiectum est , quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatis ad stationem locassem. Plinius lib. vij. ca. liii. C. Seruilius, ait, Pansa cum staret in foro ad tabernam hora diei secunda in P. Pansam fratrem innixus. Id ipsum & l. penult. C. de operib. publ. comprobat , in qua stationes in aliqua basilice parte, tabulato opere constitui Impp. prohibent. Dicebantur & artificum stationes : Acron. in il- lum

lum Horatij versum lib.j. Sermon. satyr. iiii.

*Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,*

Hæc, ait, posuit pro bibliopolæ statione, qui armaria circa pilas vel columnas habebant. Mos autem erat, auctore Corinuto in j. satyr. Persij, vt tabernati cupientes ne mingerent stationum suarum angulos, pingerent supra duos angues. Ita tabernæ statio adnectitur in litem apud Labeonem. §. conuicium. D. de iniur. Erant verò stationibus accommodatissimæ tabernæ, quas circa forum dispositas Vitruu. lib.v. cap.j. indicat, & Liuius lib. xxvj. his verbis, inuentum Romæ emptorem, vt cxtemplo vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Roma, tunc essent, iussit venire. Hoc & Quintilian. lib. vj. cap. iiiij. ostendit, quoddam C. Iulij factum referens, qui sèpius obstrepenti & instanti Helvio, qualem se tandem ostensurus esset, digito demonstrasse fertur imaginem Galli in scuto Mariano Cimbrico piëtatem, cui tunc Helvius simillimus visus est. Tabernæ autem, ait, erant circa forum, & scutū illud signi causa positum. Quod Plinius à Crasso oratore sub Veteribus in testem detortum lib. xxxv. cap. iiiij. scribit: quo in loco argentiariorum mensas fuisse, Plaut. in Curgulio. demonstrat.

*In foro infimo, ait, boni homines atque dites ambulant*

*Sub Veteribus ibi sunt qui dant, quiq; accipiunt fienore.*

Veteres autem cùm dicunt Latini auctores, tabernas intelligunt. Eratq; & aliis in foro à nouis tabernis appellatus locus, qui Sub nouis, æquè dicebatur, vt Varro lib. v. de lingua Lat. & Liu. lib. ij. & lib. xxv. & Plin. lib. xxxv. cap. x. docenr. Sed ad rem in foro positas argentarias tabernas subindicat l. qui tabernas. D. de cont. emp. quod vt adfirmare possemus, etiam testimonij externis deficientibus vnum hoc argumentum sufficeret, quod qui argentaria cedebant, foro cedere dicebantur l. si hominem. §. quotiēs. D. deposl. vlt. D. de curat. bonis dan.

*De iactatione motuq; capitis fanaticorum.* CAP. XIII.

**A**PVD Viuanum quæsitum Vlpian. refert; si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur. l. j. §. apud Viua-

num. D.de ædilic.ed. Quibus verbis fanaticorum insanum morem strictem attigit. Fanaticos autem , Gallos magnæ Deūm matris Cybeles sacerdotes accipe. Sic enim à Liuio lib.xxxvij.& à Iuuen.fatyr.ij.& à Prudentio in Roma. alijsq; Latinis auctoribus appellantur. Hi quippe ceu diuino spiritu afflati & æstu quodam mentis perciti,vagari, caput iactare, contorquere , hac atque illac inflectere furibundorum specie solebant. Lamprid.in Heliogab. Iactauit autem caput inter præcisos fanaticos, & genitalia sibi deuinxit. Vbi præcisos ea ratione,qua sectos à Mart.lib.v. Epigram.dictos palam est,quòd virilia sibi testa amputarent.Ouidius,

*- Mollesq; ministri*

*Cedunt iactatis vilia membra comis.*

Varro Eudæmonibus, vt est apud Nonium, Tibi nunc semiuiri, teretem comam iactant tibi Galli. Luca lib.i.

*- Crinemq; rotantes*

*Sanguinei populis cecinerunt triflitt Galli.*

Quod & à lymphatis in Bacchanaliumq; celebritate factum Catullus in poëmate de nupt. Pelei ostendit, & Tacit. lib.xj.his verbis : Ipsa crine fluxo thyrum quatiens, iuxtaq; Silius edera vinclitus gerere cothurnos , iacere caput. Atque hæ sunt, quas Plutarch. μανίς vocat οὐερπίην γιγάντης εών κλόνη.

*De iure sepulchrorum.*

C A P . X I V I I .

**S**E P U L C H R O R V M alia esse hereditaria , alia familiaria nostri tradunt. Hereditaria ijsdem auctoribus definimus, quæ sibi heredibusq; suis paterfam. constituit, vel hereditario iure adquisiſit: in quæ heredibus quibuscumque vel minima ex parte institutis , nec heredibus modò, sed & bonorum possessoribus , ijsq; quibus libertatis conseruande cauſa bona addicta fuerint , & omnibus omnino qui heredum loco habeantur & sepeliri & mortuum inferre licet.l.familiaria.l.vel quæ.D.de religios. l.iiij. §. is autem cui.D.de fideic.libert.Eorumq; adeò sepulchrorum iura etiam apud heredes restituta hereditate manere. l.quia perinde, in fin.D.ad Trebellia.quinimo & ei, cui vt indigno post aditionem hereditas ablata sit , integra seruari placet.l.si quis

quis heres.D.de religios. quod adeundo heres effectus, hereditate ablata , heres esse non desinat. l.ex facto in fine. D.de vulg.& pupill. Familiaria verò sepulchra ea esse statuuntur, quæ sibi quis familiæq; suę constituerit : quorum ea causa est, vt ad heredes etiam extraneos , ceterosq; successores pertineant : hoc amplius & ad eos, qui in familia sunt : & licet heredes non sint , ad proximos verò cognatos adfinesq; minime heredes institutos non pertineant. Lius familiarium. Lius sepulchri.l.si sepulchrum.C.de religios. Vnde queritur, an familiaria se pulchra liberti inferri possint. Quod ea ratione defendi potest, quod in patroni familia liberti numerarentur, familiæq; appellatione Iustiniano in l.vlt. C.de verb.signific. teste, continerentur. Merito cum & gentilicium patronorum nomen ferrent, vt Alciatus, qui primus horridam & incultam Iurisprudentiam bonarum literarum luce illustravit , lib.iiij. Dispunct. cap.iij.adnotauit, confirmariq; apertissimis Tertulliani in lib.de Resurrectio.carn.& Laetantij lib.iiij. Instit.cap. iiij.testimonij potest. Cuius rei vt alia notiora omittā, exemplum est, quod Spurij Caruili libertum, Caruilium quoque à Plut.in Problemi. & Pompeij quendam libertum Pompecium Lenæum à Plinio lib.xxv.cap.v.& Sueto.in lib.de clar.grammat.& Lauream Tullium Ciceronis libertum ab eodem Plinio lib.xxxj.cap.j. & Cornelium Alexandrum Cornelij Lentuli libertum à Suida appellari videmus. Quamquam quid emendicatis suffragijs opus est, cùm hoc ipsum Iureconsultorum testimonio confici possit. Est enim non obscurè positum in l.is qui cōplures. D.de leg.lib.iij.& l.libertis.D.de cond.& demonstrat.ex eoq; præterea perspicuè demonstratur, quod Re extra familiā ita alienari prohibita, Ne de nomine exeat, fideicomisso quoq; inuitati liberti intelliguntur.l.cùm patr. §.ab instituto. D.de legat.lib.j. l.pater. §.duobus. D.de legat.lib.iij. His & illnd non æquè tritum addamus, ipsa patronorum origine libertos censi, veteribus placuisse, quod initium libertatis quasi nouæ vitę ab ijs accepissent.l.adsumptio. in fin.l.filij. D.ad municip.l.ij. C.de municipalib. lib.x.C. Ex quibus omnibus effici videbitur, familiaria sepulchra libertis patere. Quod tamen Vlpian.negat:cuius in d.l.vel quod.hæc sunt verba:Liberti autem nec sepeliri,nec alias inferre poterunt,

runt, nisi heredes extiterint patrono, quamuis quidam inscriperint se monumentum sibi libertisq; fecisse: quæ ego ad hereditaria sepulchra referri verba debere aliquando existimau, de ijsq; tantum eo capite agi: ut quod initio capitatis scriptum est, *Sed in utroque heredibus quidem*, sic interpretaremur, tam in eo quod sibi heredibusq; suis quis constituit, quam in eo quod hereditario iure adquisit. Nunc vereor, ne hæc tota ab Vlpiani mente interpretatio abhorreat. Omnis certè dubitationis tollendæ causa, inscribere monumentis veteres solitos sibi, & vxori & libertis libertabusq;, posterisq; corum se fecisse, Antiquæ Inscriptiones ostendunt, quatum ego vnam exempli causa subieci. **T E L A V N I V S G E N E T -**  
**L I V S N V M M V L A R I V S D E B A S I L I C A I V L I A,**  
**N A T I O N E B E S S. S I B I E T C O N I V G I , L I B E R I S,**  
**L I B E R T I S, L I B E R T A B V S Q V E D E I N C E P S D E**  
**D O M O S V A D E S C E N D E N T I B V S P O S V I T.** Caucti planè interdum solebat, ne monumentum heredes sequeretur. Idq; his notis scriebatur H. M. H. N. S. que à Valerio Probo explicitantur, & in Antiq. Inscript. crebro occurunt.

*Qui & quatenus religiosus locus fieberat.* CAP. X V.

**R**E L I G I O S V M locum tum demum fieri, cùm illatum corpus est, res est iure ciuili notissima. Nec enim monumentum per se quicquam religionis habet, planeq; profani iuris esse intellegitur, priusquam eò mortuus sit illatus, quemaduodum l. iiiij. §. non fuit. D. ad legem lul. pecul. arguit. Quamobrem cenotaphium religiosum non esse, venireq; & donari posse bene Diui frates rescripsierunt. l. sed Diui. D. de rer. diuī. l. vel quod. in fin. D. de religios. cùm memoriae tantum & honoris causa, sine corporis inflatione extratur. l. monumentum. D. de religios. Certum cùm cadavera cremari vsus optimusset, priusquam in os mortui gleba iniecta esset, locus ille ubi corpus crematum erat, religiosus non habebatur: iniecta gleba tum & humatus defunctus, & sepulchrum esse ac religione teneri incipiebat, vt à Cicer. lib. ij. de Legib. scribitur. Verum quatenus religio locum occuparet, videamus. Non est enim existimandum

dum totum eum funduni, in quo monumentum esset, religiosum fuisse, sed etenim demum, quatenus corpus humatum esset, ut ex Celsi Vlpian.in Lij.5.sepulchrum.D.de religios.refert. Sed & purum agrum monumento coherentem profani iuris esse ab Imp. rescriptum est.l.locum.C.de relig. Lapidès planè, quibus monumentum inzdificatum erat, religiosi habebantur, vt nec remoti quidem vindicari quasi semel iuris diuini facti, possent.l. quæ religiosis.D.de rei vindic. At non quod circa sepulchrum (in medijs enim plerumque agris sepulchra, Siculo Flacco auctore, faciebant) spatiū relinquebatur, eodem iure censebatur. Intra maceriam quippe sepulchorum hortis vel ceteris culturis loca pura seruata, si nihil nominatim vendor excepisset, fundi emptorem sequabantur.l.æde sacra.in f. D.de contrah.empt. Eaq; de causa monumentorum locus definiri, & quantum terræ spatiū religioni cederet, designari, monumentisq; inscribi solebat. Hinc Cicero Philipp.ix.sepulchro Seruij Sulpitij, qui in legatione Pop.Rom. obierat, locum publicè dari, & pedes triginta quaquaversus designari censet. Plenæ sunt adeò monumentorum inscriptiones harum notatum IN F R. P. X. IN A G R. P. X X. quæ hoc significant In fronte pedes decem, in agrum pedes xx. patere. quæ nota à Valerio Probo ponuntur.coq; Horat.lib.j.Serm.fat.viii.adludit,

*Hoc misere plebi stabat commune sepulchrum,  
Pantolabo scurre Nomentanoq; nepoti.*

*Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum  
Hic dabit, heredes monumentum ne sequeretur.*

In fronte autem, ut Acton interpretatur, in latitudine significat, in agrum verò in longitudine. Atque ita certo ambitu sepulchri locus titulo id ipsum testante, concludebatur. Quod etiam Aggen. Vrbic. sensit, cum in lib. de limit. agror. ad Frontin. Mœfilea, inquit, habent iuris sui horrorum modum circumiacentem & præscriptum agri finem.

*Macerijs sepulchra olim includi consueisse. CAP. XVII.*

**C**ONSENTANEVM instituto à nobis de sepulchris sermoni fuerit, adnotare Vlpiani locum ex l.æde sacra. in fin. D.de contrahenda empt. in q; o ita est: *Intra maceriam*  
*i sepulc*

sepulchrorum loca pura bortis vel ceteris culturis seruata se  
nihil nominatim venditor exceptit, ad emptorem pertinent.  
Vnde notandum est macerijs sepulchra claudi solita. Quod  
& inscriptio antiqua, quæ Padua exstat, docet his verbis:  
INFERENDI IN AREA, HVMANDI SEPELIENDI-  
QUE IVS POTES TAS QVE ESTO, VT HVIC  
AREAE, QYAM EGO DEFINII, ET A' FRONTE  
MACERIAM DVXI, ET TITVLVM, POSVI VLTRA  
EAM AREAM ET MACERIAM IN FRONTE IN  
AGRO VERSVS LATE P. X. RETRO VSQVE AD  
CANABETVM HVIC AREAE CEDET, IN QVA  
PEDATVRA NEQVE HVMARI, NEQVE TVMV-  
LVM FIERI VOLO, VT HABEAT EA AREA  
ET A' LATERE ACCESSVM SVVM.

Hoc idem altera inscriptio docet, quæ apud Lirim annem  
in Italia visitur. Ea est huiusmodi:

HIVS MONVMENTI IVS, QVA MACERIA CLV-  
SVM EST, CVM TABERNA ET CENACVLO HE-  
REDEM NON SEQVITVR. INTRA MACERIAM  
HVMARI QYEMQVAM NON LICET.

Ex quibus inscriptionibus etiam illud, vt obiter moneam,  
comprobatur, quod Vlpian. in l.ij. §. si quis in hereditarium.  
D. de sepulc. viol. scribit, licere cauere testatori, ne quis in se-  
pulchrum inferatur, vt rescripto Imperatoris Antonini com-  
prehensum ait.

*De testium numero legibus quibusdam constituto.*

CAP. XVII.

**V**IT antiquis quoque legislatoribus curæ testium  
numerum & in pecuniaris & in capitalibus causis  
coartare, ne in infinitum excrescentes probatio-  
nes veritati tenebras offunderent. Vnde Arcadius  
in l.ij.D.de testib. *Quamquam, ait, legibus quibusdam ampli-  
simus numerus testium definitus sit* (quod ego ad legem Ser-  
uiliam repetundarum referri posse censeo, qua, vt Val. Max.  
lib.vij.cap.j. scribit, centum atque viginti hominibus testi-  
monium denuntiare licuit) tamen ex constitutionibus princi-  
pium hec licentia ad sufficientem numerum coartatur, vt iu-  
dices moderentur, & cum solum numerum, quem necessarium  
esset

*effe putauerint, euocari patientur. Quinetiam quod apud nos ex regis Ludouic. xij. constitutione receptum est, vt ne in singula factorum capitula plures, quam decem testes audiantur, id antiquitus legibus quibusdam cautum inuenio. Sic enim legis Mamiliæ capite quinto scriptum erat: CVM CVRATOR HAC LEGE NON ERIT, TVNC QVI-CVMQVE MAGISTRATVS IN NOVA COLO-NIA, MUNICIPIO, PRÆFECTVRA, FORO, CONCILIABVLO, IVRI DICVNDO PRÆERIT, EIUS MAGISTRATVS DE EA RE IVRISDI-CTIO, IVDICIS'QUE DATIO, ADDICTIO'QUE ESTO: IN'QUE EAM RĒM IS, QVI HAC LE-GE IVDICIVM DEDERIT, TESTIBVS PVRLICE' DVMTAXAT IN RES SINGVLAS DECEM, DE-NVNTIANDI POTESTATEM FACITO.* Resertur & apud Valer. Probum notis scripta edicti prætorij particula qua hoc habet. *Quanti ea res erit, tanta pecunia iudicium Recuperatorium dabo: testibusq; publicè dumtaxat decem de-nuntiandi potestatem faciam.*

## De pœna iniustè prouocantium.

## CAP. XVIII.

**Q**UANDO QVIDEM cœpi quandam nostrorum principum constitutionem ab antiquitate arcessere, admonendum & illud putaui, quod apud nos moribus constitutionibusq; receptum est, vti hiis quorum appellatio pronuntiatur, sexaginta Parisiensium librarum pœna irrogetur, hoc ad exemplum quodammodo Romani moris esse introductum. Etenim pœnam quandam antiquis temporibus iniustè prouocantibus inflictam Paul. lib. v. Sent. tit. xxxv. ostendit his verbis: *Nc liberum quis & solutum baberet arbitrium retractande & revocande sententie; & pœne, & tempora appellationibus præstituta sunt.* Quod nisi iniuste appellauerint, tempora ad cauendum in pœna appellationis quinque dierum præstituta sunt. De ea pœna caueri fideiussoribus sollicitum sequentia eiusdem auctoris verba indicant, quæ ita habent: *In causa appellationis tam unius quam plures fideiussores, si idonei sunt, dari possunt. Sufficit etiam per unum idoneum* <sup>"alios, inde-</sup> *solennitatis pœnam constitui,* <sup>nitatibus</sup> *consula.*

Eaq; fortè , cautio est , quam de prouocatione exercenda olim dari solitam Diocletia. sustulit in l.eos. §. vlt. C.de appellatio. Idipsum verò , quo de agimus , perspicuè Tacit.lib.xiiij. his verbis probat : Auxitq; (de Nerone loquitur) patrum honorem , statuendo , vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent , eiusdem pecunia periculum facerent , cuius hi qui Imperatorem appellarent . Nam antea vacuum id solutumq; pœna fuerat . Diocletiani quoque iam citata constitutio , ne temerè omnibus ac passim prouocandi facultas præbeatur , eum qui malam litem fuerit prosecutus , à iudice pœna adfici præcipit .

*De appellationsum temporibus.*

C A P. XIX.

**P**RÆTER ea quæ superiori capite tractaui , sunt alia satis multa in appellationum quæstione necdum planè cognita , & ex vetustate eruenda . Quæ ego in proprium locum reijsiens , interim tritiora & vulgatorijs adnotare contentus ero . Quæritur autem , quæ fuerint olim constituta appellationum tempora , de quibus in l.ei cuius.in fin.D.de appellat.recip.l qui suspectum. §. vlt. D.de appellatio. fit sermo . Nec ambiguum est , ad appellan- dum in propria causa biduum , in aliena triduum fuisse datum . l.j. §. biduum. §. quod in sententijs. §. in propria.D. quando ap- pellan. sit.l à sententia.l qui suspectum.in prin.D.de appellat. l.eos. §. fin autem . C.eo titul.l.ijj.D.de appellat.recip. Idq; ita principum constitutionibus definitum fuisse existimo , quibus totam appellationum exercendarum formam fuisse præscri- ptam ex l.penult. D.de appell.recip.l.j. D.de libell.dimissi.l.j. §. j.D.nihil nou.app.pend.& l.j. §. dies.D. quando appellād.sit. colligimus . Sed hæc tempora à Iustiniano ampliata sunt , ex cuius constitutione decem dierum spatium à recitatione sen- tentiæ ad appellationem interponendam datur . Nou.de ap- pellatio.& intra quæ temp. Ob illa difficilior est quæstio , quot fuerint ad libellos Appellatorios , quos & Apostolos & dimis- soriis litteras vocant , petendos præstituti dies . Quod tamen Pauli ope expediri potest , qui intra quintum diem eos libel- los peti necesse fuisse , lib.v.Sentent.tit.xxxvj. ita docet . *Ab eo qui appellatur , ad eum qui de appellatione cognitus est , litteræ*

lettere dimissorie dirigantur, que vulgo Apostoli appellantur: quorum postulatio & acceptio intra quintum diem ex officio \* finienda est. Quod à Gratiano transcriptum est in ca. \* facienda ab eo. iij. quæst. vij. Hic & illa inspectio incurrit, quæ fuerint prouocationis exercendæ peragendæq; tempora præfinita. Certa enim fuisse ostendit l.ij. §.ci quoque. D.de iudic. & l.j. D.de vacat. & excus. mun. Videtur autem anni primū spatiū postea à Iustinian. huic rei biennium præstitutum. l.vlt. §. illud. C.de temporib. appellat. Nou. de his qui ingrediuntur ad appell.

*Pregnantium mulierum pœnam Romanorum aliorumq; populorum institutis differri solitam demonstratur.*

C. A. P. X X.

**P**RÆGNANTIS mulieris ultimo suppicio damnate pœnam Romanorum legibus differri, quoad pepererit, etiam remotis à professione nostra hominibus notum est. Hoc enim & Clemens Alexandrin. lib. ij. Stromat. scribit, & scitissimè M. Quintilian. ad fictum argumentum accommodat in ea declamat. cui titulus est, Prægnans adultera. Nec verò Romanorum proprium hoc ius fuit. Eo enim Athenienses quoque vños, indicio est, quod veneficij apud Areopagitas postulatam prægnantē mulierem, cùm in ea causa esset, ut capit is damnaretur de consilij sententia seruatam fuisse dum partum edidisset, Ælia. lib. v. Var. histor. memorat. Sed quid Athenienses dico? Ab ipsis Ægyptiorum legibus huius laudabilis instituti origo repeatenda est. Sic enim Plutarch. in lib. de Sera numin. vind. οὐ γέ ἀγύνπτιον, ait, νόμος ἡρών τοῦ αἰώντος ὑμῷ ἐπεγράψακεδιδοκέστηρ ἴνος τῆς Ἐλλάς τὸν ἕγκυον ἡρῷ ἀλῶ θανάτον, μέχρι τέλει φυλάττεαι. Numquam igitur satis Claudij Imperatoris crudelitas damnabitur, quem ne suppicio quidem prægnantium mulierum abstinisse Dion lib. lvij. prodidit: cùm tamen iuris sanctio non capitulo modo pœnam sumi, sed ne quæstionem quidem de prægnante haberi patiatur. l. iiij. D. de pœn.

*Constitutionis, que spadones fieri prohibentur, anctior  
demonstratur.*

CAP. XXI.

**R**E F E R T V R in Liiij. §. idem diuus. D. ad legem Cornel. de sicar. Hadriani rescriptum, cuius verba ita habent: Constitutum quidem est, ne spadones fierent: eos autem, qui hoc crimine arguerentur, Legis Corneliz pœna teneri, & bona eorum fisco meo vindicari debere. Audimus constitutum hoc esse: à quo verò constitutum fuerit, ignoramus, & huius sanctissimæ constitutionis etiamnum auctorem requirimus, cuius nomen libris nostris est suppressum. Domitianus autem hanc esse constitutionem luce clarius demonstrabo. Nam de eo Sueton. in eius vita cap. vii. Castrari, inquit, mares vetus: spadonum qui residui apud manganes erant, pretia moderatus est. Ammia. Marcellin. lib. xvij. Horum & similium tædio iuuat veterem laudare Domitianum, qui licet patri, fratriq; dissimilis memoriam nominis sui in expiabili detestatione perfudit, recepitissima tamen inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos iurisdictionis Roma. castraret quisquam puerum. Xiphilin. in Donititia. οὐδὲ δέ τότο γὰρ αὐτὸς Ἐπελεύθερος ἐντόκος ἐρῶμ, ὅμως ἐπεδίνει γὰρ δέ Τίτος ἰχνεῦσ ποὺ τοὺς ἐπιστολας ἐπεδάκει, ἀπηγόρευσιν δέ ἐκέντει οὐδεὶς ἵτις διὰ τὴν τὴν παρούσιαν αρχὴν ἐκτίμενος. Quo nomine Martialis ei allentatorio suo more pluribus locis gratulatur, lib. vi. Epigram. cum ait:

*Lusus erat sacrae connubia fallere teda,*

*Lusus & immeritos execuisse mares.*

*Vtraque tu probibes, Caesar, populisq; futuris  
succurris, nasci quos sine fraude iubes.*

\* *prafide Nec spado iam, nec mæbus erit, te consule, quisquam:*

*At prius, o mores, & spado mæbus erat. Idem lib. xx.*

*Tibi summe Rbeni domitor & parens orbis*

*Pudice princeps gratias agunt vrbes,*

*Populiq; habebunt, parere iam scelus non est.*

*Non puer auari seclus arte manganis*

*Virilitatis damna mæret crept.e.*

Et alio eiusdem libri loco:

*Immatura dabant infandis corpora pœnas.*

Nas

*Non tulit Anfoniū talia monstra pater.  
Idem qui teneris nuper succurrīt ephebis,  
Ne ficeret steriles seu libido viros.*

Ceterum idem ipsum & à Nerua postea constitutum esse, historijs proditum est. Sic enim in eius vita Xiphilinus, γραμμάτων δὲ ἀλλα τι καὶ πολὺ τοῦ μητροφόρου πνεύματος. Et Zonaras tomo ij. de eodem. Επειδὴ γέμοδέτην εἰ τὸ μῆτρα τὰ παιδογόνα μόρια παραπομπής. Hadrianus deinde non liberos tantum, sed & seruos inuitos, sinentes uicem castrare, thlibiasq; facere prohibuit. I. lege Cornelia. §. vlt. I. hi quoque. D. ad legem Cornel. de siccari. Memoratur etiam à Venuleio Se-natusconsultum Neratio Prisco & Annio Vero Coss. factum, quo qui seruum castrandum tradidisset, dimidia bo-norum parte multabatur. Ad extremum Constantinus quoque Eunuchos fieri su-periorum principum constitu-tionibus renouatis ve-tuit. I. j. C. de eu-nuchis.

F I N I S.

V. C. IACOBO FABRO IN QVI-  
sitoriarum classium in Senatu Parisiensi præfidi,  
& Abbatii Casæ-dei B. Briso-  
nius S. D.

\*

**P**UDE T me plant, vir clariſſime, verba tibi  
pro rebus dare, & in referenda gratia leui hoc  
litterarum munere defungi. Sed quam tu in be-  
nemerendo, eandem ut in ea quod rependitur  
benigne accipiendo humanitatem mihi preſtes,  
poſtulo. Ita nouus cumulus ad superiora tua  
in me beneficia accedet: quorum recordatione incensus cum  
grati tibi animi ſignificationem aliquam dare gemitus  
farmiora, quibus eam conſignaret, hoc tertio Selectarum  
ex iure ciuili Antiquitatum libro, monu-  
menta non habuit. Vale. Lute-  
tie Parif. Idib. Iunij.

M. D. LVII.

\*



B. BRIS

B. BRISSONII SELE-  
CTARVM EX IVRE CIVILI  
ANTIQUITATVM  
LIB. III.

*De legitimo usurarum modo, & legitime usura ap-  
pellatione.*

CAP. I.



O T A de usuris quæstio multorum  
abunde libris explicata est. Illud  
omnes silentio præteruectos miror,  
quis, & qua lege constitutus fuerit  
legitimus ille usurarum modus, qui  
nostris Iurecōsultis tam saepe in ore  
est.l.iiij. §.vlt. D.quod certo lo.l.pe-  
cunia.e.l.placuit. D.de usur.l.iiij.in fi.  
D.de annu.leg.l.idemq;.§.si procu-  
rator. D.mandati.l.cùm debitor. D.in quib.cauf.pign.l.j. §.j.  
D.de pignor.l.iiij.D.de naut.scen.De quo priùs quam dicam  
quod sentio, hoc imprimis constare volo legitimum usurarum  
modum appellari statutum usuris terminum, præscri-  
ptumq; modum seu finein, ad quem usque usuras licuerit stipulari : exemplo eo, quo & modum legisconcessum lege  
Falcidia dicimus, quæ dodrāte tenus legare permisit. l.si usus-  
fructus.D.ad legem Falc.l.quod condicionis. D.de donatio.  
causa mort.l.si legatarius. D.de dolo.& Institut.de l.Falcid.in  
prin. Huiusmodi verò usurarum finem ante Justinian.cente-  
simam fuisse contendō. Ex omnibus enim causis centesimam  
stipulari licuit, supra centesimam stipulari nihil licuit : lici-  
tumq; fuit quod intra centesimam consistebat, illicitum quod  
cam excedebat, scenus : præterquam in nauticis pecunijs, in  
quibus quasi pro pretio periculi, quod in se creditor recipie-  
bat, maiores centesimis usuræ in stipulatum deduci poterant.  
l.eos. §.j.C.de usur. Nam & cùm ad creditorem pecunia  
tradicia periculum non pertinebat, intra legitimum modum

k usurat

vsurarum exactio coērcebatur.l.ij.C.de naut.sœn.ac tamdiu  
demum à legitimarum aut vulgarium usurarum obseruatione  
libera traiecticia pecunia erat , quamdiu periculo creditoris,  
nauis in salo nauigabat : ad eam verò,cùm iu portu nauis sta-  
bat, discussio omni periculo, reuocabatur.l.j. C.de naut.sœn.  
Idcirco quod pro operis serui traiecticiæ pecuniæ gratia, vt  
fieri solebat(l.traiecticiæ.D.de obligat.& actio.) secuti,in sti-  
pulatum deductum erat,non ultra finem centesimalē debeba-  
tur.l.nihil. §.pro operis. D.de naut.sœn. Cuius vera lectione  
ex Pandectis Florentinis pridem prodita, sunt tamen qui in  
eo adhuc errore versentur,vt nulla illius legis bene interpu-  
ctæ ope, contra diserta atque aperta Iustiniani verba , adfir-  
ment , centesimalarum usurarum obseruatione antiquitus tra-  
iecticiam pecuniariam circumscriptam. Hoc verò qui admit-  
tunt, omnem peruerunt nauticatum,ceterarumq; pecunia-  
rum differentiam. Etenim vel extra nautici sœnoris causam  
centesimalas usuras toleratas, & Cic.in epist.ad Attic.& Sido-  
nius Apollinaris,& l.si pro mutua.C.si cert.pet.prohant. Nec  
tamen nego centesimalas usuras grauissimas olim visas , neque  
passim frequentatas , vt & Maximæ & Grauissimæ appellen-  
tur in l qui sine.D.de negot.gest. l.tutor. §.idem solent.l.non  
existimo. D.de administr.tut. Hoc verò dico licitas , legeq;  
permisas suis, ac proinde legitimarum usurarum appellatiōne  
exaudiendas. Quod cum dico,graues mihi constitutos  
esse aduersarios scio , qui de hac re fecus atque ego sentiunt,  
quorum auctoritati ipsa veritate nixa sententia nostra apud  
æquos iudices non cedet. In hac adeò opinione plurimum  
aliquot locorum coniunctione, collationeq; confirmor. Nam  
pecuniæ, quam in usus suos verterint,modò legitimas,modò  
maximas usuras debere tutores dicuntur.l.tutor qui reperto-  
rium. §.pecuniæ. l.non existimo. D.de administr.tut.l.j.C.de  
usur.pupill.l.ijj. C.arbitr.tut. l qui sine. D.de neg.gest. quibus  
verbis cùm promiscuè atque indifferenter nostri auctores  
vtantur , maximam autem usuram centesimalam accipi opor-  
tere nemo neget,quòd ea amplior vberiorq; nulla licita fuit,  
vt & d.l.si pro mutua.probat:consequens est & legitimæ usur-  
æ appellatione centesimali intelligi. Alia verò in illa que-  
stione legitimarum , alia pupillarium usurarum , quæ à non-  
nullis

nullis confunduntur, causa constituenda est. Non enim quæ pupillis præstantur usuræ, centesimæ semper incrementum recipient, sed in his demum causis, quæ legibus definitæ sunt: videlicet, si vel pecuniam in usus suos tutores verterint, vel apud se pecuniam non esse improbè inficiati mendacij prætoris sententia conniicti sint, vel deponere pecuniam in prædiorum comparationem iussi id facere neglexerint, aut à debitoribus pupillaribus centesimas exegerint, vel ipsis pupillis ad onera sua expedienda sub iisdem usuris pecuniam accipiendi necessitatem imposuerint, cum nullam penes se quantitatem esse falso negassent. Ex reliquis causis, cum tutelæ restitutioni usurarum emolummentum accedit, non maximæ legitimæq; tutori irrogantur, sed secundum morem regionis, in qua res agitur, vel quincunces vel semisses vel trientes, aut quæ aliae in ea regione frequentantur. d.l.tutor. §.pecunia. §.quæ sint autem. & l.ij. C.de usur.pupillarib. l.si postea.D. rem pupilli saluam. fo. Pupillarium igitur usurarum modus iudicis arbitrio, si cum tute ex suprà scriptis causis pupilli agant, vel ipsis à debitoribus suis centesimam sint stipulati, ad regionis morem redigitur, argum.l.j.D.de usur. Atque ita in l.quotiens. §.sed & si.D.de adm.tut.& aliás ubi occurrit, pupillares usuræ accipiendæ sunt. Verò ne longius à proposito aberret oratio, concludamus tandem, usuram legitimam, centesimam fine modoq; contineri. Ex quo efficitur ad centesimam restendum esse, quod & responsum & constitutum est, in fraudem usurarum adiectam poenam in eo quod legitimam usuram excedit, non valere. l. Julianus. §.idem Papinianus. D.de actionib.empt. l.cùm allegas. C.de usur. Eodemq; modo apud Papinian.in l.j. §. pæcto. D.de pignorib. illa verba, *fini legitime usuræ* sic interpretanda esse, id est intra centesimam modum. Quibus ita positis, reliquum est, ut quare centesima legitimus usurarum modus appelletur, inuestigemus. Eam vero appellationem ex eo descendere nemini non probabitur, quia lege aliqua præscriptus & constitutus usuris hic modus fuerit. Id enim demum legitimum in libris nostris, ut aliás pluribus ostendam, appellari solet, quod lege aliqua vel senatus consulo proditum confirmatum est. Coercitam vero multis legibus sancitorū acerbitatē constat, legesq;

in hanc sententiā latas scenebres appellatas Festus lib.vj. auctor est. Sunt & principum constitutionibus illicitā scene rationes repressae. I.cōstitutionibus. C.de usur. Sed qua potissimum lege intra centesimam usurarum exactio cohibita sit, hoc est de quo quærimus, & cuius gratia tota hæc disputatio suscepta est. Puto autem hoc esse Gabinia lege, senatusq; consultis effectum: quibus hoc comprehensum fuisse Cicero lib.v.epist.ad Attic.indicat, vti in creditorum causa centesimæ perpetuo scenore ducerentur, vetitumq; ex ea syngrapha ius dici, ex qua maius usura centesima scenus promisum esset: nec tantum scenatoribus, & supra modum lege constitutum accipientibus, sed & versuram facientibus pœnam constitutam. Quod & in Cilicia edito translatio cauisse se, cum eam prouinciam pro consule obtineret, Cicero refert. Eiusmodi q; à Lucullo Asiam proconsule regente editum propositum Plutarchus in eius vita scribit: πρῶτη μὲν, ait, ἵκεσθαι ἐπίλευσται, τὸ μὲν πλέον εἰς τὰς τάξεις λεγόμενα. Apparet igitur legitimæ usuræ nomen centesimæ meritò tribui. arg.l.legitima.D.de paet.l.j.D.vnde legit.eodemq; sensu licitum usurarum modum accipi oportet in l.solutum. §.si in sortem.D.de pignericat.a&t.& l.pœnam.D.de usur.

Vnde legitima ætas appellata sit.

C A P. II.

**Q**uod proximè de usurâ, id nunc de ætate legitima in mentem venit quærere, quid causa sit, cur ita passim in libris nostris xxv.annorum ætas appetetur. Sic enim appellatur in l.ex duobus. D.de neg.gest.l.quæro.in fi.D.de testament.tut.l.j.D.de fideiussor.tutor.l.cum pater. §.curatoris.D.de legat.lib.ij. I.Aurelio. §.j.D.de liber.leg. I.vlt. §.diuus. D.de publican. I.si fideiussores. D.de fideiussorib.l.vlt.in fi.D.de appellatio.l.penult.C.quando dies leg.ced.& alijs multis locis multos de ea re quid sentirent percontatus, nullum umquam relatu dignum responsum tuli. Probabile quidem est inde appellationem hanc fluuisse, quod lege aliqua adolescentibus id spatiū ætatis ad res suas recipendas præscriptum fuerit. Id modò in dubitationem venit, qua sit istud lege constitutum. Enimuerò si in re obscura & antiquitatis tenebris inuoluta hariolari licet, temptabo

ptabo dicere lege Lætoria id esse inductum, quam de minoribus xxv. annis scriptam, totamq; in eo argumento versatam ex ijs eius legis capitibus, quæ ad nos peruererunt, facilis coniectura capi potest. Quorum vnum ex Cic.lib.ij. Offic. colligimus, quo circumscriptio adolescentium vindicabatur, ætatiq; fraudibus exposita succuttebatur. Alterum ex Spartiano in M.Anto.Philosophi vita, quo minoribus xxv. annis curatores dandos continebatur. Tertium ex Sueton.lib.iiij. prætorum, quo minores xxv. annis stipulari vtabantur, id est vt Priscian.lib.vij. & lib.xvij. interpretatur, ἐπιτάσις, & vt nostri auctores loquuntur, spondendo obligari. Quod respexisse Plautum in Rudente, vir clarissimus, idemq; in omnibus bonarum artium disciplinis egregius, Aemarus Ranconnetus me aliquando admonuit. Verba Plauti hæc sunt:

*- Cedo qui cum habeam iudicem,*

*Ni dolo malo instipulatus sis, nunc etiam dum siem*

*Quinque & Viginti annos natus.*

Quibus ego coniecturis adductus ad suspicandum id quoque ea lege cautum fuisse, aut nisi lege expressum fuit, ex sententia certè arteptum crediderim, vt adolescentibus rerum suarum administratio tum demum, cùm ad vicesimumquintum annum peruenissent, committeretur. Atque eam legem Plautus forte intellexit, cùm in Pseudolo sic Callidorum loquentem facit:

*Tum lex me perdit quina vicenaria,*

*Metunt credere omnes.*

Credibile quoque est ex hac lege descendisse tempus in integrum restitutioni statutum: quod & idcirco legitimum appellatur in l.interdum. D.de minorib. Exposui breuiter coniecturam nostram. Qui melius coniecerit, is optimus vates esto.

*Legie Iulie Miscellæ sententia in aliquot Iureconsultorum locis demonstratur.* CAP. III.

**O**NDICIONES, quæ aliquod omnino nuptijs impedimentum adserunt, tamquam in fraudem legis adiectas, reiecti; consentiens in vnum omnium Iureconsultorum fert opinio. In his Papinius,

k 3 Quod

Quod in fraudem, ait, legis ad impediendas nuptias adscriptum est, nullam vim habet, veluti, TITIO PATRI CENTVM, SI FILIA QVAM HABET IN POTESTATE, NON NVPSERIT. vel FILIOFA. SI PATER EIVS YXOREM NON DVXERIT, l.hares. §.vlt.D.de cond. & dem. Et aliâs, hac mulieri iniecta condicione, SI ARI-CIÆ NON NVPSERIT, interesse traditur, vtrum fraus legi facta sit, necne. Nam si ea sit, quæ alibi nuptias non facile inuenire posse, interpretandum Iulia censebat, ipso iure re-scindi, quod fraudandæ legis gratia esset adscriptum. Legem enim utilem Reipub. sobolis feliciter procreande causa interpretatione adiuuandam esse.l.hoc modo. D.de cond.& demonstr. Legis denique beneficio alijs id genus condicionibus reiecit mulieres sibi relicta legata capere nostri auctores definiunt in l.cùm tale. §.rescriptum.l.mulieri.D.cod.tit. Retinetur verò in ijs omnibus locis eius utilissimæ legis nomen, quod ego post accuratam cogitationem inuentum ignorari diutius nō patiar. Mea hæc est coniectura (temerariam enim adseuerationem, quoad viris doctissimis hoc probari intelle-xero, inhibeo) legem Julianam Miscellam significari, qua id comprehensum fuisse Iustinian.in l.ij.C.de in dicta vid.toll.& in Nou.de nuptijs. §.quæ verò, auctor est, ut mulieres, quibus mariti viduitatem induxissent, etiam secundis contractis nuptijs nihilominus sibi relicta legata consequentur, præstito prius iurecurando se procreandæ sobolis gratia ad secundas nuptias cuolare. Cui legi Iustinian.in illis locis, quod ad ius ius-randum attinet, obrogauit. Eò verò lex per interpretationem prudentium producta est, ut omnes inde condiciones, quæ liberam auferant nuptiarum contrahendarum potestatem, legatarijs resuittantur, quasi nullam fieri nuptijs moram oportere lex senscrit.

*Quibus magistratibus, & qua legem multam dicere  
permissum fucrit.*

CAP. IIII.

**I**ls demum competere multæ dicendæ ius Vlpianus tradit, quibus publicè iudicium est, vel, ut idem alio loco scribit, quibus iudicatio data est.l.aliud est statu. D.de verbis signific. l.ij. in f. D.de iudic Secund

Secundum hoc magistratus omnes Romæ multæ dicendæ ius habuisse inuenio. Nam ut à Coss. ordinar, vel ipsis Senato-ribus, qui tardius in senatum venissent, vel omnino non ve-nissent, multam irrogasse eos Cicero in Anton. ostendit. De prætore satis in Pandectis expressum est. l.ij. D. si quis in ius voc. non ier. l.ij. §.j. D. de vent. inspic. Aediles quoque multam dixisse, & Liuius aliquotiens, & Gellius lib. x. cap. vi. indicant. De Tribunis plebis, si quis Gellij lib. vii. cap. xix. auctoritatem defugiat, exemplis Liuius abundat. ex quo etiam didicimus, à Tribunis dictæ multæ certationem apud populum fuisse; qui de ea concilio habito statuebat. Horum tamen repressa Neronis tempotibus potestate etiam illud constitutum Tacit. lib. xiiij. refert, vt ne multam ab his dictâ Quæstores era-ri in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: me-dio tempore contradicere licet, deq; eo Coss. statuerent; Verum eniuero hanc sibi multæ dictationem in libera Re-publ. magistratus propria auctoritate non vindicarunt. Le-gem itaque fuisse ambigendum non est, quæ nec obedientes & noxios ciues multa pro iurisdictione sua coercere magi-stribus permisit. Eam ab A. Aterino & Sp. Tarpeio Coss. latam Dionys. Halicar. lib. x. his verbis docet. οὐαὶ τοῖς ἀρχαῖς πόλεις οἱ λοχιτόλογοι ἵκεινοις νόμοις ἐκνέασερ, οὐαὶ τοῖς αρχαῖς πόλεις οἱ τοῦ καισαρεῖας εἰς τὴν ιωνίην ἀποστοιαρ, ζημιαρ. Τοις γαρ τοῖς ἀποστοιησιν, οὐαὶ τοῖς ιωνίην μόνοι. Curatoribus etiam aqua-rum multæ dicendæ ius Senatus consulto, quod à Frontino sub f. lib. ii. de Aquæductib. ponitur, concessum fuit. Præsi-di-bus prouinciarum id ipsum principalibus mandatis permis-sum, Vlpian. in d. i. aliud. in f. auctor est. Procuratoribus verò suis hanc ipsimet Cæsares potestatem denegarunt. l.ij. C. de modo mult.

*De vetusta aquæ & ignis interdictione, & ea que  
in locum eius succedit, deportatione.* C A P. V.

**N**EQUE libertatem, neque ciuitatem inuitus quisquam amittere intre Quiritum poterat, quemadmodum à maioribus constitutum Cicero in suis pro Corn. Balbo, pro A. Cæcina, pro Domo sua orationibus scribit. Eodem iure cui Rom. spiritus eripi, vi-taq;

taq; adimi non poterat: quod elegantissimè apud Sallust. in Coniuratio. Catilin. Cæsar persequitur. Atque ita nec ciuitate extrudi, nec ultimo supplicio adfici noxij ciues poterant. Quorum tamen impunita peccata non relinqui, cum disciplinae publicæ yigori postularet, inuenta ratio est, qua ciuitate, saluis maiorum constitutionibus pellerentur. Nimirum aqua & igni sotibus interdici institutum est, ut his subsidijs, quibus vita humana continetur, destituti, in alias terras migrare, seq; in aliam ciuitatem conferre cogerentur, in quam recepti Romanam amitterebant: quod duarum ciuitatum eos esse ciues æquè Romanorum instituta legesq; non patarentur, ut à Cicero pro Balbo, & à Cornel. Nepote (si modo, is eius libelli auctor est) in Pompo Attici vita traditum est. Hoc ergo consilio duobus illis elementis, sine quibus vita soueri non potest, interdicebantur: quæ proinde nuptijs quoque adhibita Plut. in Problematis Festus lib. i. & Scœula in l. penult. §. i. D. de donat. inter vir. testantur. Quorum vtrumq; Ouid. lib. iiiij. Fastor. duobus his versibus complexus est:

*As quod in his vita causa est, bac perdidit exul,  
Etis noua sit coniuncta, bac duo magna putant?*

Lactantius lib. ii. Institut. cap. x. Exilibus quoque, ait, aqua & igni interdici solebat. Adhuc enim nefas videbatur, quamvis malos, tamen homines supplicio capitis adficeret. Interdicto igitur eorum rerum yisu, quibus vita humana constat, perinde habebatur, ac si esset, qui carn sententiam exceperet, morte multatus. Ex quibus cum Pompeo. in l. vlti. D. de legatio. efficimus populum vi ipsa ciuitate expulisse eos, quibus aqua & igni interdicebat, cum ne testo quidem excipere eos liceret. Quod & ipsa interdictione nominatim comprehensum suisse Cicero pro Domo sua indicat. Qui ciues, ait, Romani erant capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amitterebant; quam erant in eam recepti, quod vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant. Id autem ne esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed testi, aquæ & ignis interdictione faciebant. Quinetiam qui ita damnatos celassent, receperissent, tenuissent, lege Iulia de vi tenebatur, quemadmodum Paul. lib. v. Sentent. tit. xxvij. scribit. Quod à Cæsar, cum damnatis de vi aqua & igni interdici iuberet, legi suæ

sunt insertum fuisse probabile est. Hoc amplius, cum Senatoribus aqua & ignis interdicebatur, rogationi adscribi solitum ex eadem Ciceron. oratione colligimus, ut ne eum suo loco censor legeret, ut non modò non in ciuium numero esse, sed nec in co/dignitatibus, in quo collocatus esset, gradu stare permetteretur. Atque haec pena antiquis legibus (quemadmodum ex libris hostris, Lisijsq; ac Paterculi & aliorum qui res gestas pop. Rom. litteris prodidere, scriptis intellegimus) nulla ex illic facta mentione interrogabatur. Mansitq; eius usus ad Imperatorum usque tempora, quibus primùm reorum in insulas deportatio in Rempub. inuecta, & ne iuris antiqui vincula aperte revelli viderentur, in locum aquæ & ignis interdictio- nis sufficet est, ut veruisti moris umbra retenta, qui deportantur, sic haberentur quasi aqua & igni interdicti essent. l.ij. §.q. D. de pœn. liij. D. ad legem luli. pecul. l. penult. in fin. D. de var. & extr. Itaque aqua & igni interdictos nostri deportatos interpretantur. l.j. §.hi quibus. D. de legat. lib. iiij. l.j. D. de pub. ijd. Eademq; illorum verborum & in alijs locis interpretatio facienda est. Imperator. D. de statu ho. l. qui dolo. in fi. D. de vi publ. latimissone. D. de cap. min. liij. in fin. D. de gradib. letina quis. D. de solutio.

*Constitutiones due de interdictis proferuntur. C A P . VI.*

**E**R. est, quatido in hoc sermone versamur, Augusti constitutionem de aqua & igni interdictis, in medium proferre, qua in continenti & in insulis, quæ quadrinigeti minus stadijs à continenti abesse, exceptis Rhodo, Co, Lesbo, Sardibus, morari eos ver- fariq; prohibuit, alia præterea quedam constitutione sua complexus, quæ Dion lib. lvj. ita rettulit: ἀπογένεσθαι μαδίναι πηνὸς τὴν θάλατταν ἀρχίντα, μήτε γὰρ ἐπέριμον διατριβεῖν, μήτε γὰρ τὸν θόρυβον τεθαυόσιν τὸν τὸν επέριμον στέλλων ἀπε- χθοι, πλὴν τῷ τε γῆρᾳ, σαρδὶς τε καὶ λεσβῃ. τάντας γαρ ἐκ τοῦ ὕπερ μόνος ταρχαλιόν. ἵκεντε τε τὸν αὐτοῖς προσκτεῖται τὸ μέ- π ταρχαλιόν τὸν ἄλλον, μήτε πλοῖα πλέω φρεστικὲ τε ἴνος καὶ χιλιοφόρος, καὶ κατέρρειν δύο καταβάται, μήτε δύοις πάντῃ πλοια- θεροῖς ταῦτα ἄλλος χρῆσθαι, μήτε ὑστερητὸν δύο δύοντα καὶ ἡμίσους πλευρῶν ἔχειν. Quam constitutionem ad deportatos pertine-

re palam est, qui insulis concludit, & quasi aqua & igni interdicti ciuitate arceri solebant. Cuius fugae tredicione res nouas molentur, & bonis supra statutam quantitatem excedentes, & a continente procul remouendos, & nautium insuper longatum seu eneratiorum comparatione, magnoq; famulatio interdicendos Augustus putauit. Fuit verò alia, veteribus episcopis que visitata interdictio, que non latam fugam, sed loci dumtaxat vnius vel prouincie interdictione continet, ad quā pertincentem constitutionem, ab Ulpian. sine auctoris nomine relatam, auctori suo vindicabo. Ait ille, constitutum esse, etiū, cui patria interdictum est, etiam urbe abstineret debere. Id quod ab imperatore Claudio constitutum Sueton. in eius vita cap. xxiiij. ita declarat. Sanxit, ut his quibus à magistratibus prouinciae interdicerentur, urbe quoque in Italia libemoverentur. Et est hoc consequens ei, quod dicitur, Romana communem pātiā esse. I. Roma. D. ad municip.

*Dē libellis, qui principib⁹ offerabantur.* CAP. VII.

VOTIENS in Ldiuus. D. de re iudic. incido, quā diuum Hadrianum adiutum per libellum à Tarentino narrat, totiens mihi vetus adeundorum, compellandorumq; principum mos in mentem venit, quōs vēl à præsentib⁹ libello adīti solitos Tacit. lib. iiiij. ostendit. Componit, ait, ad Cesarem codicilos. Moris quippe erat, quamquam præsentem scripto adire. Tranquill. in Aug. cap. liij. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tam̄a comitate adjuntum desideria excipiens, ut quendam toco corripuerit, quod sic sibi libellos porrigeret dubitaret, quasi Elephanto stipem. Idem in Donatian. cap. xvij. Stephanus professus coniurationis indicium, & ob hoc admisitus legenti traditum à se libellum & attento, inguina suffodit. Martial. lib. viii. Epigram.

*Dante tibi turba querulos Auguste libellos.*

*Nos quoq; quod domino carmina parua damus. Et alias, Sed iam supplicibus dominum laſſare libellis.*

*Define, o in patriam serus ab Urbe redi.*  
Sic libellum principi datum in libris nostris lege legitimus.  
I. libertus. D. de in ius voc. I. item apud Labconcm. s. si quis li-

bello.

bello. D. de finiar. & elegatorum. §. relegati. D. de interdicto quæ-  
sitione. D. ad Turpi. & C. tit. quando libel. præcedat. Libellis ve-  
tero vel subscribebat ipse, vel subscribendi cura alij mandabati  
et asq. subscriptiones vim legis habuisse deſcribitur. D. de cōſtitu-  
tione quārum extat exemplum in l. nō distinguemus. §. cūm  
quidam. D. de arbitrio. Atq. huic subscribendi muneri Jurispē-  
riti plerumque ab Imperatorib⁹ præfiebantur. Ita rescri-  
ptum refert Trypho. ab Imperatore libellos agente Papiniano.  
l. rescriptum. D. de distracto. pign. & Aurelius Arcadius ma-  
gister libellorum dicitur in inscriptione. l. j. D. de officio. præf.  
prætor. Id quod illūstrius appareat, libelli à Celso Iurco collato  
subscripti, cuius fidē ex Iani Parrhasij Cataneiq; scriptis con-  
stat, exemplum ex Antiquis Inſcriptionibus subiicitur, ynde  
verusta contiendiōrum subscribendorumq; libellorum for-  
mula intelligatur. Verba libelli ita habent: CVM ANTE  
HOS DIES CONIVGEM ET FILIVM AMISE-  
RIM, ET OPPRESSVS NECESSITATE COR-  
PORAE EORVM FICTILI SARCOPHAGO COM-  
MENDAVERIM, DONEC AIS LOCVS QVEM  
EMERAM. EDIFICARE TIRI VIA FLAMINIA  
INTER Miliarium II. ET III. PARTE DELE-  
VA, ROGO, DOMINE IMPERATOR, PERMIT-  
TAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOR-  
IEO SARCOPHAGO, QVEM MIHI MODO  
COMPARAVI, INEA CORPORA COLLIGERE,  
VT QVANDO ME ESSE DESIERO, PARIS-  
TER CVM IIS PONAR. Etiam qd. qd.  
Et poni in sebuleorū mūnificiū sibi placet. Quod  
IVVENTIVS CELSVS PROMAGISTER SUB-  
SCRIPSI III. NON. NOVEMB. ANTIO POL-  
LIONE ET OPIMINIO COSS. Huic quantum exi-  
stuntiū muneri praepositi, à posterioribus præcepit, Libel-  
lenses appellantur. *Vetus rerum venalium prescribendarum mos expre-  
misimus estus.* T. A. T. V. L. C. A. P. VIII.

**S**i quis pignus proscripterit, venditurus tamquam à me  
acciperit, infamandi que causa, cum eo iniuriarum agi  
buq;

secundum Seruij Sulpitij sententiam potest: ut est ab Vlpiani scriptum in item apud Labeonem. §.item si quis pignus. D.de iniur. In quo ego veteris moris reliquias adgnosco, quo venalia prædia proscribebantur, id est, proposito diuulgatoq; libello venum ire, venumq; exponi significabantur, ut ego Plauti, Ciceronisq; testimonij plathū faciam. Plaut. Trinūm:  
 -1. 51. 14. *Quia rurī dum sum*  
*Ego unas sex dies, me absente atque inconsultu meo.*  
*Aedes venales bisce inscribit litteris.*

Cic. iij. officior. Claudio, ait, ædes quas in Cælio monte habebat, proscriptis, insulam vendidit. Emit P. Calphurnius Lanarius. Et paulò post: Sic tu cùm ædes proscrivas, tabulam tamquam plagam ponas, domum propter vitia vendas; ita eam. ut aliquis incurrit imprudens. Cuiusmodi tabula sorte in specie à Juliano proposita significatur, in l. Julianus. §. idem Julianus. D. de actio. empt. Maximè verò in auctionibus libelli isti ac tabulae figebantur, ut admonerentur quos etiā cupiditas tencret, quæ die, quibus legibus, condicionibusq; prædia addicerentur, ut ex oratio. Cicero. pro Quintio. & aliquot epistolarum ad Att. libri præcipue duodecimai locis perspicue demonstratur. Plinius lib. vij. Epistol. ad Fabat. Miraris quod Eros libertus meus hereditarios agros, quos ego iusserram proscribi, non expectata auctione addixit. Quin & hoc idem in locandis ædibus seruatum deprehendi, ut pendente de ædibus tabula proscriveretur facienda locatio. Terentius Heautontimor.

*Inscripti ilico ædes mercede.*  
 Cic. lib. xvij. ad Attic. Iste locare incipit, non prescripta neque edicta die.

*Quæ sint seruilia verbera.* C. A. P. IX.  
 N metallum damnatis libertatem adimi. Callistratus in Lin metallum. D. de iure fis, ex eo demon-  
 strat, quod seruilibus verberibus coercantur. Ser-  
 uilia verbera, flagra, flagella, tora, interpretor, qui-  
 bus seruos rumpi solitos præter veteres comedias, quarum  
 hic testimonia, quod in promptu sunt omnibus, aduocare ni-  
 hil necesse est, etiam l. sed est questionis. §. pen. & item  
 apud

apud Labconem. §. adiicitur. D. de iniur. aliaeq; à me in sua po-  
sitz ostendunt, cùm liberi sustibus dumtaxat castigarentur.  
I. capitalium. §. non omnes. D. de pena. vlt. D. de iniur. Quod  
& Seneca in libello ioculati de morte Claudi signifikat y eo:  
dem argumento elusivens Claudiom in seruato fuisse, quod  
seruilibus verbetibus vapulasset. Apparuit, aut, subito C. Ca:  
far, & petere illum in seruitutem cœpit. Producit testes, qui  
illum viderant ab illo flagris, serulis, colaphis, vapularum.  
Idemq; in lib. de Clementia, equitem quemdam Romam quia  
filium futum flagellis ceciderat, pene à turba in foro graphijs  
confossum narrat, indignum facinus existente populo ser:  
uilater à patre ingenuum filium tractari. Hinc animaduerte:  
re possumus, quibus ex causis liberi sustibus castigantur, ex  
ijsdem seruos flagellis cœdi. I. in seruorum. D. de pena. leuiā.  
D. de accusatio. I. Pedius. §. j. D. de incendio. Letiorem au:  
tem fuisse sustium quam flagellarum castigationem ex eo fa:  
tis apparer, quod sustium admonitio in leui & modica casti:  
gatione ponitur, flagellarū contrā verberatio in atroci co:  
citione grauissimāq; & seruili inluria consistere confetur, vt  
ex coniunctione l. sed. si. ut. in fin. D. de vsu fract. cum i. item  
apud Labconem. §. si communem. D. de miur. & l. prætor edit:  
xit. §. præterea. D. eo. tit. cum l. sed. si. hac lege. §. penult. D. de  
in ius voc. illucescit. Denique sustium idus, admonitio voca:  
bulo ipso poenæ lenitatem significante appellatur, l. veluti. D.  
de pén. Vnde quod à Veneto traditur, atrocius verbe:  
randi ius legitum proconsulis non habere. l. si quid erit. D. de  
officio. proconsul ad flagellarum coercitionem proculdubio  
referendum est. *Et in iudicio loquacior legi agnoscitur.*

*De edibus municipalibus.* *CAP. X.*

**N**on Romæ tantum, sed & in municipijs. Aediles  
fuisse non abs te admoto, quandoquidem eius rei  
ignorance, que de municipalibus dicuntur, de vr:  
banis magistratibus dicta inscitè accipi video. No:  
strosum primum, dein alijam auctorum locos ponam. In  
l. qui insulam. §. j. D. loca. Aedilem in municipio batieas con:  
duxisse narratur. Obscurius in l. eos. D. de decurionib. huius:  
modi Aedilis significatur, de quo tamen sensisse legem, vel

tirulis ipse sibi quod ea posita est, arguit. An et eodem modo  
in non tantum. sed etiam qui redditus est. Dicitur excusatio: vox ista  
hoc pendenda sit, contrauersia est, & alterius loci questio. Nunc  
indubitate testibus nos confienda est. Cioad Brut. lib. xij.  
Epist. Nam constitueri: in principiis causa hoc anno. Ediles  
filium mortuus fieri. volvi. & fratri filium. & M. Capitulum homini  
nem non maxime in secessarium. Is enim magistratus in no-  
stro principio nec alius ullus creari solet. Spartacus Hadrianus.  
Per Latina oppida. Edilis. & Dictator fuit; & in patria sua  
Quinquennialis per Latina oppida, veluti Vlubitis Arreti. No  
uare, & alijs id genus. Inuenit sat. K. i. 102  
-coenobitis omni Kasa, minora  
Frangere paucos. Vacua. Edilis. Klubris. autem q. ex  
Persus hac. iij. ab. C. i. 103  
Fregerit henninde Arreti. Edilis. iniquas. i. 104  
Sueton. in lib. de clar. Rhetorib. Caius Albutius Silus No-  
uariensis cum Edilitatem in patria gereret. Legitur & in  
Antiquis inscriptionibus, perspecte hoc nomen, & quidem à  
Duumviris non huncquam separatum, ut diuersam à Duum-  
vitate honoris imunicipalis speciem. Edilitatem huile, non  
niale à quibusdam exhibetur. i. 105  
Que fuerint omnia sollemnia patrimoniorum onera.  
C. i. 106

**S**ecundum q. S. A. P. lib. x. lib. viii. s. 2. q. 107. videlicet  
**V**eteran. & patrimoniorum onera sollem-  
nia, sustineri omnes oportere traditur. i. l. i. D. de  
Veteran. Est & alias scriptum, ab his oneribus, quae  
patrimonij vel possessionibus indicuntur, neque  
numero liberorum, neque vlo alio priuilegio quem excusari.  
L. s. notierus. vers. que patrimoniorum. I. ab his. D. de vac.  
muhēr. Sollemnium quoque publicarum penitentiorum fit  
mentio in l. s. velut C. de compensatio. I. s. C. pro loc. Proinde  
quibus otiū oneribus, sumptionibusq. patrimonia subiecte-  
rebutur. videamus. Id autem antiqua duxit paucis verbis ab  
M. piani serè comprehensum in t. s. pendentes. s. t. quid clausi  
carij. D. de usu. his verbis: si quid cloacarum nomine obce-  
tur, vel se quid ob fortitudine aquæ ductus, que per agrum transit,  
pendatur, ad omnes fructuarij pertinebit. sed et si quid ad col-  
legium

Letiorum. vix puto. b*ut* quicunque fructuarium subistitum. Ergo  
 quod ob transitum exercitus conservat ex fructibus; sed  
 si quid municipio nam solent possessores certam partem fru-  
 ctuum municipio dilatori prece*re* adducte; solent ex fructu fructus  
 praestare. hoc non est ad fructuarium pertinet. Hactenus  
 Vlpianus & cuius nos breuitatem aliorum. oportet invenimus.  
 Cloacani autem tributi ite*n* eius. quod ob formam aquae  
 ductus pendunt. triah suetum in librum seruus. s. hec est d*icitur*  
 de leg. lib. i. De posteriore illud priuera in libello varior. au-  
 stor. de limitib. scriptum reperi. Aquatum ducens aut per me-  
 dias possessiones dirigitur. que ab possessoribus ipsis vice  
 temporum replicantur. propter quod & loca a tributa per  
 salutem. Forinas enim appollato fabricam medius aqueductus  
 publicus sum: in cuius rupicla: ab his. quotim per agros aqua  
 transibat. an nolum tribuum conservabat. Ut ut hoc verbo  
 Frontinus sib. iij. de Aqueductib. Utuntur & Imperatores in  
 l*b.* (ib. quartam) pro locorum, nonnulli male sorinorum  
 emendant) & l*iij*. & l*v*. s. de aqueductib. lib. xij. Sed iam ful  
 reliqua gradum faciamus. Collationem viae munendi: s*er*-  
 nende*q*; causa ad onus prediorum pertinuisse declaratur ex l*in*  
 summa. C. de pign. f. Julianus. s. Idem Julianus. D. de act. emp.  
 l*h*onor. s. viatum. Lvti. s. si aliquis. D. de mun. & hono. l*sunt*  
*munera* D. de vacat*rum*. Siculus Flacc. in lib. de Condicio.  
 agor. Quia dany p*ro*ga*it*, viae aliquando finis transeunt pos-  
 sessionum, quam tam*en* omnium non via eadem*q*; est con-  
 dicio. Nam sunt viae publicae rogales, quae publice munientur  
 quam quatuoridam tutelam a possessoribus per tempora summa  
 certe exiguntur. Et hoc antiquis. Ascunio in iij. Vetrinab*is*  
 te*prete*, exigere viam dicebatur. Quod vero ad tributum ob  
 transitum exercitus, atinet, dilucidius id sit eiusdem. Siculi  
 Flacci loco ad finem libri, de quo proximam memini, qui ita  
 habet. Nam & quotiens militi praeparanda est, si ligna est, attamenta de-  
 portanda, querendum, quae ciuitates, quibus flagibus modi  
 munera prebent soliti sunt. Est de hoc argumento. Nouella  
 Iustinianae constitutio, quae inscribitur. De transito exercitus.  
 In oneribus porto patrimoniorum etiam hospitum suscep*ti*  
 ponenda est. s. l*iij*. de munib*is* patr*it*o. lib. x. C. l*iij*. manus.  
 s. l*iij*.

lyle in s. D. de munerib. & honorib. h. C. de episc. &c clericis.  
 Plerumque enim militibus superuenientibus, vel publicis per-  
 sonis ea iter facientibus, hospitia in ciuitatibus praberunt oport-  
 ent. iij. §. eos milites. D. de munerib. & honorib. l. illicitas. §.  
 ne tenuerit. D. de officiis pres. tota tit. d. metat. & epidemeticis  
 lib. xij. C. Ab hoc ramo hospitis recipiendi munere, militi-  
 bus & veteranis, medicis, philosophis vacatio immunitasq;  
 principiis constitutionibus induita est. i. vit. s. penult. & ult.  
 D. de munerib. & honorib. His adiunge quae siccio prestatan-  
 tur functiones, stipendia, annonas, capitaciones, de quibus  
 alias uberioris. Atque haec sunt Tributiones; quae possessionibus  
 sunt. i. penult. D. de veteranis. l. rescriptum. §. ult. D. de mune-  
 rib. & honorib. & Intributiones patrimonij in l. filii. §. ult. D. ad  
 munic. quae & Tributa prediorum appellantur. l. inter. lepiq;  
 stola. §. pactum. D. de pact. l. usufructu legato. §. quoniam igitur  
 D. de usufr. l. neque. D. de impensis res dot. l. sine herede.  
 §. Lucius. D. de admin. tut. l. Julianus. §. idem. Julianus. D. de  
 actio. empt. & munera rei cohereditia. l. sunt mutera. D. de  
 vacat. muner. <sup>III</sup> in monitis <sup>II</sup> in testamento <sup>I</sup> in legato <sup>II</sup> in  
 l. utrumque l. ultimum quoque in testamento <sup>III</sup> in legato <sup>II</sup> in  
 quod **De pupillarum tabularum appellatione.** <sup>II</sup> in carum  
 similitudine conscribendarum forma. <sup>II</sup> in l. l. in duplicitibus. <sup>II</sup> in  
 CAP. XII.

**P**ILLARES tabulas in libris nostris secundas  
 appellari nemini ignotum est; appellationis vero  
 istius causa & ratio nescio, an. aequa omnibus eba  
 gnita sit, quam ego paucis patescam. Ante omnia  
 autem secundas appellatas liquero volo, ad differentiam pa-  
 ternarum, quae & Principales & primie tabulae dicuntur. iij.  
 §. si primis. D. de statilib. l. i. D. si cui plus quam per l. Falcid:  
 l. in ratione. §. quod vulgo in fin. l. in duplicibus. D. ad legem  
 Falcid. l. i. in princ. D. quemadmod. testi. aperi. l. post legatum.  
 §. qui principale. D. de his quae ut indign. Eam vero differentiam  
 ex eo fluxisse suspicor, quod pupillaris substitutio in in-  
 seriore parte testamenti, & in imma cerasieri soleret. Quae par-  
 etiam separatis plerumque propria cera proprioq; lino con-  
 signabatur, cum eo ut & priore parte testamentaria parentibus  
 caueretur; ne inferiores tabule viuo filio & adhuc impubere  
 aperirentur, quemadmodum Iustinianus fehicit in. §. sin autem  
 Instic.

Instit.de pupill subst̄it. Sed ipsa Caij verba, quæ hoc disertè continent, melius erit ex lib.ij. Institutio tit.iiij. hue transferre. Sic autem habent. *Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, ut ad notitiam substituti peruenire non possit, ne vita pupilli aliquas substitutus infidias moliantur.* Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egreditur, ob signata permaneat, & prior pars testamenti, in qua bres scriptus est, reseretur. Hæc ille: secundum quæ in specie l.vlt.D.ad Trebellian.Iulius Fœbus testamento sibi factō, Polycrati filio, si intra pubertatem deceſſisset, secundas tabulas fecisse refertur, matriq; eius commendasse aperiendas, si impubes obiijſſet. Quod etiam ab eo, qui attentè leget, obseruari potest in l.si mater.in prin.D.de except.rei iud. Quamquam autem superscriptum à patre non fuisset, ne pupillares tabule aperirentur, si tamen scorsim signatæ relictæ essent, prætor aperiri eas, nisi causa cognita non patiebatur.l.pupillares.D.quemadmod.test.aper. Nec tamen semper scorsim à paternis pupillares tabulae, sed & coniunctim plerumq; signabatur. Quinimmo signatas esse patris tabulas sufficiebat, licet filij resignatæ essent. l.patris.D.de vulg.& pup.l.vt bonorum. D.de bonor.possel.secun.tab. Finem faciam, si prius illud ad scripſero, ex his explicatu facile relinqu, quod in l.nam quod. §. si quis compulſus. D.ad Trebellian.scribitur, ex testamento quod secundas tabulas habebat, aditam hereditatem.

*De veterum habitationibus in hortis.* CAP. XIII.

**A**BENTVR in l. lex Cornelia. §. domum. D.de in*H*iur.hæc verba: *Quid si quis in villa habitet. vel in hortis?* Quibus admonemur veteres in hortis habitationes habuisse. Quod & l. penult. D.de donatio.int.vir. ostendit. & Tacit.lib.xvi. Tum ad Thraseam, ait, in hortis agentem quæstor Consulis missus vespereſcente iam die. Sueton.in Claud.cap.v. Tunc demum abiecta spe dignitatis ad otium concessit, modò in hortis & suburbano, modò in Campaniæ ſeſſu delitescens. Ascon.in Milonia.de Pompeio. Plerumque non domi ſuę, sed in hortis manebat. Quæ de cauſa mirum nemini videbitur quod de penu in hortis in condita

condita legitur in l. ham quod. s. vt. D. de penu leg. In qua l.  
hoc prætcrea'notandum censeo, quod ait, *Sed & si in hortis  
sit vrbi iunctis*. Nam extra vrbe Romanorum horti erant,  
vt Cicero lib. xij. epistol. ad Attic. indicat, cùm de horti emi-  
pione idcirco se cogitare scribit, vt ne Romæ in turba sit, &  
ne ab vrbe absit. Etenim qui in hortis erant, abesse, cùm in  
conuentibus vobis essent, non videbantur, secundum defi-  
nitionem. l. absentem. D. de verb. signif. Inimo præstites eos  
habeti disertè traditur, in l. præsens. D. de procurato. Ceter-  
rum quæ in hortis ponebantur ædificia, voluptuaria erant, &  
amenitatis gratia, extructa, in qua sui colligeridi causa Ro-  
mani secedebant. Atq; has amoenas hortorum habitationes  
diætas appellabant, vt in d. penult. s. j. de penu leg. l. senatus.  
s. j. D. de leg. lib. j. l. si cuius rei. s. vt. D. de vñfruct. l. vxorem.  
s. j. D. de leg. lib. iij. & apud Plin. lib. ii. epist. ad Gallum, quæ &  
visitata Græcis commutatione Zetæ dicuntur à Lampridio in  
Heliogabalo, duobus locis.

*De magistratum, proconsulum, præsidumq; insi-  
gnibus.*

C A P . X I I I I .

**E**cce vtrisque luminibus orbatum idcirco  
postulare non posse. Vpiano placet, quod insignia  
magistratus videre & reueteri non possit. l. j. s. ca-  
sum. D. de postuland. Vbi insignia magistratus, quæ  
Græci ἵππον καὶ αρχῆν vocant, eodem sensu, dixit que & Consu-  
laria insignia in l. i. j. D. de his qui nō. infa. & Proconsularia in-  
signia in l. j. D. de offic. proconsul. & insignia regum apud Liu.  
lib. ii. & Valer. Max. lib. iiiij. cap. j. dicuntur. Insignia hæc, bre-  
uiter à Ptudentio in Roma. his versibus collecta sunt:

- Nónne cursim transcurrunt

- fasces, securis, sella, prætextæ, toga,

- Lictor, tribunal & trecinta insignie

- Quibus tumulus?

Et à Seneca lib. j. de Beneficiis. Quid habet corona pretio-  
sum? quid prætexta? quid fasces? quid tribunal & curtus?  
Nihil honorum honor est, sed honoris insigne. Quæ omnia no-  
bis singillatim explicanda sunt, initio à fascibus sumpto qui  
magistratibus præscribatur: consuli quidem duodecim, præ-  
tori

roti verò sex. Vnde Ouid.in frāgm.ad Piso. Cōsulatum ab eo gestum demonstrare volens,hac periphrasi usus est:

Cum tua biffenos numeraret purpura fasces. V  
Qua & Martialis compluries vtitur. veluti lib.vij.Epig.  
no. Postquam biffenos ingentem fascibus anumis nullis  
mutata. Rexerat, adsero qui sacer orbe fuit. Et lib.viii.de Consulatu.Silius  
Augusto pia thura, victimasq;  
Pro nostro date Silio Camone.

Biffenos iubet en redire fasces. Et rursus lib. ix.  
Biffenos pito, me rogante, fasces.  
Det. Stellae bonus, annustq; Cesār. h. 19.19.19.19.19.  
De prætorijs fascibus vnicum. Valerij. Maximi testimo-  
nium sufficiet & quilib.j.cap.j.lra scribit: qui prætor à patre  
suo collegij. Saliorum magistro iussus, sex lictoribus præce-  
dentibus arma dubia tulit. Totidem autem & Proconsulibus  
in prouinciam cunctibus fasces datos lex, Proconsules. D.de  
offic. Proconsul tradit. At præsidēs, qui nullodun cōsulatu  
gesto in prouincias à Cesāribus mittebantur, quinque dum-  
taxat fascibus usos Dion lib.livj.his verbis docet. ἐφθῆκεν δὲ  
αὐτὸν τοῦτο οὐσίας δι σπερτούολ γένεται, πατέρες γάρ εἰ  
δι τοστούορ εἰσ, οὐ διμετόρες εἰσ αὐτῷ τούτῳ τούτῳ.  
τότε τούτη μονίας πορρώτατα δέτερη εἰ τούτη προτεττυμένη σφίσ  
χάραξ εἰσέλθωσι, ἵκετερος οὐσίας αὐτούμενοι: ιπαδάρη σιάρ-  
γουσι, εὐθὺς καταπένθωσι. Atq; ita Cappadociaz equitem Ro-  
manum cum quinque lictoribus à Tiberio præfectum idēo  
auctor lib.lvij. narrat. Proconsules certè statim atq; vr-  
bem egressi esent, insignia sua accepisse, nec priūs deposuisse,  
quām reuersi portam Romæ ingressi esent, ex nostris lu-  
reconsultis constat. I.i. & I.vlt.D.de off.Procons. Ceterū fa-  
scium origo à Romulo repetenda est, quem libi xij. lictores  
instituisse Liuius & Halicarn. consentiunt, qui cū virgatum  
fascibus scēni coniunctis anteirent: quos nñā cū ceteris  
regam insignibus populus ad Coſs. Tarquinio exacto tran-  
stulit, id mddo cauens ne duplicarentur. Intuidæ deinde sum-  
mouendæ causa, quam terror hic imperij speciesq; regiæ do-  
minationis concitabat, disiunxisse à fasibus securis Publico-  
la fētetur, primusq; nudatos securibus fasces in concione po-

pulo submissis, ut à Plutareho in eius vitâ, Halicarnass. lib.v.  
 Quintilian. lib.iii. cap.vii. Valerio lib.iiij. cap.j. & ab auctore  
 libelli de Vir.illustrib. proditum est. Quem morem posteri  
 quoque sahcte seruarunt, adeò ut in vrbe, solis virgis, quas  
 ex Gallica arbore plerumque sumptas Plinius auctor est, Con  
 sulares fasces, aliter atque Dictatorij, constarent: aptarentur  
 verò alligarenturq; tum demum secures, cùm extra vrbeam re  
 ita exigente cum imperio Coss. proficiscebantur. Ex his fa  
 scibus virgas ocyus iubente magistratu lictores expediisse hi  
 storias legentibus tam notum est, vt exempla congerere pu  
 tidæ sit diligentia. Enimuero non apud vtrumque ex Coss.  
 simul fasces erant, sed apud alterum tantum, idq; alterius: pri  
 mūm quidem apud maiorem natu ex instituto Publicolæ, vel  
 ex lege Iulia de maritandis ordinibus apud eum qui plures li  
 beros suscepisset, ut est à Gell. relatū lib.ij. cap.xv. Quò autem  
 mense Consul fasces non habebat, antiquo more cum ac  
 census præbat, lictores ponè sequebantur: quem morem re  
 nouasse in Consulatu suo Iulium Cæsarem Sueton. in eius vi  
 ta cap.xx. commemorat. Extremum illud erit, ut omnia, quæ  
 de fascibus sciri interest, absoluam, foribus Consulurn eos  
 suspendi solitos, ijsq; inde sumptis lictores qui domo egre  
 dienti Consuli apparebant, obuiam plebem summouisse, &  
 fores, si quò ingrediendum Consuli esset. prius illud  
 ex auctore libelli de Viris illust. posterius hoc ex Liuio lib.vj.  
 & Pinio lib.vj. cap.xxx. & Solino cap.vj. plenius aliquando  
 Deo faciente cum alijs, quæ hic consulto oimito, demonstra  
 bo. Ad reliqua insignia magistratum gradum vertamus.

*De sellis & prætextis magistratum.*

C A P . X V .

**I**N insignibus magistratum à Prudentio sellæ nu  
 merantur: de quibus ut tractemus, ille quoque VI  
 pianî, qui nos in hunc sermonem adduxit, locus  
 monet, in quo sellæ prætoris fit mentio.d.lj. §.ca  
 sum.D.de postulan. Sedebant verò & Coss. & prætores &  
 Ædiles prætextati in sellis curulibus, quemadmodum Liuius  
 initio lib.iij. docet his verbis: Non patientibus tacitum Tri  
 bunis pleb. quod pro Consule uno plebeio def. patricios ma  
 gristratus (prætorem & Ædiles duos intelligit) curulibus sellis  
 prætex

prætextatos tamquam Coss. sedentes nobilitas sibi sumptus-  
set. Ac Consularium quidem sellarum. Sueton. in Claudio  
cap. xxiiij. meminit: sed & Cic. lib. viij. epist. ad Curium, comi-  
tiis quæstorijs institutis sellam Q. Maximi Consulis in cam-  
po positam narrat. In sella verò curuli etiam prætorem ius  
dixisse præter d. i. q. 5. casum: Varrois verba ex lib. iiij. de vita  
popul. Rom. à Nonio relata docent. Pædius Pætus cum esset  
prætor, & sedens in sella curuli ius dicere populo. Picus Marti-  
nius aduolauit, atqne in capite eius adsedit. Quinti. ian. lib. vj.  
cap. iii. Marcus Cælius prætor cum sellam eius curulem Con-  
sul Ilauricus frigilset, alteram posuit. Valerius lib. iii. cap. v.  
Quamquam quid intersuit utrum repulsam an sic adeptam  
Prætoram domum referret: quam cum propinqui ab eo pol-  
lui animaduerterent, id egerunt, ne aut sellam ponere, aut ius  
dicere audire. Ædiles quoque curules eadem sella insigni-  
tos & nomen ipsum, & Gnae Flauij historia à Liuio lib. ix. &  
à Gellio lib. vj. cap. ix. relata satis docet. Vnde autem sellæ cu-  
rulis nomen manauerit, idem Gellius lib. iii. ca. xvij. declarat,  
ex Baso narrans veterum ætate, Senatores, qui curulem ma-  
gistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam  
vehiri: in quo curru sella esset, supra quam considerent: vnde  
Curulis appellaretur. Quod & Iudor. lib. xx. Etymolog. cap. i.  
paulò planius atq; pinguis exposuit. Venio nunc ad præ-  
textam, qua prætores olim ornatos fuisse Suet. in Iulio ca. xvij.  
indicar, cum de prætura Cæsaris agens sic ait: Ac nihilominus  
permanere in magistratu ac ius dicere ausus, ut coiperit pa-  
ratos qui vi ac per arma prohiberent, dimissos lictoribus, abi-  
ctaq; prætexta domi claram refugit. Fit & de ædilicia prætexta  
sermo à Plin. lib. ix. cap. xxxix. & à Cic. in Orat. contra Vatin.

## De senatorijs ornamentijs.

C A P . X V I .

**S** E C I O S A S personas accipere debemus clarissi-  
mas personas utriusque sexus; item eorum, qui ori-  
namentis senatorijs vtuhur, speciosas. Qd. de ver-  
bor. signis. Duo locus hic ut explicemus, deside-  
rat: vnum, quæ olim clarissimæ personæ appellarentur; alte-  
rum, qualia Senatoria ornamenta essent. Quorum utrumque  
non ad eius loci modò, sed & aliorum multorum intelligen-  
tiam.

tiam sciri necesse est. Clarissimorum nomine Senatorer soli  
 oīnabantur, ut ostendit L. Cato. D. de cur. sur. in qua ita est:  
 Curator Senatus consulto constituitur, cūm clara personay  
 luti Senatoris vel vxoris eius in ea causa sit, ut eius bona ve  
 nire debeant: feminæ enim matrimonio cum Senatorे contr  
 acto, clarissimorum nomen sortiebantur. I. feminæ. D. de se  
 natorib. I. cūm te. C. de nupt. quomodo clarissimam factam  
 per maritum in l. filij. s. i. D. ad municipal. interpretamur eam  
 quæ senatori nupserit. Sic & Lamprid. in Alex. Solusq; omniū  
 Imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissimā loco viri  
 senatum ingressa sit. Nec vērō alijs quām qui ex Senatorio  
 ordine, vel senatoria dignitate donati essent, clarissimi titulū  
 priūm collatūn puto. Atque ita claram dignitatem ih  
 l. non est verisimile. D. quod met. caus. & clarissimos viros ac  
 cipi oportet censeo in l. deferre. D. de iure fisci & in l. sed &  
 si suscepit. s. sed & si proponas. D. de iudic. l. cum tabulis. s. i.  
 D. de his, qoꝝ vt indig. l. custodias. D. de public. iud. l. patro  
 norum. D. de legat. lib. ii. Lamprid. in Alex. Praefectis præto  
 riorum suis senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi de  
 essent & dicerentur. Et erat certe senatoria dignitas omnium  
 quæ tum temporis erant, clarissima vel ipsius Hadriani testi  
 monio, quem Spartia scribit senatus fastigium in tantum ex  
 tulisse, ut cūm Tatianum ex praefecto prætorij ornamentis  
 consularibus prædictum faceret senatorem, nihil se amplius  
 aut maius habere, quod in eum conferre, testatus sit. Postea  
 præsidibus omnibus provinciarum, & magistris census, &  
 principibus agentium in rebus, & alijs multis clarissimorum  
 titulus tributus vilescere sensim coepit, ut videre est in recen  
 tiorum Impp. constitutionibus. Nunc ad senatoria orna  
 menta transeamus, in quibus latus clavius præcipue ponitur,  
 quo ab Equestris ordine senatoriū distinctum Plin. lib. xxxij.  
 cap. i. & Lamprid. in Alex. docent. Hinc illud Vlpian. in  
 Instit. tit. vij. *Hoc amplius principalibus constitutionibus con  
 cessum est mulieri in hoc donare viro suo, ut is ab Imperatore  
 late clavis vel equo publico honoretur.* Quibus verbis vtrius  
 que ordinis discretio notat. Id enim ipsum ita Gaius effert  
 in l. nupt. D. de donat. inter vir. *Nuper ex indulgentia prin  
 cipis Astonini recepta est alia cūsa donationis, quam dicimus  
 honoris*

honoris causa, ut eoc se viro lati clavi petendi gratia do-  
 uer, vel ut equestris ordinis fiat. Hinc etiam Augusto sumen-  
 ti virilem togam, cum tunica lati clavi resuta ex ytraque par-  
 te ad pedes decidisset, omnis loco quodam interpretatos  
 Sueton, tradit, futurum, ut is ordo, cuius id insigne esset; et  
 quandoque subiectetur. Idem & in Claud. cap. xxiiij. sic ait:  
 Latum elatum quamvis ab initio adfirmasset, nos lecturum  
 se senatorem nisi ciuis Roma. esset, libertino tamen tribuit.  
 Habebat vero clavis senatorius latiorem purpuram, ut ex  
 Plinij capite iam à me citato, & lib. ix. cap. xxxvij. colligimus  
 de cuius forma & aliquid ex Quintilian. lib. xj. cap. vlt. elicij  
 potest. Erat præterea in calceamentis magna inter senato-  
 riū & equestrem ordinem differentia. Patricij enim calcei,  
 quos veteres, Mulicos, Pesto teste appellabant, sunt in ipse-  
 sam effigiem habebant. Vnde Martialis, Lucretilis, Statius Pa-  
 pinius lunatam pellent, & patriciam lunam dixerunt. Hinc Ci-  
 cero xiiij. in Anto. orat. de quodam in senatum repente adle-  
 tot: Est etiam Alsinus quidam senator voluntarius lectus ipse  
 à se. Apertam curiam vidit post Cæsaris mortem. Mutauit  
 calceos: patet conscriptus repetitò factus est. Huius vero lue-  
 nati calceamenti variae à Plutarcho in Problemata causæ ad-  
 fteruntur: probabilior reliquis illa est, quam Iudor. lib. vlt. Ety-  
 molog. cap. vlt. & Zonaras tomo ii. sequuntur, ut dicamus: à  
 Romulo institutos patriciorum calceos suffic adiuta luna si-  
 gura, quæ in eis non sideris formam, sed noctum centenarij  
 numeri significabat, quia initio centum senatorum erant. Atq[ue]  
 hec insignia vestium quibusdam senatu à se motis Auguston  
 consecratus Tranquillus resedit: quibusdam etiam priusquam  
 in senatum lecti essent, à Claudio tributa, Dion lib. lvij. atq[ue]  
 etot est, praefectisq[ue] pretorio ab Imperatoribus plerumque  
 data, Lampridius cum alijs testatur. nō raro munitione militum  
 operis, ut hunc agnoscere possit, in his signis, quibus  
 De premijs delatorum, corumq[ue] coercitione:  
 CAP. XVII.

**N**on raro ceteras quo ab accusando repellunt cau-  
 sas, quosdam propter turpem questum summoue-  
 ri traditur: quales sunt, qui duo iudicia adversus  
 duos subscripta habent, qui accusare, D. de acceu-  
 satio.

satio. Quæteret hic aliquis, in quo ille turpis quæstus versetur: quod facilime expediet, qui didicerit accusatoribus olim ac delatoribus præmia constituta, quorum dulcedine ad accusandum pelliciebantur. Quod & l.ij. D. de iure sif. ostendit, & Quintilian.lib.vlt.cap.vij. cum ad deferendos reos præmio duci proximum latrocinio esse ait. Tacit.lib.v. Lælius Balbus Acutiam P. Vitelli quondam uxorem maiestatis postulauerat, qua damnata cum præmium accusatori decerneretur, Otho Trib.pleb.intetcessit. Idemq; auctor lib. iiiij. de præmijs accusatorum abolendis, si maiestatis postulatus ante iudicium perfectum se ipse vita priuasset, in Senatu actum scribit. Præmia vero hæc partim legibus ipsis, ex quibus crimen inten- debatur, definita erant: partim æstimatione arbitrioq; eius, qui de crimine cognouisset, constituebantur. Vcluti lege Cornelia ad S.C.Silanianum pertinente de præmio accusa- torum, qui seruos ante quæstionem de familia habitam fugâ elapsos conquisiſſent & renuntiassent, hoc cauebatur, vt in singulos seruos, quos conuiciſſent, quinque aureos ex bonis occisi: aut si inde redigi ea quantitas non posset, ex publico acciperent: l. lege Cornelia. D. de Senat. Silan. In eo quoquo Senatusconsulto, quod à Frontino lib. ij. de Aquæductib. re- fertur, præmium accusatori constitutur dimidia pars eius, quo condemnabitur is, qui in Senatusconsultum commis- sit. Lege etiam repetundatum quartam bonorum rei, pro præmio accusatoribus concessam. Tacit.lib. iiij. indicat. Sed & Papiræ legis delatorum præmia ad quartanias à Nerone re- dacta Sueton. in eius vita cap.x. auctor est. Vnde vulgare præ- mium interpretandum aliquando suspicatus sum, in l. edicto. §. heredes. D. de iure sif. ad differentiam eius quod edicto Traiani his qui se deferunt, tribuitur, quod vberius est, & di- midiam bonorum continet. At in eo Senatusconsulto quod in eos factum est, qui ἐπιχειρεῖται, aliudque quid sine scripto in notam aliquorum produxerint, pro modo substantiae ac- cusatae personæ, æstimatione iudicis ei qui indicauerit, pre- tium constitui iubetur. l. lex Cornelia. in fin: D. de iniur: Se- cundum hæc accusatoribus Eprio & Cossutiano quinquagies n-s: singulis, Ostorio, duodecies decreta apud Tacit.lib.xv. legimus. Hoc vero quæstiū cum multi turpiter vitam tolera- rent,

rent, temporumq; licentia ad calumnias abuterentur, exilio, grauioribusq; alijs poenis id genus hominum à Tito, Domitiano, Traiano, adfectum esse, historiarum monumentis proditum est. Tranquillus in Tito cap.viii. Inter aduersa temporum, delatores, mandatoresq; erant ex licentia veteri. Hos adsidè in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac nouissimè traductos per amphitheatri arenam partim subiici in seruos ac venire imperauit, partim in asperitas insularum auchi. Xiphilin. in Tito. τός τα μενότες θύλακοι περι την πόλιν. Domitianum quoque fiscales calumnias magna calumniantium poena reprehensisse Tranquill. refert, & hanc eius vocem celebratam. Princeps qui delatores non castigat, irritat. Quo nomine ei Martialis his versibus gratulatur lib.j. Epigr.

*Turba grauis paci, placideq; inimica quieti,  
Quæ semper miseris sollicitabat opes,  
Tradita Getulis, nec cepit arena nocentes:  
Et delator habet, quod dabit exilium.  
Exulat Aufonia proflugus delator ab urbe.*

Eandem poenam delatoribus Traianum inflixisse Plinius in Panegyrico docet, cuius verba ipsa quia elegantia sunt, hic posui: Vidimus, ait, delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum. Non solitudinem illi nouiter, sed templum, sed forum insederant: nulla iam testamenta secura; nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum principum avaritia. Aduertiisti oculos atque ut antè castris, ita postea pacem foro reddidisti, excidisti intestinum malum. & mox: Congesti sunt in nauigia raptim conquisitæ ac tempestatibus dediti: abirent, fugerentq; vastatas delationibus terras.

### *De procuratoribus Cesaris.*

CAP. XVIII.

**P**ROCURATOR Cesaris inter fisca dumtaxat & priuatos ius dicebat: in lite priuatorum idoneus competensq; iudex non erat. l.j.C.de iurisdict. omn. iud. Ideoq; à procuratore Cesaris, qui partibus praefidis non fungatur, inutiliter in causa priuatorum iudicem dari à Papinian. in lex consensu. §.j. D. de appellatio. responsum est, & à Gordiano rescriptum in l.j.C.de pedan. iudicib,

n. Nam

Nam cùm vice præsidis fungebatur, quod vñu venisse interdum præter superiores locos, etiam l.ij.C.de pœn.l.ij.C.vbi causæ fiscal.L.iiij.C.ad leg.Fab.de plagiæ.comprobant, tum proculdubio de omnibus causis, quæ in prouincia incidissent cognoscetbat. Verùm hunc ingressi de procuratoribus Cæsarum dicendi campum, reliqua quæ ad eos pertinent, exequamur. Primum autem ponendum est, ex Equestri ordine eos legi confucuisse: quod Tacit.in Agricola vita indicat: Vtrumque, ait; auum procuratorem Cæsarum habuit, quæ Equestris nobilitas est. Lecti deinde fiscalium rationum causa in prouincias mittebantur, vel rerum omnium prouinciarum, vel certarum procuratione mandata. labesse. & l. qui mittuntur. §.j.D.ex quib.causa.mai. Et initio quidem non alia eorum partes erant, quæ ut vestigalia colligerent, & fisci intrauerent, æquoq; cum priuatis iudicio persequerentur. Paulatim iurisdictio his attributa est, vt suum proprium fiscales causæ iudicem haberent. Dion.lib.lvij. ~~narrat~~, ait, οὐ τὸν Ἀσταγὸν ἐπιτροπεύεσθαι εἰς τὸ σωματικὸν ἰδεῖν, καὶ ἵγκαλεσθαι κατὰ τὸν σπαστικὸν ἐργάζεσθαι, οὐ τὴν ἄλλην πτέρην τὸν τοῦ βίου τὸν αὐτοπροσταχτὸν λόγιματε διατάξαι πλεον ἀπὸ τοῦ ποιῆν, οὐ τὸν πειραιωδὸν προσόδον πλέγεσθαι, καὶ πολὺ τὸν στιφαῖον οὐ τὸ τύπον καὶ μή τὸν νόμον οὐ τὸν τοῦ πλιάτου διατελεῖσθαι. Claudiūm planè Tranquillus refert precastio exegisse, vt rata essent, quæ procuratores sui in iudicando statuerent. Accepta ergo à principibus iudicandi potestate, de pecuniarijs, quæ inter fiscalum & priuatos mouebantur, controuertis, procuratores in prouincijs cognoscebant.l.ij.C.si aduersi.fisc.l.cum hi. §.transactiones.D.de transactio.l.si heredum.C.cod.Vnde Vlpian.de officio Proconsulī agens, Sane, inquit, si fiscalis pecuniaria causa sit, que ad procuratorem principis respicit, melius fecerit, si se abstineat. l.nec quicquam. §.j.D.de officie.Procons. vbi meritò, si fiscalis pecuniaria causa sit. Nam de criminum questionibus procurator Cæsaris non cognoscetbat, sed ea cognitio ad proconsulē vel præsidem pertinebat.l.iiij.C.ad legem Fab.de plagiæ. l.ij.C.de pœn. Finita certè pœna questione, vel criminis morte extinto, apud procuratorem reliqua de bonis disceptatio petagebatur.l.ij. & l.ij. Cibī causa fiscal. Depontandi verò,

verò, vel relegandi, vel alterius pœnæ inferendæ, aut etiam multæ dicendæ ius non habebat. l. vlt. D. de offic. procur. Cæsar. l. ij. C. de pœn. l. curatores. C. de modo mult. Sed nec de causis status cognoscebat. l. ij. C. vbi de causa stat. de his scilicet, in quibus de ingenuitate quærebatur. l. si pater. C. ne de statu def. Nam libertinitatis & seruitutis causæ apud eum agebantur. l. iam dudum. C. vbi causa stat. Locare planè atq; ad dicere fisci prædia. l. ij. §. diu. l. vlti. D. de iure fisc. l. iiiij. C. vbi causæ fisc. Debita fiscalia exigere. l. Moschis. §. j. D. de iure fisc. l. vlt. D. de interrogari. in iu. fac. Iubere item seruos fisci (quod in eo præcipuum est) delatas hereditates adire procurator poterat. l. j. D. de offic. procur. Cæs. l. ausertur. §. penult. de iure fisc. l. si quis mihi. §. j. D. de adquir. hered. Non tamen sine. auctoritate principis & inconsulto eo transigete. d. l. j. & l. nulli. D. de transaction. Cererum aduersus procuratorum suorum sententiam solus princeps in integrum restituere poterat. l. j. C. vbi & apud quem in integ. rest.

*De prefec̄to ærarij.*

C. A. P. xix.

**Q** VOD in prouincijs procuratoris Cæsaris, hoc in urbe, quātum coniunctione, præfecti ærarij munus, erat. De cuius constituendi origine, varieq; mutata ærarij administratione breuiter cōmemorandum est, Ærarij, quod in Saturni æde à Valerio Publicola cōstitutum, Plutarchus, Macrobius, alijq; referunt, cura Quæstoribus stan te Repub. mādabatur: quorum officio pecunia publicæ, quæ per eos ex vestigalibus, populiq; Rom. agris, prædis item ac manubijs redigebatur, in diuersos usus erogandæ onus incubuisse notius est, quam ut exempla testimoniaq; proferenda sint. Posteaquam verò imperium suum omne in principem populus transtulit, varie habita ac sape immutata eius rei forma fuit. Nam Augustus senatu priuū eligere præfectos permisit: dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducti sunt ex numero Prætorum, qui præfessent, quemadmodum Tacit. lib. xij. scribit, & Sueton. in Aug. cap. xxxvj. ira perstringit. Auctor & aliarum rerum fuit, ut cura ærarij à Quæstoribus urbanis ad Prætores, Prætoriisue transiret. Eaq; de causa verisimile est ab eo prætorum numerum auctum: quod idem codem

loco Tranquillus & noster Pompo.in l.ij.D.de orig.iur. scribit. Itaq; in eo Senatusconsulto, quod de Curatoribus aquarum, Q. .Ælio Tuberone & P.Fabio Maximo Coss. factum est, ita scriptum erat, vt apud Frontinum lib.ij. de Aquæductib. legimus. Quiq; ita delati essent, eis Prætores ærarij mercede cibaria , quanta præfecti frumento danda dare ferreç; solent; annua darent & attribuerēt. Et paulò post:Q. .Ælius, Q. .Fabius Coss. ambo, alterū si videbitur, adhibitis Prætoribus, qui ærario præsint, præbenda locent. Tacit.lib.j. Resistentibus ærarij prætoribus subuenit Cæsar, pretiumq; ædium Aurelio tribuit. In monumento quoq; apud Dalmatas effuso prætoris ærarij fit mentio. Per hos vero ærarium ad Claudijs usque tempus administratum est. Is, quia sors ad parum idoneos deerrabat, Quæstores rursus imposuit: ijsq; (ponam enim ipsa Taciti ex libro xiiij. verba) ne metu offensionum segnus consulerent, extra ordinem honores permisit. Qua de re sic Tranquil.in Claudio cap.xxiiij. Collegio Quæstororum curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tempore Prætores, aut qui tunc Prætura functi, sustinuerant. Hæc ille. Sed deerat, ait Tacitus, robur ætatis cum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero præfectura perfundatos experientia probatos delegit, & tabularum pecuniariumq; publicarum curam à Quæstoribus ad præfectos transtulit. Præfeti vero hi ærarij appellati sunt, quos ex prætorijs creatos existimo. A prætoribus certè Vespasiano imperante ærarium tractatum fuisse idem Tacit.lib.xx.scribit. Pomponius etiam à Diuo Nerua prætorem unum adiectum resert, qui inter scum & priuatōs ius diceret. Quem præfectum ærarij appellatum verosimile est: cuius idem quod Quæstoris in libera Repub. munus fuisse Gell.lib.xiij. cap.xxij. locuples testis est. Manubiz sunt, ait, non præda, sed pecunia per Quæstores popul.Rom.ex præda vendita contracta. Quod per Quæstores autem dixi, intelligi nunc oportet præfectum ærario significari. Nam cura ærarij à Quæstoribus ad præfectum translata est. Quamobrem vacantia & caduca bona, aut quæ ex alia causa in ærarium colligebantur, præfetti ærarij cogebant. Iediicto. D.de iure fis. Fiscales quoque cause apud eos agebantur: quod significari ab Vlpian.palam est in l.ij. §.hoc interdictum.

terdictum. D. ne quid in loco pub. cùm ait, *Res enim fiscales quasi proprie & priuatae principis sunt. Igitur si quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habebit: sed si forte de his sit controversia, præfecti corum indices sunt.* Vbi nescio an non pro, eorum, ærarij ab Vlpiano scriptum fuerit. Cognouisse planè præfectos & pronuntiasse l. cùm quidam. D. de his quæ ut indign. & l. senatus. §. quod si tribus. & l. Arrius Seuerus. D. de iure fisc. docent: Ex eorumq; auctoritate & arbitratu de alimentis fisco ex vltima voluntate debitibus transigebatur. l. cùm hi. §. transactiones. D. de transactionib. Apud hos etiam natales professiones ex constitutione D. Marci fiebant, ut Capitolinus scribit. Fuit verò & aliis ærarij militaris, quod sibi in bellorum subsidia Augustum instituisse Sueton. auctor est, præfectus: qui in inscriptione Mediolaensi, quæ Plini Elogium continet, à præfecto ærarij Saturni separatur.

*De procuratore rei priuatae.*

C A P. X X.

**P**RÆTER fisci procuratorem, alium etiam rerum priuatarum, proprijq; sui patrimonij procuratorem principes habuere. Hoc nos Vlpian. docet in l. cùm seruus. §. vltimo. D. de legat.lib.j. his verbis, *Sed & predia Cesaris, que in formam patrimonij redacta sub procuratore patrimonij babentur, si legentur, nec estimatio eorum debet praestari.* Meminit huius procuratoris & Capitolinus in Maçtrino. Mortem, ait, Antonini senatus gratanter accepit; & Opilium Macrinum libertatem publicani curaturum sperans, primum in patricios adlegit, nouum hominem, & qui paulo ante procurator priuatae rei fuisset. Et initio cius libelli. Occiso ergo Antonino Bassiano Opilius Macrinus præfect. prætorio eius, qui antea priuatas curabat, imperium attipuit. Institutum verò primum à Seuero hunc procuratorem post Clodium Albinum victum Spartan. auctor est. Antea verò rei familiari principis liberti plerumque, nonnumquam Equites sine aliqua administrationis, & numeris forma duo plurēs præficiabantur. Tacit.lib.xiiij. Ministri fuere P. Celerius Eques Rom. & Ælius libertus rei familiari principis in Asia præpositi: Hunc procuratorem credo

n 3 rei

rei dominicæ appellari in l.penult.de conueniend.fisci debit.lib.x.Cod. Idem, aut certè quod ad procurationem rerum priuatarum attinet, simile sub posterioribus Imperatoribus Comitis rerum priuatarum munus : de quo it l.vlti.C. de adfessorib.l.vlt.de petit.bonor.subl.lib.x.C.l.ij.C.de bonvacantib.l.neminem.de decurionib.lib.x.C. l.j.C.de aduoc.diuersi.iudicum.

*De fisci patrone.*

C A P. X X I.

**P**VIT & fisco suus ac proprius patronus, isq; à Marco Antonino Philosopho primùm, si Capitolino credimus, institutus. Aderat hic fiscalibus causis, l.vlt. D.de iure fis.l.vlt. C.de aduoc.fis.liberalibusq; maximè quæ non interueniente eo. decisæ in integrum ex eiusdem Marci rescripto restituebantur, Lijj. §.diuus Hadrianus.& l.si fiscus.D.de iure fisc. Et quoniam rara de hoc aduocato in Pandectis litterarum monumenta extant, ad posteriorum Imperatorum tempora orationem conuertam, ex eorumq; constitutionibus, quæ fucrit huius aduocationis ratio, petam. Inuenio autem ex aduocatione cuiusque sedis, quæ certo numero definita erat, fisci patronos creatos, vel singulos vel binos, eosq; vel annuo, vel bienni munere suntos pro varia cuiusque fori consuetudine. Et aduocationem quidem præfecturæ prætorianæ orientis Theodosius centum quinquaginta togatorum numero conclusit. l.eum aduocatio.l.nemini. C.de aduoc.diuersi.iudicior. Quem numerum & in Illyriciana præfectura, cui eadem quæ Orientali priuilegia tribuunt, obseruari Imperatoribus placuit. l.ijsdem. l.vlt. C.de aduoc.diuersi.iudicior. l.ij. C.de aduoc.diuersi.iudicum. Ex ea classe in vtraque præfectura vnicus primum fisci patronus creabatur, quoad Valentinia.& Marcia.constitutione ad Palladium Pr.Præt.Orient.emissa, in Orientis præfectura binos ex primoribus aduocatis singulis annis ad patronarum fisci adsumi constituere.l.binos.C.de adu.diu.iudicior. At in Illyrici præfectura, qui vnicus eligebatur,fisci patronus biennio demuin officij finem sortiebatur. l.sancinus.ij. C.eod. Vtrobiqu; verò, qui patronatu fisci perfundeti erant, cohortalis vel alterius vilioris condicionis nexibus cum liberis postterisq;

risq; suis liberabātur, & Comititia consistoriana alijsq; hono-  
ribus ornabātur. d.l. cum aduocatio. & l. ijsdem. & l. nemini.  
C.de adu.diu.iudicior.l.laudabile.& l.restituendz. C.de adu.  
diu.iudicum. Vtrobique etiam sexaginta quattuor primores  
aduocati ex centumquinquaginta statutis, patronorum fisci  
beneficijs priuilegijsq; honorabantur. l.post duos. C.eo.titul.  
Reliquarum sedium varia condicio erat. In Alexandrino fo-  
ro quinquaginta dum taxat statuti erant aduocati, ex quibus  
patronus, fisci vnicus creabatur, qui biennium co munere  
functus, exconsulari rectoris prouinciaz dignitate decoraba-  
tur. l.petitionem. C.eodem titulo. In foro praefidali Syriae  
triginta aduocatorum numerus præscriptus erat, ex eoq;  
fisci patronus unoquoquē biennio eligebatur. l.peti-  
tionem. C.de aduo.diu iudicum. In foro comitis  
Orientis quadraginta aduoçati erant, vñus  
fisci patronus, qui biennio fisco pa-  
trocinium præstabat. l.ijj.  
C.de aduoc.diu.  
judicum.

F I N I S.

V. C. Æ G I D I O B O V R D I N O,  
Regio in Senatu Parisiensi procuratori,  
B. Brisonius s. d.



**A**B SOLVTO tertio harum Antiquitatum libro, gradum sistentem me subiò tuorum beneficiorum memoria pupugit, quartique inchoandi cupiditatem iniecit, ut te litterario munere, quo solo possum, remunerarer. Amplissimum vero protinus mibi ad scribendum estu quodam animi delato, argumentum libri nostri suppeditauere. in quibus cum multa nostra etas obseruet cotidie, plura etiam fortasse posteritas adnotatura est. Ex his plane que tum occurrerunt, digniora scilicet libellum istum concinnaui.  
Eum nunc ad te cum omni nostra opera de-  
fero. Bene Vale. Lutetiae Pari-  
siorum Kal. Octobrib.

M. D. LVII.



B. B R I S

B. BRISSONII SELE-  
CTARVM EX IVRE CIVILI  
SCANTIQVITATVM

LIB. IIII.

\*

*Qualiter accipienda sit possessionis definitio à Iano-  
leno tradita in l. questio. D. de verb. sign. CAP. I.*



B S C V R V M est, quid hæc lauoleni verba significant: *Possessio ab agro iuris proprietate distat.* Quidquid enim adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, nec pertinere potest, hoc possessionem appellamus. Atq; exercuit hic locus clarissimos nostræ ætatis Iureconsultos, quorum alij à xii. Tabul. rem inani conjectura repetentes, alij ad loca sacra, quæ extra commercium posita hac definitione concludi non possunt, referentes, longe à lauoleni mente aberrant. Mihi valde semper Gerardi Pererij Tholosani professoris sententia placuit, qui cùm in eo errare atque labi ceteros animaduertisset, quod quæ de re ipsa & corpore à lauoleno dicuntur, ea ad detentionem rei transferunt, primus, quod sciam, animum aduortit ad cogitandum, num aliqua antiquitus prædia fuerint, in quæ definitio illa caderet. Etenim lauoleno trium harum appellacionum, Ager, Possessio, Fundus, differentiam exequenti propositum sicut docete corpus id, cuius plenum usum habemus, proprietatem non habemus, nec habere possumus, possessiōnem appellari. Quo in genere prouincialia, tributaria, stipendiariaq;, item vectigalia prædia pono. Cuius rei demonstrandæ initium paulò altius repetam necesse est. Lege belli capientium fiunt, quæ ab hostibus capiuntur. Proinde bello subactarum prouinciarum agri publici populi Rom. siebant. I. si captiuus. §. i. D. de capti. Liuius lib. iiij. ad f. Agrum de quo

o

ambig

ambiguitur, finium Coriolanorum suisse, captisq; Coriolis publicum populi Roma. factum. Cicer. v. orat. in Ver. Perpac-  
e Siciliae ciuitates bello à maioribus nostris subactæ sunt,  
quarum cùm esset ager publicus populi Rom. factus, tamen  
illis est redditus. Sed enim ex hoste captos agros, Romani, vt  
eodem loco Cicero, & Siculus Flaccus in lib. de Condicion.  
agrot. & Hygen. in lib. de Limiti. demonstrant, alios in victo-  
rem populum partiebantur, alios per quæstores, laterculis li-  
mitibusq; actis diuisos vendebat, alios militibus in præmium  
adsignabant, alios per censores locabant, alijs certum vesti-  
gal imponebant, quod stipendiarium dicebatur. Huiusmodi,  
quæ tributum quotannis populo pendebant, prædia, tributa-  
ria stipendiariaq; dicebantur: quorum dominium ad popu-  
lum Roman. plenissimum verò fruendi ius ad prouinciales  
ipsoſ posſeffores pertinuisse Theophilus bene sentit in §. per  
traditionem. Inst. de rer. diuision. Erant & vestigales agri ci-  
uitatum ac municipiorum, quos vel ad tempus, vel in perpe-  
tuum municipes locabant, dominio apud se manente, solum  
fruendi ius in conductorem transferentes, vt ex l. si finita. §. si  
de vestigalibus. D. de dam. inf. & l. si domus. §. vlt. de leg. lib. j.  
& l. j. D. si ager vestigal. perspicue liquet: Quo posito, vel me-  
racente, ad ea prædia possessionis appellationem pertinere,  
coq; lauolenum respexisse satis intellegitur. Ea enim eorum  
prædiorum condicio erat, vt eorum prouinciales neq; essent,  
neque esse possent ex iure Quiritum domini: sed ea in bonis  
tantum haberent, τὰς ἵπποις κτύμασιν, vt Theophilus ver-  
bis utat, χρῆσθαι καὶ ἐπιταχεῖαν οὐ πληστέτη παθόντην ἔχοντες,  
τὰς δύναμας μητρόφρεδα καὶ κληρονόμους παρεστῶμεν. Propri-  
tas quidem idcirco ad prouinciales non pertinebat, quod ea  
in suum dominium populus victor redigisset: pertinere verò  
idcirco non poterat, quia nec mancipatione abalienari ea,  
nec vſucapi, cùm iuris Italici non essent, poterant: quibus  
modis legitimū & ex iure Quiritum dominium contingebat. Quod Iustinian. in l. vn. C. de vſucap. transl. & in Inst. tit.  
de vſucapio. in prin. & in §. per traditionem. de rer. diuisi. stri-  
ctim attigit. Ex quo sequitur conuenienter lauoleni defini-  
tioni ea prædia possessiones appellari posse. Cui interpreta-  
tioni mitificè consentit ciudem verbi à Festo lib. xiiij. & Iſi-  
doro

doro lib. xv. Etymolog. cap. xij. tradita definitio , quæ ita habet : Possessiones appellantur agri latè patentes publici priuatiq; , qui non mancipatione , sed vnu tenebantur : id est , vt ego interpretor , quorum ex iure Quiritum domini non sunt qui possident , sed vsum detencionemq; habent.

*Extraordinarie executiones olim quenam appellarentur.*

C A P . I I .

**R**DINARIE , extraordinarieq; cognitiones uti accipiendæ sint , satis iam ex eorum qui de iure ci- vilis recta sentiunt , Commentarijs innotescit . Extraordinarie executiones quam significatione ha- beant , adhuc in obscuro positum , nec cuiusquam interpreta- tionem patefactum puto . Duobus verò modis suas iudicūmue à se datorum sententiis magistratus exequabantur . Interdum enim iudicem arbitrum in eam rem dabant . Lædiuo . §. si post . & §. sed si emptor . & §. sic quoque iudices . D. de re iudic. l. si prætor . D. de iudic. Idq; recte atque ordine siebat . Non numquam verò viatorem , apparitoremq; vice arbitri ad iudicati , vel decreti sui vel præcepti executionem dabant . L. vlt. D. de iudic. Eaq; extra ordinem fieri exequatio dicebatur , quemadmodū demonstrat l. si pignora . D. de euict. his verbis : *Si pignora vencant per apparitores Prætoris extra ordinem sententiam exequentes . L. vlt. §. si quis . D. quod met. caus. in qua extra ordinem exactum dicitur , quod apparitore præsidis in- terueniente cognitione iudicis nulla habita exactum fuerat , quod civiliter per iudicem peti debebat . Sic & in l. iij. D. ne- vis fiat ei , qui in poss. extra ordinem exequi decretum suum Prætores dicuntur , quod ipsimet iure sui potestatis , minis- trorum manu exequuntur . Nam ordinario iure interdicto res expeditur : vt cuenit & in specie l. i. §. nec solum . D. si vent. nom. mul. in poss. Quemadmodum igitur ordinaria cognitio- tum appellabatur , cum ex formula apud iudices datos causa- agebatur , & extraordinaria verò cùm ipsi magistratus notio- nem adhibebant suam : ita & quod iudicibus datis , actioni- bus interdictisq; redditis exequabantur , ordine exequi : quod verò viribus imperij sui , per apparitores , & si res posceret , manu militari exequabantur , extra ordinem exequi dice- bantur .*

o 2

bantur. Illa etiam præatoria erant iurisdictionis tuendæ remedia, pignoris capio, multæ dictio, corporis retentio ac coercitio. l.j. §. ex hoc rescripto. in f. D. de vent. insp. §. quibus. Inst. de satid. tut. l. iiiij. §. j. D. de damno infect. l. cum co. in f. D. ad legem Iul. pecul.

*Quæ sint sollemnia munera in I. eum plures. §. cùm tutor. D. de admin. tut.*

C A P. III.

**T**UTOR in re pupilli administranda, boni & attenti patris fam. officio fungi, ac proinde minime necessarijs sumptibus abstinere debet. Minerual tamen & dīlāxjorū præceptoribus pro facultate patrimonij & dignitate natalium constituere, sed & sollemnia munera parentibus cognatisq; mittere eum posse lex admittit. l. cùm plures. §. cùm tutor. D. de admin. tut. in qua méritò dubitatur, quænam ea sint sollemnia munera. Utique enim nuptialia, quod prima fronte quis diceret, intelligenda non sunt: quæ de pupilli bonis mittere tutor prohibetur, cùm perquām necessaria non sit ista muneration. l. tutor secundum. §. vlt. D. de adm. tut. l. j. §. præterea. D. de tutel. & rat. dist. Magis est autem, ut sollemnia secundum Varronis, Festi. & Setuij interpretationem anniuersaria accipiamus, caq; munera significari dicamus, quæ quotannis more recepto sibi inuenient cognati natali cuiusq; die missitabant. Suadet hoc Martialis vcrsus lib. ix. Epig. qui ita habet,

*Chara claret sollemne tibi cognatio munus.*

Et alias:

*Luce propinquorum qua plurima mittitur ales,*

*Dum Stellæ turdos, dum tibi Flacce paro.*

Tertullian. in lib. de Idololatria. Etiam strenæ captandæ, & septimontium, & bruma, & charæ cognitionis honoraria exigenda omnia. Atque hoc nomine à Martiale Clytus quidam notatur, qui sepius vno in anno natalem suum, munera à cognatis, amicisq; captans, celebrabat. Iam Saturnalium ferijs muneribus sese Roman. inuitasse ex Macr. lib. j. cap. vii. & Martiale lib. iiiij. viij. & x. Epig. alijsq; ita in promptu est, ut in eo probando longior sumi oratio non debeat.

Illicit

## ILLICITARUM OLIM MERCUM EXEMPLA. CAP. IIII.

**I**LICITAS aliquas merces olim fuisse non nobis tantum consuli in I.cotem. §. illicitarum. D.de public. & l.j. D.de his quæ ut indig. & illicitas. §. illicita. D.de off. præsid. probant, sed & Tertullianus in lib. v. aduersus Matronem his verbis: Quamobrem Pontice nauclere si nupiquam fortius merces vel illicitas in aca-  
tos tuas receipisti. Eiusmodi vero mercium exempla ex po-  
steriorum Imperatorum constitutionib[us] in medio posita sunt.  
Nec enim ignotæ sunt Valentinia. & Theod. constitutiones,  
quibus purpure distrahend[us], & serici à Barbaris comparandi,  
priuatis potestatē auferunt. l.j. & iij. C. quæ res vendi non  
poss. l.j. de vestib. holos. lib. xj. C. Aequè patet, vinum, oleum  
loricas, scuta, arcus, sagittas, gladios, spathas, vel alterius cu-  
iuscumque generis arma ad Barbaros transserere non licere.  
l.j. & iij. C. quæ res export. non poss. Salis quoque commer-  
cium præter salinarum conductores alijs omnibus lege pro-  
hibetur. l. si quis sinei C. de vestig. & commiss. Armorum de-  
nique mercimonium priuatis à Justiniano interdicitur in No-  
velli de armis. Verum. h[ic] exempla ex eorum qui longo  
post l[ure]consultos intervallo secuti sunt, principum constitutio-  
nibus sumpta, antiquioribus l[ure]consultorum scriptis ac-  
commodari posse non videbuntur, nisi earumdem ferè ré-  
rum omnium quas recensui, iam olim commercium cum Bar-  
baris interdictum fuisse doctero. Constat certè ex ipsamet  
I.cotem. D.de publican. non licuisse ferrum, frumentum, sa-  
les, cotem ireni subigendo ferro nec essariam, hostibus venun-  
dari. Sed nec equum militarem extra prouinciam duci con-  
cessum fuisse declarat l.officium. §. iij. D.de re milit. Cotés vero  
Creticas dumtaxat primum notas oleo ferri aciem excitantes:  
postea vero etiam aquarias cotes Italiam dedisse lime  
nive ferro imperantes Plinius lib. xvij. cap. xxvij. & lib. xxxvj.  
ca. xxij. scribit. Hinc Creta Cotorie in l.Cesar. D.de publica.  
Atque ex his eadem opera illustrabitur. y[n]je. de litorib[us] & iti-  
ner. cust.lib. xij. C. in qua merces illicitas ad Barbaros trans-  
ferri Impp. vetant.

.1. De agrorum formis, & carum. aeneis tabulis: CAP. V.

**V**i tabulam aeneam legis, formam aenea agrorum continetem refixerit, vel quid inde immutauerit, lege Julia peculatus tenetur. Verba hæc sunt Vlpiani in libro qui tabulam. D. ad legem Iul. pecul. Quæ ut intelligantur, admonēndi sumus agrorum adsignatorum, limitatorumq; id est, qui limitibus institutis per centurias diuisi erant, formas modum cuiusq; centuriæ ac limitum comple-  
tentes, aeneis tabulis ad æternitatem fixis tollendæ in post-  
erum omnis controversia causa inscribi consueuisse. Hoc Si-  
cul. Flacc. lib. j. de Cöndic. agror. docet. Nominibus ait, agro-  
rum diuisorum, qui institutis limitibus diuisi sunt, & formæ  
varias appellaciones accipiunt. Quidam arbores finales, alij  
in venis, alij in membris scripserunt: Et quamvis una res sit  
forma, alij dicunt perticam, alij centuriationem, alij meratio-  
nem, alij limitationem, alij cancellationem, alij typon, quod  
ut suprà diximus, una res est forma. Quidam formas, quarum  
mentio habita est, in ære sculpserunt; id est, in æreis tabulis  
scripserunt. Et alio loco: Horum etiam agrorum qui ex vi-  
nis populis sumpti sunt, proprias factas esse formas, id est, suls  
quamque limitibus regionem diuism. Nam in his aeneis ta-  
bulis totam diuisionis & adsignationis rationem perscribe-  
bant: verbi gratia, Datum adsignatum illi tantum. Redditure,  
commutatum pro suo, Redditure veteri possessori: quorum  
notæ quædam apud Valer. Probum conspicuitur. Hoc idem  
Siculus ostendit, his verbis: Comperimus vero in aliquibus  
regionibus & pascua & silvas adsignatas esse, adscriptumq;  
in formis ita. Illi & illi tot silvas & pascua, iugera tot. Hygen.  
lib. j. de Limitib. Omnes significationes, ait, & formas æris ta-  
bulis inscribemus. Data, adsignata, concessa, excepta, redditæ,  
commutata pro suo veteri possessori, & quæcumque alia in-  
scriptio singularum litterarum fuerit. Idem lib. ij. Nuper enita  
quidam euocatus Augusti cum in Pannonia agros veteres ex-  
voluntate & liberalitate Imp. Traiani adsignaret in ære, id est  
in formis, non tantum modum quem adsignabat adscriptis,  
aut notauit, sed & extremam lineam vniuersiusq; modi com-  
pitchendit. Idem alio loco: Nam & alia præfectura aliter con-  
cessi

cessi sunt limites, ut habeant in eis inscriptionibus inter limitem nouum & veterem iugera forte hoc Aggen. Vrbicus Frontini interpres. Ex modo, ait, illo, qui ex scriptura continetur, forma liquebit, etiamsi dominus aliquid vendidisset. Sic accipiendum erit quod, idem auctores in controvetsijs eis respici scribunt. Ex his enim tabulis controvetsiae de agrorum modo finibusq; decidebatur. Ceterum diuinorum dum taxat, atque adsignatorum agrorum formae in tabulas referabantur: in occupatorijs agris, id est, quos pulsis veteribus possessoribus viator populus occuparat, nullum eis, nullam formam fuisse, qua publicæ fiduci possessoribus testimonium redderet, idem Siculus tradit.

*De legibus agrorum.* CAP. VI.

**R**IVS QVAM ab agrorum sermone, in quo superioris capituli oratio versata est, discedam, etiam illud adnotabo, leges quasdam agris dici solitas: quod & ad intelligentiam l.i. §. vlt. D.de aqua & aq pluui pertinet. Dicebantur vero haec leges ptiuatis quidem agris a patribusfa, qui eos constituebant: adsignatis autem vel colonicis, ab his qui veteranos coloniasq; ex lege deducebant. Hygen.lib.ij.de Limitib. cum dc adsignatis agris agit. Hi agri, ait, leges accipiunt ab his, qui veterans deducunt: & ita propriam obsecrationem eorum lex data praestat in his terris. Siculus Flacc. in lib. de Condicio.agr. Auctores, ait, adsignationis, diuisionisq; leges quasdam colonis describunt, ut qui agri delubris sepulchrifue publicis, qui solis itineris vi actus, ambitus ductusq; aquarū, qui publicis utilitatibus seruerint, ad id usq; tempus, quo agri diuisiones fierent, in eadem condicione essent qua ante fuerant. Sic & Frontinus omnes limites secundum legem colonicam itineri publico seruire debere scripsit. Atque ita legem interpretari in d.l. qui tabulam: D.ad legem lul. pecul. nihil prohibet.

*De legibus Iulij iudiciorum.* CAP. VII.

**I**UDICIORUM VNA seruntur iudicariæ Iulie leges. Priuatorum iudiciorum una: altera publicorum. Illa totam, priuatorum iudiciorum formam, rationem, ac regulam completebat, vel ipso Gellio teste, cuius ipsamet

ipsamet verba ex lib.xiiij. cap.ij. posui. Atque in rerum quidem diffusionibus, coiperendationibus, & alijs quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum iurisperitorum Commentarijs communiti & adminiculati sumus. Eius legis ex his quae extant Antiquitatis reliquijs, tria capita nota se mihi videor: vnum, quo cauebatur, ne minor xx annis iudicare cogeretur: quod in l. cum lege. D. de recept. qui arbitr. positum est. Alterum, quo vetabatur iudex eius rei de qua iudex erat, arbitrium recipere, in'ue se compromitti iubere: quod & quæ relatum est in l. sed & in seruum. §. si quis iudex. D. de recept. qui arbitr. Tertij, quod de ijs qui se iurisdictioni alicuius subjiciunt, scriptum erat, verba quædam Vlpian. exponit in l.ij. D. de iudic. Ad eundem modum lege Iulia publicorum forma, meo quidem iudicio, publicorum iudiciorum exercendorum præscribatur. Proferam argumenti causa, quæ in iure ciuili ex hac ipsa lege descendentia continentur. Id autem ea lege causum fuisse traditur, ne eodem tempore de duobus reis quis quereretur, nisi suarum injuriarum causa. i. hos accusare. §. lege. D. de accusatio. Eadem lege continebatur, ut in locum, in quo delictum admissum esset, & personam cum qua admissum diceretur, & mensem designarent qui reos deferebant. l. libellorum. D. de accusatio. Hac etiam lege contra adgnatos & adfines testimonium dicere iniurum neminem cogi Paulus ait in l. Jurisconsultus. D. de gradib. & adf. Cuius capit. plenius idem in l.ij. D. de testib. sententiam. exponit. Lege, inquit, Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne inuito denuntietur, ut testimonium litis dicat aduersus sacerdotum, generum, viricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosque qui priore gradu sint. Item ne liberto ipsis, liberorum eius, parentium, viri, uxoris, item patroni, patronæ, &c. ut ne patroni, patronæ aduersus libertos, neque liberti aduersus patronum cogantur testimonium dicere. Quò referenda est l.ij. D. de accusatio. cuius in Pand. Flor. verba transposita facile à quo quis restituentur. Ad hæc lege Iulia publicorum comprehensum accepimus, ut ne reus qui accusatori publico iudicio ideo præscribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum & absolutum fuisse, prius accusetur, quam de prioris accusat

accusatoris præuaricatione constiterit, & pronuntiatum fuerit. l.ij. D.de præuaricatorib. Planè cùm in priore accusatio-ne præuaricatio accusatori obijciebatur legem voluisse, vt reus ante perageretur, tunc de præuaricatione quereretur, Pinius lib.ij. Epistol.ad Minutia. auctor est. Videlicet quia optimè ex accusatione ipsa accusatoris fides estimaretur. Erat & illud in ea lege, vt si seruus capitali crimine postulare-tur, sibi eum vel ab extraneo satisfactò promitteretur. Quod si non defendetur, in vincula publica coniceretur, vt ex vinculis causam diccret. l.ij. D.de custod.reo. Reum quoque vel accusatorem qui domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committere, & censum aureis multari Modestin. adnotat in l.j. in fi. D.ad legem Iul.de amb. Enimuero quod Imper. Alexand. rescripsit, Reos capitalium criminum absentes per procuratores defendi legibus iudiciorum publiorum permitti l.ij. C.de accusatio-non tam ad legem Iuliam, quam ad omnes speciales publi-corum criminum leges videtur pertinere.

*De itinerum per lapides dimetiendorum ratione,**leuga Francica.*

C A P. VIII.

**T**RITVM est, Romanos itinerum spatia miliaribus & lapidibus dimensos fuisse. Pleni sunt exemplorum libri, quibus congregendis opera, litterisq; non abutar. Si quis tamen eius rei probationem ex libris nostris desideret, in promptu sunt l.j. §. initio. D.de offic. pref.vrb.l. propter item. §. vlt. D.de excus.tut. §. qui excusa-re. Instit.eod. Apparet autem ex d. §. initio. lapidem & miliarium pro eodem dici. Et miliarium à mille passuum numero dictum nemo ignorat. Lapidis in eadem significatione unde manarit appellatio, hoc est quod explicare studeo. Quod mihi antea obscurum Plutarchus in Gracchis patescit, à quo didici singulis miliarijs, auctore Tiberio Gracco, lapi-deas columnas spatiorum signa inscripta habentes positas fuisse. Unde lapidibus itinerum quoque dimensionem fieri in vsum venit. Verba Plutarchi sunt hæc: πρὸς δὲ τόπος δια-mετρήσεις, οὐδὲ μίλιαρις ὅμοιας πάσῃ. τὸ δὲ μίλιαρις ὄπτα στάδιων ὁλόγονος ἀποδεῖ: κύριος λαθίνος σημεῖος τὰ μέτρα πατέσσουγ. ἔλατος δὲ

λέγεται πλαστος ἀπίχοιτας ἀπόλων ἐκετέρωθεν τοῦ οὐδὲ διύλημα. οὐ  
τὸς ἔργον οὐ τοῖς ἴπποις ἔχειν ιππάσαρι οὐτὶς αὐτῷ αἰκαλίσεις μὴ  
διεμένεις. Hoc & Quintil.lib.iiij.cap.vlt.indicat.Reficit quoque (de partitione loquitur) audientem certo singulari partium fine, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Boëthius etiam lib.iii.Geometr.lapides quosdam,quos appellat Cursorios antiquitas, inscriptos suisse ait, quibus itinera discrimina-rentur. Nec præteribo venisse aliquando in manus meas vetustum Canonum pœnitentialium, quos vocant, librum , ex cuius prefatione hæc verba excerpti. Quisnam hominum erit, qui sibi manendum existimet in itinere, cum viderit miliaria lapidea litteris plena viam docere ? Sed hoc ipsum illustrius fiet eius monumenti,quod Thelesia extat, inscriptione relata, quæ ita habet : VIAM FECEI AB REGIO AD CAPVAM , ET IN EA VIA PONTES OMNES MILIARIOS TABELLARIOS QVE POSEIVEI, HINCE SVNT NOVCERIAM MEILIA LI . &c. Hic illud excessus loco subiungam , vt Romanos miliaribus, ita & Francos leugis iam ab ultima antiquitate metiri , esseq; hoc vocabulum mere Francicum. Ut ex Paulo Vvarnefrido lib.xv.appendicis ad Eutrop.& Hieronymo in Iohelem , & ex legibus,quas Theodoricus rex Francorum Baiuarijs conscripsit, & ex his fragmentis,quæ ex Isidoro alijsq; innominatis in libello variorum auctorum de Limitibus congregata sunt, comprobatur.

*Quænam in iure dominij impetrando olim forma ser-*  
*uaretur.*

C A P . I X .

**C**REDITORES, qui pignus acceperant , cuius facilis & expedita distraictio non esset, debitoribus in solutione cessantibus , vt id sibi iure dominij possidere liceret, à principe plerumque impetrasse in iure civili satis est cognitum. I.eleganter. D.de pign.aetio. I.si is qui in aliena. §.vlt. D.de adquir.rer.do.tit.de iure dom. imper. C.Sed ea in re quænam sollemnia seruarentur,non satis liquet, eoq; obscurior est I.C.de iure dom.impetr.in qua huiusmodi sollemnium mentio habetur. Ego de eo quod proscr

proferam, hoc tantum habeo, pignus primum à creditore proscribi venaleq; proponi solitum. Eius si emptor non inueniretur, vel minus idoneus inueniretur, tunc à principe creditor, vt sibi iure dominij tenere habereq; liccret, postulabat. Quo facto debitori anni spatium indulgebatur, intra quod oblato debito pignus luere ac reuocare posset: post cum annum lapsum deinceps creditor ex rescripto principis pro domino pignus possidebat. Quod nisi vnius Iustiniani testimonio cognitum esset, id ipsum vetustas vt alia multa obliuione obruisset. Verba Iustiniani ex Lvt. C. de iure domin. impetr. hic adscripti. Igitur in pignoribus, quæ iure dominij possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica & annus Iustiniani antiquitus introducti sunt. Pignus autem publicè proscriptum neque vidiimus, neque nisi tantummodo ex librorum recitatione audiuiimus. Hinc autem interpretatio d.l.s. si is qui in aliena. §. vlt. petetur, in qua ita est. Quæ cùm ita sint, & cùm ex principis auctoritate creditor vt proprium agrum tenere ceperit, iure dominij intra constitutum luendi tempus pignoris causa vertitur: constitutum tempus anni intellige, qui ad luendum pignus debitori concedebatur.

*De plus potentibus.*

C A P. X.

**L**Os, qui plus petebant, causa olim cecidisse Ciceronis ex lib. j. de Orator. verbis confirmati solet. Sunt & alia præterea de ea re loca notanda, quæ hic congesi. Idem Cicero pro Q. Rosc. Com. Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per iudicem, in qua legitimæ partis sponsio facta est. Hic tu si amplius h.s. nummo petisti, quam tibi debitum esset, causam perdidisti. Sueton. in Claudio cap. xiiij. Nam & ijs qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. Paulus lib. iiij. Sentent. tit. vlt. Quotiens, ait, de modo quætrae retinenda queritur, propter periculum plus petendi officio iudicis omnibus estimatis quarta facienda est, quæ apud heredem maneat. Idem lib. ij. Sentent. tit. v. Compensatio debiti ex pari specie & causa dispari admittitur. Vtatu si tibi pecuniam debeam, & tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cetera huiusmodi, licet ex diuerso contractu coin-

penfare vel deducere debuit, si totum petat plus petendo, causa cadet. Hoc etiam plus petitionis periculum à Maiora. in Nouell.tit.i.perstringitur. Denique eius aperta relicta sunt vestigia in l.i.D.de interrogat.in iu.sac.paulo verò obscuriora in l.si pater.D.de solutionib.

*De statuis, imaginibusq; principum.*

C A P . X I .

**V**A M fuerint honorum diuinorum audi Rom. principes, multa eorum dicta factaque declarant, ut cetera omittam, vel in statuis suis imaginibusq; tuendis quantum studij posuerint, ex eorum constitutionibus, fideque historica aestimemus. Eas certe in militibus signis, ut praesentia numina coli, arasq; etiamnum in castris eis ponit solitas, ex Tacito lib.xiij.& Veget.lib.ij.cap.v. & vij.constat. In urbe verò tantæ religioni ac venerationi habitas æquè constat, non modò ut extrahere, rapere, violare eos, qui ad eas confugissent, easque prætulissent, sed ne conflare quidem eas ac vendere sine capitio periculo licet. Hoc enim in maiestatis crimen, iudiciumq; vocari volueré, si eorum statua imagoue consecrata venisset. I. qui statuas. D.ad legem Iul.maiest. Duxi, consecrata. Etenim non videri contra maiestatem fieri ob imagines Cæsaris nondum consecrata s venditas Seuerus & Antoninus rescripsere. I.non contrahit. in fin.D.ad legem Iul.maiestat. Sed & illud temperamentum additum est, ut quartquam specialiter & per se venire statuæ principum non possint, domus tamen vel horti, vel prædicti venditioni sine disci imine accederent. arg.i.in modicis.D.de contr.empt. Quod tamen dubitatione primùm non caruit. Etenim Falanio Equiti Rom.ab accusatore obiectum Corn: Tac.lib.j.narrat, quod venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset; quamquam is Tiberij rescripto periculique stirgit, quo non ideo contra religiones fieri Coss.rescripsit, quod effigies Augusti, vt alia numinum simulachra venditionibus hortorum vel domuum accederent. Isdem quoque temporibus L. Ennium Equitem Ro.maiestatis postulatum idem auctor lib.ij. retulit, quod effigiem principis promiscuum ad usum argenti vertisset. Quem tamen inter reos recipi Atticio Capitone luteo consulto contrâ censemte. Tiberius vetuit. Pla-

nè eo

nè eo imperante in iudicium adductum quendam, maiestatisq; accusatum Suetonius cap.lvij. Tiberij prodidit, quod statu: Augusti caput dempsisset, ut alterius imponeret: damnatoq; eo, hoc genus calumniae paulatim eò processisse, vt hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulaeatum servanti cæcidisse, vestem mutasse, nummo vel anulo effigiem impressam latrinæ aut lupanati intulisse. Vnde Seneca libro tertio de Benef. narrat, Tibério imperante Prætorium quemdam virum in anulo insculptam Cæsarum imaginem habentem, cum matellam sumpsisset, maiestatis postulatum, quod imaginem obsecernis admouisset. Ceterum cum improbi passim homines imaginibus Cæsarum sine causa prælatis statuisq; adprehensis inuidiam aduersariis concitarent, Senatus consulto prohibitum fuit, ne quis in alterius iniuriam ad statuas principum confugeret, imaginis eorum portaret: qui fecus saceret, in vincula publica mitteretur. I. senatus consulto. D. de iniur. I. capitalium. §. ad statuas. D. de pœn.

## De viarum curatoribus.

C A P . X I L

**I**NTERDICTVM quod de via publica proponitur, ad vias tantum rusticas, non etiam ad urbicas pertinere, Vlpian.docens, hanc rationem subiecit. Hanc enim cura pertinet ad magistratus. I.iij. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco pub. verùm, ad quos magistratus, tractandum est. Nam & eo Venuleij locus explicabitur, in quo Nouam cloacam sacerē eum demum concedere debere ait, cui publicarum viarum cura sit. lylt. D. de cloac. Curam autem viarum ad Ædilium officium pertinuisse, vel edictum Ædilium in Pandectis relatum docet: quod edicebatur, ne quis animal aliquod quà vulgo iter fieret, ita haberet, ut nocere cuiquā damnūm dare possit. I. hi enim, l. quā vulgo. D. de ædilic. ed. Comprobatur & eo quod alias legitur, lectos quod in via positi esent, Ædilem concidisse. I. lectos. D. de pericul. & com. Manifestius yero lege Papiniāni Græca, quæ sub tit. de via publ. posita est, id ipsiū ostenditur, ex eoq; quod Dion lib. lvij. & Tranquill. in Vespasian. cap. vi. narrant, Caij Caligulae iussu Flauij Vespasiani Ædilitatem gerentis vestem luto oppletam ac respersam, proprie curam

verrendis vijs non adhibitam, quarum ad eum ex officio purgatio pertinebat. Erant & viarum curatores, quorum Paulib. v. Sentent. tit. vi. meminit: qui composito nomine Viocuti dicebantur, quod vocabulum apud Varro. lib. iiiij. de lingua Lat. reperitur. Planè à P. Viatore curatores duo vnicuiq; vrbis regioni adsignantur. Atque inter noua officia ab Augusto excogitata etiam viarum curationem Sueton. in eius vita ca. xxxvij. numerat. Capitolinusq; his curatoribus potestatem à M. Antonino philosopho datam memorat, vti punirent quos videretur, aut puniendos ad præfectum vrbi remitterent. Antea quoq; Quattuoruiros, qui viarum curam gererent, in Republ. constitutos Pompon. in Lij. §. deinde cùm esset D. de orig. iur. scribit. Hi sunt qui à Dio. lib. liij. εἰς τὸν δῆμον ἐπιμελεῖσθαι appellantur. De quibus & illæ Antiquitatis inscriptiones accipiendæ sunt, quæ Vrbini & Tiburi extant, in queis IIII. Vir. viar. curan. fit mentio. Sed & Quæstoribus viarum sternendarum muniendarumq; curam mandatam fuisse inuenio. Hoc Tranquill. in Claud. cap. xxiiij. demonstrat. Collegio, ait, Quæstorum pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit. Augustum denique idem auctor scribit spatium vrbis in regiones vicosq; diuisisse, instituisseq; vt illas annui magistratus sortitò tuerentur, has magistri è plebe vicinie cuiusque electi, quos Vicomagistros P. Viator vocat.

*De decurionibus.*

C A P. X I I I.

**V**LTA de decurionibus antiquitatis studiosis non ignoranda libris nostris continentur. Ea quām posterō breuissimè complestar. Decuriones publici consilij causa, quod & origo nominis ab Vlpian. in l. pupillus. §. decuriones. D. de verbor. significat. exposita indicat, in municipijs colonijsq; conscribebantur: erantq; suæ curiae quasi Senatores. l. omnes. C. de decurionib. lib. x. vnde & βαλευταὶ Græcis appellantur. Ex his magistratus, id est Duumviri, Aediles, &c. vi in aliquibus municipijs, Dictatores, prætoresq; creabantur. Nec vero alijs quām qui ex ordine decurionū essent, honores municipiorum mādabantur. l. honores. §. penult. D. de decurionib. Per eosdem omnia ciuitatum mu-

nera

nera explicabantur. Nam & pecuniam publicam tradabant, erogandam decernebant, annona vti ciuitati superesset, prouidebant, curatoresq; frumenti, olei comparandi, vel operum publicorum, aut alterius negotij Reip. causa, necnon legatos, & syndicos, & tutores periculo suo constituebant: tributa quoque, census, legata Reipub. relicta eorum vigilantia ac sollicitudine exigeabantur, omniumq; in vniuersum, quæ ciuitatis administrationem respicerent, eis onus imponebatur. l.ij. §.j. cum sequen. l. non debere. l. libertus. §. exigendi. l. Lucius. & l. vlti. §. Imperatores. D. ad municipal. l. ex facto. D. de negot. gest. l. decuriones. C. de admin. rer. ad ciuit. pert. Atque ita curiæ nexibus obstricti erant, vt militia eis, l. ne quis officialium. l. quamuis. l. si quis decurio. C. de decurionib. lib. x. & vectigalium publicorum, alienarumq; quarumlibet rerum conductione, procuremente, interdiceretur. l.ij. §.j. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. l. spuri. §. decurio. D. de decurionib. l. curialis. C. loca. videlicet ne alienorum negotiorum cura à suo munere auocarentur. Quæ omnia ex Imp. constitutionibus descendunt. Nam de vectigalibus quidem, vt ne ea decurionibus per se vel per subiectam personam exercere liceret, ab Hadriano constitutum Xiphilin. ita scribit: γραμμέτων ἀλλα τὸ πολλὰ, καὶ ἡ αὐτοῦ μεθύσιος διάλυτης μήτ' αὔτος μήτε δι' οὐτέ τίλθεται μεθύσιος. Reliquorum auctores obscuri non sunt. Tot verò munetibus obnoxij decuriones cùm essent, mirum videri non debet, si ciuiam quoad posset quisque defugeret, adēd vt pœnæ loco Christiani ab impijs principibus curijs addicarentur: quemadmodum Cassiodor. Tripart. hist. lib. j. cap. ix. & lib. vj. cap. vij. & lib. vij. cap. vlt. testatur. Pro quibus tantis oneribus, decurionibus prærogatiua data fuit, vt à plebeijs in pœnis separarentur. Nam neque sustibus, neque questioni subiici, l. decuriones. C. ex quib. cauf. insa. l. decuriones. C. de questionib. neque in metallum, vel in opus metalli damnari, vel surcæ figi, vel ad bestias, aut in opus publicum dari, vel viui exuti poterant: & si forte huiusmodi sententiæ adfecti essent, auctoritate principis liberabantur. l. moris. §. iste ferè. l. capitalium. §. & generaliter. D. de pœn. l. ij. D. de veteran. Et generaliter capite puniti eos Diuus Hadrianus prohibuit. l. diuus. D. de pœn. Quinimmò ne leuiores quidem

quidem poenæ ijs à p̄esidib⁹ prouinciarum iure interrogabantur: sed si capitale quid admississent, in carcerem dumtaxat eos diligentioris custodie causa recipere, vincosq; custodire licet: ac deinde de eorum poena Imperatori scribendum erat, vt si relegandi extra prouinciam in insulam essent, vel alia pena grauiore adisciendi, princeps ipse re cognita statuet. Quod & mandatis cauebatur. l.diu. §. vlt. D.de poen. l.s. quis filio. §. cius. D.de iniusto rupt. l.i. §. j. D.quando appellan. sit. Atque hunc honorem non ipsorum tantum decurionum personæ, sed & parentibus liberisq; eorum habitum superiores loci declarant. Ad hæc ab extraordinarijs omnibus munericibus decuriones immunes erant. l.cutiales. C.de decurionib. Quinetiam ne curiæ inopia ciuium desercentur, à Theodosio primum constitutum, à sequentibus deinde Imperatoribus confirmatum est, vt naturales filij curiæ oblati legitimi fierent, suorumq; heredum iura nanciscerentur. l.s. quis. l. quoniam. C.de naturalib.libet. §. quibus connumera-ri. Institut.de heredit. quæ ab intest. Nou. quib.mod. natur, efficiant.sui.

*Explicata l.abesse. D.ex quib.caū.maior.particula.*

C A P . X I I I .

**P**A.N.D.E.C.T.A.S antiquitatis promptuarium merito quis appellat. Semper enim obseruatione dignum aliiquid accurata carum lectio suppeditat. Quale illud est quod in l.abesse. D.ex quib.caūs maior. legitur, abesse Reipubl. causa intelligi Tribunos militum & comites legatorum, qui ad ærarium delati, aut in commentarium principis delati sunt. Ex quo intelligimus comitum, eorumq; qui magistratibus vel proconsulibus aut legatis ministrabant, quibus è publico salario præstabuntur, nomina ad ærarium olim delara fuisse. Quod Senatusconsulti de curatoribus aquarum facti verba à Frontino libro secundo de Aquæductib. relata demonstrant. Ea sic habent: Quibus apparitoribus ex hoc Senatusconsulto curatoribus aquarum vt liceret, eos diebus x. proximis, quibus Senatusconsult factum esset, ad ærarium deferrent: quiq; ita delati essent, ijs Prætores ærarij mercede cibaria quanta præfecti

fecti frumento danda dare, deferreque solent, annua darent & attribuerent.

*Expositum Taberna casearie verbum in Aristotele responsu.*

C A P. X V.

**R**ISTO Cerellio Vitali respondisse dicitur, non putare se ex taberna casearia sumum in superiora aedificia iure immitti posse, nisi eius rei seruitutem talen admittat. I. sicuti. §. Aristo. D. si seruit. vindic. Immittendi enim sumi utiliter cedi & constitui seruitutem non dubium est: sed eius in taberna casearia quis usus fuerit, non assequetur, nisi qui ex antiquitate veterem caseorum sumigandorum morem repetierit. Quem Plinius lib. xj. cap. xljj. comprobatur. At capratum, ait, gregibus sua laus est in recenti maximè, augente gratiam fumo, qualis in ipsa urbe conficitur cunctis præserendum. Martialis Xenij:

*Non quencumque locum, nec sumum caseus omnem:  
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.*

Credebantur autem gravioris & suauioris gustus esse casei fumo infuscati.

*Coniunctam olim fuisse iuris diuini & humani  
scientiam.*

C A P. X VI.

**I**DICULVM videtur nonnullis Iurisprudentiam rerum diuinorum & humanarum notitiam ab Vopian. definiri, quod existimat rerum diuinorum cognitionem nihil cum iuris ciuilis scientia commune habere. Atqui ex veteribus memorij certissimum est, in utriusque cognitionis facultate consultos pares fuisse, tenuisseque & edocuisse eos quibus hostijs, quibus diebus, quo ritu, ad quae tempora facienda essent, quae sepulchrorum monumentorumque iura, quae iustorum funebris sollemnia essent. Quae ad ius publicum & diuinum referebantur omnia, cuius peritia & que priscos prudentes atque humani iuris cognitione commendari video. Sic enim de Scæuola Valer. Max. lib. viii. cap. viii. Cum bene ac diu iura ciuium & ceremonias Decorum ordinasset. Idemque Titum Manlium Torquatum iuris ciuilis & factorum Pontificalium peritissimum

q lib. v.

idem auctor in Heliogabalo indicat: ἀγωνιθέτηρ δὲ οὐ τὸν ἄλλον θεόν τινα οὐ τὸν ἄλλον τὸν πλεσίον ἐμάθιψε, οὐτε καὶ οὐ τότε αὐτούς σκηνεῖται. προστίνει τὸ αὐτὸς κέτωθεν τὴν μάστιχην καὶ λυσθῆς, μάστιχην τὸν ταπεινοτάτων γέτε. In certaminibus sacris etiam mastigophoros Pollux ponit ad fin.lib.iii.his verbis: ἐκ τοῦ θεοῦ ὁμοεστικῶν ἀγάνθων καὶ διαβολῶν καὶ διαβολῶν καὶ διαβολῶν καὶ φυτῶν διαβολῶν. Σωφρόνιος δὲ καὶ μαστιγοφόρους τοὺς λέγει. Quin & Suidas ἀπὸ τοῦ μικροῦ διαβολοφόρους τινὰς πρέστας οὐταξίαν τὸν διατάχην suisse tradit.

*In horrea quæ res olim reconderentur.* CAP. XVIII.

**H**ORREA in urbe Roma permulta fuisse ex Publ. Victoris de Region.vrb.Rom.libello intellegimus. Ea non frumentaria dumtaxat, quod vulgo creditur, sed & vinaria fuisse ostendit l.tabernam. D.de inst.& instr. Nec obscurè significant Impp. qui vinum in horreis positum venisse narrant in l.ij.C.de peric.& com. quamquam vini cellas frequentius apothecas appellari non me fugit. Sed & mercium, instrumentorum, pignorum, rerumq; omnium mobilium custodia horrea attribuebantur. l.clauibus. D.de contrah.emptio.& l.heres absens. §.proinde.in fin. D.de iudic. l.vulgaris. §.certè si proponas. D.de furt. l.si quis ex argentarijs. D.de eden. l.pignus. C.de pignor.aet. l.quæstum. §.idem respondit. D.de instr.& instrum. In qua melius ut opinor, vulgati codices, quam Pisani, scriptum habent, mensas & ceteram supellecilem in horrea patrem in sam. contulisse ut tutiore loco essent. Nam in hortis quemadmodum Florentinus codex haber, securioris custodiæ causa supellecilem reclusam verisimile non est, cum auctoritatis tantum causa in hortis ædificia, furtis & ipsa obnoxia ponerentur. Ex contrario vero horreis tutioris custodiæ gratia ut vel pretiosa quæque conderentur, præter superiores locos, etiam constituant l.Sei. §.pen.D.de instr.vel instr.leg.l.pediculis. §.idem cum quadreretur. D.de auro & arg.legat.& l.cui quæ Romæ. D.de legat.lib.iij.l.cùm in plures. §.vlt.D.locat.in tantum, ut pretiosissimam fortunarum suarum partem in ea Romani reponerent. l.ij. §.effracturæ. D.de offic.præf.vigil. Hiunc illud in l.in ratione.ij. §.verum est. D.ad legem Falcid.Pondus at-

genti , quod in horreis habeo . & in l . pediculis . § . item cùm  
quæreretur . D . de auro arg . Argentum quod in domo vel intra  
horreum fuerit . Apuleius lib . iij . de Asino aur . Tunc horreum  
quoddam satis validis claustris obseptum , obseratumq ; , quod  
medijs edibus constitutum , gazis Milonis fuerat refertum , se-  
curibus validis aggressi diffindunt . Atque hac de causa effra-  
cturæ periculo horrea subiacebant , quemadmodum ex d . § .  
effracturæ . & ex l . j . & iiij . C . loca . & l . dominus . D . eo . tit . liqui-  
dò appetet .

*Quòd honori veteres ducebant morientium testamen-  
tis sibi aliquid relinquí.*

C A P . X I X .

**N**E ESCIO , an hoc leuioris operæ videbitur , sed ta-  
men quod ad commendationes morientium per-  
tineat , non prætermittendum , veteres honori du-  
xisse , si quantumlibet modicum sibi supremo mor-  
ientium iudicio relinqueretur . Ex quo Vlpianus in l . iij . § . j .  
D . de legat . preſt . Hoc autem ſolum debetur , quod ipſis pa-  
rentibus relictum eſt & liberis . Ceterū ſi ſeruo eorum fue-  
rit adſcriptum vel ſubiecta eorum iuri personæ , non debe-  
tur . Nec enim quærimus , cui adquiratur , ſed cui honor habi-  
tus fit . Idem quoq ; id testatur l . ſed & ſi ſuſcepit . § . ſed etiā pro-  
ponas . D . de iudic . Cicero pro Quintio : Moritur in Gallia , &  
moritur repentinò : heredē testamento reliquit hunc Quin-  
tium , vt ad quem ſummus miceror morte veniebat , ad eundem ſummus honor quoque perueniret . Idem pro Cæcina :  
Uſumfructum omnium fuorum bonorum Coponiat legauit ,  
vt ſrueretur vna cum filio . Magnus honor viri iucundus mu-  
lieri fuifet , ſi diuturnum eſſe licuifet . Quintilianus Maior in  
Declamatio . Institutus es primo loco heres . Non facio tibi  
iſtius honoris controverſiam . Valer . lib . vij . cap . vij . Conſide-  
remus , qua testamenta aut reſciſſa ſunt legitime facta , aut  
cùm merito reſcindi poſſent , rata manferunt : quaue ad alios ,  
quaue qui expeſtabant , honorem hereditatis tranſtulerunt . Per contrarium autem iniuriosum atq ; turpe putabatur ami-  
corum parentumue testamento præteriti . Exheredationem  
certè filij , in iuriam Papinian . appellat in l . Papinianus . D . de  
inoffic . test . & probri loco Antonio Cicero obiicit , quòd ex  
amicor

amicorum testamentis nullas accepisset hereditates.

*De legis actionibus.*

C A P . X X .

**L**Egis actio quo sensu in Iureconsultorum libris accipienda sit, haud facilè ex cuiusquam commentarijs intelligas. Nec enim probanda nonnullorum opinio est, qui legis actionem Boëthio auctore cessionem in iure interpretantur: cùm secundum hanc sententiam, actionibus, emancipationibus, adoptionibus, manumissionibusq; quas in legis actionibus veteres numerant, nomen ipsum accommodari non possit. Quamobrem rectius est dicere appellationem istam ad sollemnes ex lege descendentes actus pertinuisse, vt legis actio apud eos esse diceretur, apud quos huiusmodi sollemnitates peragi explicariq; poterant. Hoc vt planum faciam, simul etiam ostendam necesse est verbi *lege agere* significationem latius quam vulgo existimetur, manare: nec, tantum ex veterum sermone lege actum cum actio instituebatur, sed & cum adoptio, emancipatio manumissioq; imperio magistratus fieret. De iudicali plane persecutione Ciceronis loca quæ subieci intelligenda sunt. Veluti lib.j.de Orato. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes atque Democritici. Et aliás: Alter plus lege agendo quam quantum in xij. Tab. lex permiserat. Idem pro Cæcinna: Omnes qui in eadem causa sunt, & lege agat, & ius suum persequantur. Eodem sensu iij. in Verr.oratio.lege agere in hereditatem: quo genere dicendi Valerius quoq; Max. lib.vij. tit.vij. & Plin.lib.vij. cap.v. vñ sunt. Sic & Gellius lib.xx. cap.ix. Cùm lege agitur, inquit, & vindicæ contenduntur. Ac ne plura quæ sunt propè innumerabilia consecter, ex xij. Tab.compositas actiones, quas certas & sollemnes prudentes constituerunt, legis actiones, id est legitimas actiones appellatas, Pomp.auctor est in l.ij.D.de orig.iur. Generalius verò hoc verbum accipitur apud Ouidium in Fastis, & Macr. lib.j. Saturn.cap.xvj. cùm fastos dies definiunt, quibus lege licet agi: & apud Festum lib.xvj. cùm religiosis diebus nesas fuisse ait apud Prætorem legē agere, & apud Ciceron.iiij.in Verr.orat illo loco: Quis apud istum Prætorem Chelidonia inuita lege agere potuit? Sic & apud Varro. lib.iiij.de lingua

Lat. Contrarij, ait, horum vocantur Nefasti, per quos dies sari Prætorem nescias erat, Do, dico, addico. Itaque non potest agi, quod necesse est ut aliquo verbo, cum lege quid peragitur. Quod si tunc imprudens id verbum emisit, aut quem manumisit, ille nihilominus est liber. Ita lege agere & legitimo iudicio agere dixit Vlpian. in Institutio. fragment. tit. de tutel. Sed iam apertioribus testimonij causæ iugulum prememus. Tacit. lib. xii. Diuus Augustus apud Equestris, qui Ægypto præsident, lege agi, decretaq; eorum perinde haberi iusserset, ac si Romani magistratus essent. Quæ verba nihil aliud significare nemo nisi stultus negabit, quam præfecto Ægypto datum esse, quemadmodum nostri auctores loquuntur, legis actionem: proindeq; apud eum manumissiones seruorum, emancipationes, adoptiones, & alias id genus sollemnitates fieri permisum. Sic enim in l.i.D.de offic.iurid. Alex. Vlpian. ratiocinatur: Adoptare quis apud iuridicum potest, quia data est ei legis actio. & in l.ij. §. vlt. cum l.seq. D.de offic.procons. Apud legatum vero proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet iurisdictionem talem: nec adoptare potest, omnino enim non est apud eum legis actio. Imper. Gordia. in l.j. C.de adoptio. Hi qui in aliena potestate sunt, iuxta ius ciuale non nisi apud eum, apud quem plena legis actio est, adoptari possunt. Modestin. in l. magistratum. D.co. tit. Magistratum, apud quem legis actio est, emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se posse, Neratij sententia est. Paulus lib. ij. Sentent. tit. xxvj. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari & manumitti potest. Ex quibus appetit adoptiones, emancipationesq; in numero legis actionum habitas: quod & Iustinian. in Nouella lxxxj. scribit. Inde Vopiscus in Aureliano: Hoc igitur, inquit, quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando, quod Vlius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & ceteri deinceps in proposita suggestione fecerunt, iam in adrogando Aureliano, quem mihi vicarium iudicij tui auctoritate fecisti, censui esse referendum. Iube igitur ut lege agatur, sitq; Aurelianus heres sacrorum, nominis, & honorum, totiusq; iuris. Atque hinc verus l. nemo alieno. D.de regul.iur. sensus pendet, quæ hoc meo quidem iudicio significat, neminem alieno

alieno nomine legitimos actus explicare posse. Nec enim adoptari, emancipari, quis absens, nec per alium huiusmodi sollemnitatem peragere poterat. I. post mortem. §. vlt. D. de adoptionib. Sed nec alteri petere, alienum ius in iudicium deducere in re iure licebat. Per procuratores id fieri utilitatis causa tandem receptum est. Institut. de his, per quos agere poss. Cicer. pro Rosc. Comœdo : Alteri nemo petit, nisi qui cognitor est factus. & Cornificius in lib. Rhetoric. ad Henn. legem profert, quæ maiorem lx. annis, aut eui morbus causa esset, cognitorem dare permetteret. Potest & hinc intellegi, quod in I. Barbarius. D. de off. præt. scriptum est, Apud cum'egerunt vel lege, vel quo alio iure.

*De actis iudicariis & notis.*

C A P .   X X I .

**F**los, qui notis scribunt acta præsidum, Reipubl. causa non abesse definit Ulpian. in I. inter eos. D. ex quibus caus. maior. Vnde colligitur olim notis excipi solita acta, quæ apud præsides, magistratusq; habebantur, cum aliter non posset loquentium celeritatem manus adsequi. Quod Ammia. Marcell. lib. xiiij. verbis quæ subieci, comprobatur. Proinde die funestis interrogationibus præstituto imaginarius iudex Equitum resedit magister, adhibitis alijs iam quæ agenda essent doctis. Ei adiacebant hinc inde notarij, quid quæsumum esset quidue responsum, cursim ad Cæsarem perserentes. Actorum autem, si quis quemadmodum ea olim conciperentur scire desideret, exempla habemus in I. proximè. D. de his, quæ in test. delent. in I. penult. D. de auctorit. tut. & in I. penult. D. ad legem Iul. de vi priua. & in Beatorum, quos vocant, passionibus libris. Ceterum notis veteres in legibus, Senatusconsultis, edictis scribendis vlos vnicus Valerij Probi libellus abunde docet. Sunt & in hanc sententiam elegantes Manili in libris Astronom. versis, quibus Notarum compendia qui tenuerint, cum leges & iura pop. Rom. sciturum, & intra domesticos, at priuatios parietes, qualiter cuique ius reddendum sit, in promptu habeturum significat.

*Hic, ait, scriptor erit felix, cui littera verbum est,*

*Quiq; notis lingua superet, cursuq; loguentis*

*Excip*

*Excipiet, longas noua per compendia voces. Et mox,  
Hinc etiam legum tabulas, & condita iura  
Nouerit, atque notis leibus pendentia verba,  
Et licitum sciet, & vetium que pena sequatur,  
Perpetuus populi priuato in limine prætor.*

Erant & notarum pleni iuris civilis libri, quarum varia ac subtili interpretatione cum multi in fraudem inducerentur, magnæ etiam iudicantibus, dissentibusq; tenebræ offundentur, nouitij eas Imperatores, quemadmodum Isidor.lib.j. Etymilog.cap.xxij.scribit, ex legum codicibus sustulere. Et sanè Iustinian. disertè prohibuit quicquam in suis libris notis scribi, ne qua malignis interpretibus, imperitisue, verborum euertendorum ansa præberetur. Testamenta autem notis scribi longè antè in paganorum causis improbatum fuerat: in militibus, quibus quoquomodo vellent, & quomodo possent testamenta facere, principū constitutionibus concessum fuerat, tunc tolerabatur, cum litteris prescribi testamenta sua angustæ temporis passæ non erant. L.Lucius.D.de milit.testam. Itaque nec notis scriptæ tabulæ editio, quo Prætor secundum tabulas bonorum possessionem defert, continebantur. Sed cum patrono, in fin.D.de bono possess.

*Explicatur I. Vnica. C. de nudo iure Quiritum tollendo.*

CAP. XXII.

**N**ON intelligunt Accursiani quid sibi ea constitutio Iustinianus velit, quæ de nudo iure Quiritum tollendo inscribitur. Ac ne in rellegi quidem id ex Iustinianeis libris potest: sed eius rei explicatio ex Theophilo Græco Iureconsulto arcessenda est: qui duo fuisse antiquitus dominiorum genera perspicue ad h. tit. de liber. tradit. Naturale vnum, quod in bonis: alterum legitimum, quod ex iure Quiritum appellatur: quorum utrumque quis adeptus esset, is pleno iure dominus dicebatur. Quod dominiorum discriminem ab Vlpiano etiam in Inst. tit. j. disertè proponitur. Qui tantum in bonis, ait ille, non etiam ex iure Quiritum seruum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicuius seruus est, velut hoc modo, si cuius Rom. à ciue Ro. seruum emerit, isq; ei traditus sit, neque tamen mancipatus.

cipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Nam quamdiu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est: ex Quiritum autem venditoris est. Sed & idem auctor codem lib. tit. de dominij, haec quoque separat. Si seruus, inquit, alterius in bonis, alterius ex iure Quiritum sit, ex omnibus causis adquirat ei, cuius in bonis est. Hoc autem ex iure Quiritum dominium iustum, legitimumq; in veterum libris appellatur: idq; sex ferè rebus perfici Varro. lib. iiij. de re Rust. cap. x. scribit. si hereditatem iustum adiit, si, ut debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit: aut si in iure cessit, cui potuit cedere, & id vti oportuit: aut si vsucepit: aut si è præda sub corona emit, tumue cùm in bonis sectione cuius, publicè venit. Planè enim sine nexus vel cessionis in iure sollemnitate res ex iure Quiritu non abalienabatur, vt & Cic. in Topic. indicat, nec aliter alienata antè ex iure Quiritum eius, qui acceperat siebat, quām vsucepisset: hereditate certè & legato iustum dominium ex xij. Tab. quærebatur. Quæ omnia ab Vlpia. in Instit. tit. xix. exponuntur. Atq; hoc sibi dominium adserebat is, qui vindicabat hac vulgata formula, HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITVM MEVM ESSE AIO. Hinc & illa iudicis dati formula apud Cicero. iiiij. orat. in Verr. Si pareat fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Quiritum P. Seruilius esse. Ceterum hanc dominiorum subtilem differentiam Iustinianus sustulit: Eaq; est tituli illius, De nudo iu. Quir. tol. sententia.

*Restitutum antiquum verbum in l. mulieris. D. de verborum signific.*

CAP. XXXIII.

**R**estitutum antiquum verbum in l. mulieris. D. de verb. signific. sua verbis non minus quām rebus antiquitas, cuius nos quoque studiosos esse pat est. Itaque vetus elegans verbum scriptorum incuria multis in locis depravatum hoc capite restituam. Occasione præbet Vlpian. cuius in l. mulieris. §. i. D. de verb. signific. verba hæc sunt: *Res abesse videntur, vt Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hæc, quarum corpus manet, forma mutata est. Et ideo si corruptæ redditæ sint, vel transfiguratæ, videri abesse: quoniam plerumque plus est in manus pretio, quām in re. Vbi r nonn*

nonnulli emendant, plus est in manu pretij: neutrum, ut  
 mihi quidem videtur, recte. Existimo enim ab Vlpian. scri-  
 ptum fuisse, Manupretio, antiquorum more, qui hoc ita con-  
 iunctim enuntiabant: quomodo etiam reponendum censeo  
 in l. qui insulam. §. qui ædem. D.loca. pro lapide & manupre-  
 tio. Varro lib.iiij.de lingua Lat. Quod manu factum erat &  
 datum pro eo, manupretium à manibus & pretio. Isid.lib.xj.  
 Etymolog.cap.j. Abusuè autem manus etiam ars vel artifex.  
 Vnde manupretium dicimus. Hoc verbo Cato de Re rustic.  
 cap.xvij.vsus est. Vsus est & Plaut.in Menæchim. Cicero quo-  
 que ij.in Ver. orat. Tantum operis, ait, in ista locatione fuit,  
 quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt & ma-  
 nupretij machinæ. Quo in loco Asconius, manupretium di-  
 ci ait, vbi non tam materia ratio, quam manus atque operis  
 ducitur. Plinius lib. xxxij. cap.xj. Nec copia tantum argenti  
 fuerit vitæ, sed validius penè manupretium. Idem lib. xxxij.  
 cap.vij. Numerum apparuisse defuncto eo, cum thesaurum  
 cfrregisset heres: solitum enim ex manupretio cuiusque signi  
 denarios deponere aureos singulos. Et paulo post: Mercurio  
 facto in ciuitate Gallæ Aruernis per annos decem, HS. ccc.  
 manupretio. Idem lib. xxxv.cap.x. Manupretium eius tabulæ  
 in numero aureo mensura accepit. Emendandus in hoc ver-  
 bo est Tertullian.in lib. de idololatr. cum ita scribit: Tot sunt  
 artium ventus quot hominum concupiscentiarum: sed de merce-  
 dibus & manus pretijs interest. Legendum enim ut in supe-  
 rioribus locis, Manupretijs. Sensus verò Vlpiani verbo-  
 rum obscurus non est. Hoc enim significat, ple-  
 rumq; pluris esse artificium atq; formam ope-  
 ri artificis manu additam, quam sic  
 materia ipsa. Cuius rei exem-  
 plum est in §. si quis in  
 aliena. Instit. de  
 rer. diuis.



B. BRISSONII  
AD LEGEM IVLIAM  
DE ADVLTE-  
RIIS,  
LIBER SINGU-  
LARIS.

## V. C. C H R I S T O P H O R O


Thuano Celio , Parisiensis Senatus Prae-  
sidi, B. Brissonius s.



V P E R I O R I B U S temporibus hac Satyrici  
poëtae querella aures nostræ personauere , Vbi  
nunc lex Julia dormis ? Inscederat videlicet  
imperitorum animis ridicula quidem , sed ta-  
men qua maximam ad nequitiam feneſtram  
patefecerat opinio , adulterorum in Gallia im-  
punita esse peccata , qua paſsim corruptis moribus laudi iam du-  
ci , & in pretio haberi id virtutis caperat . Hanc tu Reipub. perni-  
ciosam opinionem editis non ita dudum de aliquot adulteris  
exemplis eripiuiti , perfecistiq; , vt non tam puniendi voluntate  
quam accusatores maioribus nostris antehac defuisse iude-  
cemos . Quod ſpectaculum cum maximus honorum omnium  
plausus consecutus eſſet , hinc me laudum tuarum , ad quas hunc  
cumulum acceſſe valde gaudebam , recordatione incensum res  
ipsa admonuit , vt antiquam de adulterijs coercendis ab Au-  
gusto latam legem , que quaſi poſtliminio in uſum rediret , in or-  
dinem digererem , & interpretatione adhibita illuſtrarem . Itaq;  
non dum à quoquā tentatam quæſtionem ingressus , cum ani-  
mum meū in te obſeruantie testificanda cupiditas adderet , li-  
bellum non iniucundum , vt ſpero , confeci , & in tuo nomine  
appareret , curauit . Is ſi tibi probabitur , mibi , qui ſola tibi grati-  
ficandi voluntate ad ſcribendum acceſſi , abunde ſatisfactum  
iudicabo : ad reliquos , ſi quia præterea per te ex nostris  
vigilijs fructus perueniat , id omne in inſpe-  
rato lucro deputabo . Vale . Lutetiae  
Pariforum , pridie Ka-  
lend. Decemb.

1557.

\*



ROBRA, quemadmodum Vlpian.scribit, quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis. In illis adulteria numerantur, quibus abstincndum esse nō tam scitis legum, quām naturali ratione dictante quisque intellegit. Nec enim, vt à Cicero.praclarè scriptum est<sup>a</sup>, si regnāte Tar-

a lib.2. de le-  
gibus.

quinio nulla erat Romæ lata lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiae Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto auocans, quæ non tum denique incipit lex esse, cùm scripta est, sed cùm orta est. Orta est autem simul cum mente diuina. Argumento est conscientiis in vnum omnium populorum de adulterij turpitudine opinio, quæ pro certissima lege naturæ accipienda est<sup>b</sup>. Nam ex quo ptimum à fero & agresti cultu ad humanitatem traducti homines certis inter se matrimoniorum legibus deuincti sociatiq; sunt, qui prius incerto ac proniscuo coitu libidinem explebant suam: ex eo tempore vitio duci adulterium, legibusq; prohiberi coepit.

b Cic. Tusc.

*Fuit (ait Horatius) hec sapientia quondam*

c in art.poët.

d lib. i. serm.  
sat. 3.

*Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,  
Oppida moliri, leges incidere ligno.* Et alias<sup>4</sup>,  
*Oppida cœperunt moliri, & ponere leges,  
Neu quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.*

e 1.6 adulter-  
rium. §.1. D. de  
adulter.

*Quæ res efficit, vt quæ in iure ciuili eritantes incesti cri-  
mine liberantur, adulterio commisso nullam mulieres exca-  
tulationem habeant<sup>5</sup>, propterea quod lege naturali, quæ igno-  
rare cas insita ratio non permittit, prohibitam rem admis-  
sint. Id adeò ex eo vel perspicue appetet, quod est brutis  
quibusdam à natura datum, vt adulteria auersentur: & quanto  
ea hominibus odio esse debeant, quibus possint, indicijs  
testentur<sup>6</sup>. Nec immicritò certè huius vitij freditatem in ani-  
mis nostris lucere ipsam per se communis parens voluit. Et  
enim vt omnia animo ac cogitatione percurras, adulterio  
scelus crimen, arq; hominum inter se societati perniciosius  
vix ullum reperies. Nam cetera quidem fermè omnia delicta  
propriæ turpitudinis finibus continentur: adulterium quod-  
dam vcluti vitiorum agmen trahit: & vt Diodorus Siculus*

g libro 1. Di-  
blioth.

verissimè scribit<sup>7</sup>, ad eam, quæ marito insertur, iniuriā,  
corruptelam quoque, ac depravationem morum, prōlis con-  
fusionem, matrimoniorum perturbationem adjungit. Nec  
verò ullum tantum scelus, ullum tam magnum facinus est, ad  
quod suscipiendum libido voluptatis violatzq; pudicitia au-  
dacia non impellat, M. Catonem dixisse accepimus<sup>8</sup>. Nullam  
adulteram non candem veneficam esse: videlicet homo pri-  
udentissimus sentiebat nullum esse scelus, cuius non facile su-  
spicio in eam caderet, quæ fide rupta, sacriq; lecti genio con-  
tempto adulterium admittre ausa esset. Multæ ipsis etiam

i Iuxenal. sa-  
tyr. 6.

visceribus vim afferre non dubitauerunt<sup>9</sup>, medicamentisq;  
conceptos ex adulterio partus abigere, ne materna adulte-  
ria in lucem editi liberi dissimilitudine formæ proderent.

k Herod. lib.  
l. Plato lib. 1.  
de legib. lu-  
stis lib. 1.

Quid dicam maritorum nece adulteria cumulata? Notæ sunt  
Candaulis Lydiū<sup>10</sup>, Vriæ<sup>11</sup>, Agamemnonis<sup>12</sup>, Fabij Fabricia-  
ni<sup>13</sup>, Romani Argyropia Constantinopolitani Imperatoris<sup>14</sup>,  
ex adulterio vxorum natæ cædes. Sed non est institutæ dispu-  
tationis, quot ex hoc veluti fonte scelerum riuiuli manarint,  
repetitis ab ultima antiquitate exemplis recensere. Maneat  
modò illud, quod paulo antè attigimus, adulterio vincula  
quod

l lib. Reg. 1.  
cap. 11.

m Patrcul. li-  
bro 1. Propert.

n Plotare. in  
Parallel.

o Bapt. Egnat.  
in Episo. sua.

quodammodo diuini atque humani iuris reuelli, atq[ue]issimisq[ue];  
nexibus ad strictam coniugum coniunctionem dissolui, fami-  
lias incerta stirpe confundi, parenti non suo illegitimas pro-  
les eandem cum iustis liberis partem laturas adscribi. Quo  
quid fingi possit hominum generi odiosius, non video. Lace-  
dæmonios quidem cùm acerbissima execratione aduersus  
eos quos vehementer odissent, vt vellent, inter cætera do-  
mus exitia, hoc imprecari solitos traditum est<sup>1</sup>, vt eorum  
vxores adulteris delestantur. Quamobrem bene sanxisse  
mihi Græciae ciuitates videntur, quæ solos adulteros impunè  
occidi permiserunt, non alia ratione, quemadmodum Xe-  
nophon in Hierone scribit, quād quòd λυμαντῆρες αὐτὸς νο-  
μίσσοι τὴν γυναικῶν φιλίας πρὸς τὸν αὐθέας ἄντε, in qua  
omnem vitæ suavitatem iucunditatemq[ue]; positam esse iudi-  
cant. Cui pene totius Græciae communi constitutioni hoc  
sapientissimus Atheniensium legislator Solon addidit<sup>2</sup>, vt  
quæ in adulterio deprehensæ essent, mundo omni, ornamen-  
toq[ue];, muliebri detraçto, matronarum cœtu, sacrorumq[ue];, quæ  
vel ancillis patebant, aditu prohiberentur, ne earum consue-  
tudine honestæ mattesam, corrumperentur. Laudabilis &  
illa Thuriorum lex<sup>3</sup>, quæ Comœdijs alios, quād adulteros  
traduci, nominatimq[ue]; perstringi verabat, quasi hæc vna labes  
publica nota vindicanda esset. Quæ omnia prouidentissimus  
princeps, & iuris religiosissimus Augustus in animo reputans,  
cùm disfluentem luxu ciuitatem Romanam, & ad omnem  
stuprorum adulteriorumq[ue]; licentiam proiectâ cerneret, coërci-  
endi huius mali causa severissimam de adulterijs & stupris  
legem tulit, vt pœnæ metu eos, qui in officio sua sponte non  
continerentur, ab eo flagitio reuocaret. Eaq[ue]; est peruagata, &  
auctorum monumentis nobilitata lex Iulia. Cuius ego inter-  
pretationem verbis, qua fieri poterit fide, relatis, facere insti-  
tui. Hanc autem legem eti ab Augusto latam esse disserit  
Vlpian.scribat<sup>4</sup>, extitere tamen, qui à Iulio Cæsare eius origi-  
nem repeterent, & ab Augusto dumtaxat auctam confirmata-  
tamq[ue]; dicerent. Quem in errorem eos, credo, ipsum legis  
nomen induxit, cùm ignorarent Octauium, cui postea Au-  
gusti nomen delatum est, testamento maioris auunculi ado-  
ptatum C. Iulium Cæsarem esse appellatum<sup>5</sup>: more Romanis  
vñstato,

p. Suid. in ver-  
bo διανύει-  
σθαι & in ver-  
bo ιππεῖσθαι.

q. Aeschines  
εἰς τηγάνεα. De  
molithen. εἴδη.  
Nisiq[ue].

r. Plutarchia  
lib. de Tran-  
quillanimi.

s. Lt. Dale a-  
dulter.

t. Sueton. in  
Augusto ca. 7.  
Flor. Epit. 116.

visitato, apud quos parentum adoptiuorum nomina gentili-  
cijs aliquantulum immutatis assumebant, qui in alienam fa-  
miliam adoptione transibant<sup>a</sup>. Vlpiano verò, ne quis relin-  
quatur de re certissima posthac dubitandi locus, testes, licet  
minimè necessarios addamus. Tranquillus de Augusto<sup>b</sup>: Le-  
ges retractauit, & quasdam de integro sanxit, vt sumptuariā,  
& de adulterijs, & de pudicitia. Plutarchus in Apophthegm.  
de eodem: Υπέψας τῷ πόλει τῷ μοιχῷρ νόμῳ, διὸ ἡ σύνεστι πᾶς  
δῆ λειπά τὰς γυναικῶν, καὶ πῶς δῆ λειπάτων τὰς  
ἀλόντας. εἴπε πρωτοσόφη τῷ ὄργῃ τῷ αὐτῷ ισλίᾳ τῇ θυγατέρει δια-  
βεβληθέντοι πενίσκοι, &c. Et hoc nomine ei quoque Horatius

y lib. 4. carm. ita gratulatur<sup>c</sup>:

oda 5.  
z. in Augusto  
cap. 69.  
a. in Epit.

*Nullis polluitur cæsta domus stupris,  
Mos & lex maculosum edomuit nefas.  
Laudantur simili prole puerperæ,  
Culpam pœna premit comes.*

Quamquam & huic vicio fuisse eum principem deditum  
litteris proditum est: quod ne amicos quidem negasse Tran-  
quillus scribit<sup>d</sup>, excusantes sanè non libidine, sed ratione ab  
eo adulteria commissa, quò facilius consilia aduersariorum  
per cuiusque mulieres exquireret. Sed tamen hominum, vt  
eleganter cum Eutropio Sex. Aurel. Victor<sup>e</sup>, ait, more, qui in  
vulgiscendis vitijs, quibus ipsi vehementer indulgent, acres  
sunt, aliorum in hoc genere peccata, grauissimè executus est.  
Nam & poëtam Ouidium quòd tres amatorij artis libros  
conscriptisset, exilio damnauit, ac ne filiæ quidem neptiq;  
sux, quæ hac lege commiserant, vt parceret, adduci potuit.  
Ita factum est, vt adulteriorum accusationibus fora per ali-  
quod tempus perstrepserent. Quæ cùm paulatim connuenti  
bus magistratibus & dissimulatione temporū remitterentur,  
senescenti iam legi Iuliæ operi tulisse, eamq; renouasse Domi-  
tianus dicitur, multosq; nobiles ac locupletes viros ea lege  
condemnasse<sup>f</sup>. Eares Martiali, assentandi honoris audissimo  
principi multis locis materiam dedit. Sic enim ille lib. vii.  
Epigram.

*Lusus erat sacrae connubia fallere sed.e,  
Lusus & immeritos execuisse mares.  
Vtraque tu probibes Cesar, populisq; futuris*

b. Zonar. An-  
nal tomo 2.

*Succurris, nasci quos sine fraude inbes.  
Nec spado iam, nec mæcibus erit, te præside, quisquam:  
At prius, ô mores, & spado mæcibus erat.*

Alio quoque eius in Rempubl. singula merita persecutus,  
quæ ei & spectacula, & ludos, & triumphos, & deos debeat,  
tandem ait,

*Plus debet tibi Roma quod pudica est.* Idem lib. vii.

*Sancta ducis summi prohibet censura, vetatq;*

*Mæchari.* Et aliás<sup>c</sup>,

*Iulia lex populis, ex quo, Faustine, relata est,*

*Atque intrare domos iussa pudicitia:*

c lib. 8. Epigr.

*Aut minus, aut certè non plus vigesima lux est.*

d Satyr. 2.

Eoq; referendum est & illud Iuuenal<sup>d</sup>,

*Qualis erat nuper tragico pollutus adulter*

e l. 5. & l. 42.

D. ad. Iul. de

*Concubitu, qui tunc leges reuocarat amaras*

adult. l. 3. & l.

*Omnibus, atque ipsi Marti Veneriq; timendas.*

l. 17. C. eod. t. c.

l. 38. §. 1. D. de

minorib.

f l. 8. & l. 9. C.

de adul. Sue-

to. in Augusto

cap. 34.

Ceterum lex ista interdum<sup>e</sup> De adulterijs coërcendis, in-  
terdum<sup>f</sup> De pudicitia appellatur. Cuius verba hæc suisse mihi  
traditum est:

### I.

Ne quis posthac stuprum, adulterium facito  
sciens dolo malo.

### I I.

Qui stuprum, adulterium sciens dolo malo fe-  
cerit, in insulam relegator.

### I I I.

Patri, qui in potestate habet adulterum quem-  
libet, quem in filia deprehenderit domi  
suæ, generiue sui, occidere ius esto, dum  
vnâ cum eo incontinenti filiam occidat.

### I I I I.

Viro deprehensum domi suæ in vxore sua  
adulterum, qui leno fuerit, quíue artem lu-  
s dicram

dicram fecerit, vel in scenam saltandi , can-  
tandíue causa prodierit, iudicioue publico  
damnatus, neq; in integrum restitutus erit,  
quíue libertus eius mariti, vxorisue, patris,  
matris, filii, filiæ, vtriusque eorum fuerit,  
propriusue eorum, vel cùm alio commu-  
nis, quíue seruus erit , occidere liceto : Qui  
eorum aliquem occiderit, vxorem sine mo-  
ra dimittito.

## V.

Viro adulterum cum vxore sua deprehensum,  
quem aut nolit, aut non liceat occidere, re-  
tinere per horas diurnas, nocturnasq; non  
plus quàm viginti testandæ eius rei gratia,  
vt vti sine fraude suo iure possit, liceto.

## V I.

Viro patriq;, qui in potestate habet, sexaginta  
dies vtiles ad accusandum dantor, intraq;  
eos dies cuilibet præferuntor. Post eos dies  
patri, maritoq; lapsos, extranei quilibet ad-  
mittuntor.

## V I I.

Ne quis inter reos eum , qui tunc sine detre-  
statione Reipublicæ causa aberit, referto.

## V I I I.

Minoribus xxv. annis adulterii accusare ne li-  
ceto.

## I X.

Si seruus adulterii accusetur, & quæstionem in  
eo

eo haberi accusator postulet, iudices seruum æstimanto: & quantum æstimauerint, tantam pecuniam & alterum tantum eum qui nomen eius servi detulerit, ei ad quem ea res pertinet, dare iubento.

## X.

Qui post maritū & patrem accusare possunt, si ad accusandū plures simul prosiluerint, is cuius de ea re notio est, de iusto accusatore constituto.

## X I.

Reos adulterii marem & feminam ex eadem causa ne facito.

## X I I.

Si mulier ante denuntiationem nupserit, qui accusare volet, ab adultero incipito. Nec ante ad mulierē quisquam peruenito, quām adulterum reum peregerit.

## X I I I.

Adultero absoluto, quæ nupsit, quamdiu nupta erit, aduersus omnes secura esto.

## X I I I I.

Si vir, qui vxori adulteræ repudium misit, vel extraneus quis mulieri, antequam nuberet, adulterii se aëturos denuntiauerint, eaq; post denuntiationem nupserit, ab ea incipere accusare volenti ius esto.

## X V.

Si vidua sit, de cuius adulterio agitur, accusa-

tor liberum arbitrium adulterum vel adulteram, vtrum prius velit, postulandi habeto.

## X V I.

**Q**ui domum suam præbuerit, vt stuprum, adulteriumue cum aliena matrefa. vel cum masculo fieret, sciens hac lege tenetor.

## X V I I.

**Q**ui pro comperto stupro pretium acceperit, quæstumue ex adulterio vxoris suæ fecerit, hac lege tenetor.

## X V I I I.

Damnatam adulterii si quis sciens vxorem duxerit, hac lege tenetor.

## X I X.

**Q**ui deprehensum in domo sua adulterum dimiserit, vxorémue in adulterio deprehensam retinuerit, hac lege tenetor.

## X X.

Mulieri accusandæ sex menses vtiles dantor, posteà accusare ne liceto.

## X X I.

Adulterum, adulterámue post quinquennium continuum quàm commissum esse adulterium dicetur, accusare ne liceto, eaq; præscriptio adultero, adulteræq; vtilis esto.

## X X I I.

De seruis ancillisue eius, de quo vel de qua quæretur, parentisue vtriusque eorum, qui eis

ad

ad vsum à parentibus dati sint, si accusator postulet, quæstionem habeto.

## X X I I .

Quæstioni reus reáue, patroníue eorum, & is, qui crimen detulit, intersunto. Patronis interrogandi facultas esto.

## X X I I I .

Seruu de quo quæstio habita fuerit, publicus esto.

## X X V .

Si reus, vel rea absoluti fuerint, seruorum damnum iudices æstimanto: siue mortui fuerint, quantæ pecuniæ ante quæstionem fuerint: siue salvi, quantæ pecuniæ in his damnum datum fuerit, factumue erit.

## X X V I .

Serui, qui quæstioni postulari possunt, intra sexaginta dies ex die diuortii ne manumittuntor, néue alienantor.

## X X V I I .

Adulterii damnato damnatae'ue testimonii dictio ne esto.

## X X V I I I .

Diuortia septem ciibus Romanis puberibus testibus adhibitis præter libertum eius, qui diuortium faciet, posthac faciunto. Aliter facta pro infectis habentor.

## X X I X .

Dotale prædium Italicum maritus inuita vxo-

re ne alienato, néue consentiente ea obligato.

Nunc singula legis verba excutianus, eisq; congruam ex  
Inreconsultorum commentarijs, nostrisq;, qualescumq; sunt,  
obscurationibus interpretationem accommodemus. Prius

a. I. hæc verba. D. de adulterijs.

b. I. r. D. de verbo signo. I. si quis id quod. D. de iurisdictio. I. 36.

c. I. 6 ex causa. §. si mulier. I. auxiliū. D. de minor. I. 38. §. 1. I. de adulter. I. 7. C. de legib. f. Oratio. §. in Vert.

quod ita conceptum est. NE QVIS POS THAC. Verbum *Quis* vtrumq; sexum, id est, tam masculos quam feminas complectitur<sup>b</sup>. Nec verò rusticitati hic aut ætati venia datur. Proinde si minor xxv. annis adulterium commiserit, hac lege tenebitur: quoniam tale crimen post pubertatem incipit<sup>c</sup>, nec iustè adulterij pœnam ætatis excusatione deprecabitur, cùm auxilium in integrum restitutions in executionibus pœnarum esset<sup>d</sup>. Ait autem POS THAC, communis oninum legum regula, quæ futuris non præteritis casibus scribuntur<sup>e</sup>. Neque enim (ait Cicero<sup>f</sup> Verrem ridens) in illa lege præteritum tempus reprehenditur, nisi eius rei, quæ sua sponte seclerata, ac nefaria est, vt etiam si lex non esset, magnopere vitanda fuerit. Cuiusmodi delictum etsi lex Julia coeretur, quæ id, quod semper malum facinus fuit, admitti prohibet, quia tamen nouis constitutis pœnis id sanxit, ante admissa in iudicium vocari noluit. s TR PRVM ait, ADVLTERIVM<sup>g</sup>. Stuprum propriè in virginem, vel viduam: adulterium in nuptam committitur<sup>h</sup> propter partum ex altero conceptum composite nomine. Sed lex Julia his verbis promiscuè, atq; indiferenter vtitur<sup>i</sup>. Quorū Modestinus sententiam exponens, stuprum cum committere ait<sup>k</sup>, qui liberam mulierem consuetudinis causa non matrimonij retinet: excepta videlicet concubina. Merito, excepta concubina, quæ quidem in concubinatu licto iure fit. Nam concubinatus, quemadmodum Marcellus scribit<sup>l</sup>, extra pœnam legis est, id est, vt ego interpretor, extra legis Julij pœnam, quæ in concubina stuprum non vindicat<sup>m</sup>, propterea quod, vt Vlpianus cum Atilicino sentit<sup>n</sup>, hæc solæ in concubinatu haberi sine metu criminis possunt, in quas stuprum non committitur. Cuius rei gratia inuestigandum est, quibusnam in mulieribus olim stuprum impunè admitteretur. Ac primum in ea quæ se non patroni concubinam esse

g. Littera superius. D. de verbis signific. h. Sex. Pomp. lib. i.

i. I. 6 §. 1. D. de adulter. k. I. 34. D. de adulter.

l. I. 3. D. de concubin. m. I. 6 vror. D. de adulter. n. I. §. 1. D. de concubin.

extra pœnam legis est, id est, vt ego interpretor, extra legis Julij pœnam, quæ in concubina stuprum non vindicat<sup>m</sup>, propterea quod, vt Vlpianus cum Atilicino sentit<sup>n</sup>, hæc solæ in concubinatu haberi sine metu criminis possunt, in quas stuprum non committitur. Cuius rei gratia inuestigandum est, quibusnam in mulieribus olim stuprum impunè admitteretur. Ac primum in ea quæ se non patroni concubinam esse

esse patitur , stuprum non contrahi Papinian. ait<sup>o</sup>. Etenim quæ in concubinatu patroni est, matronæ nomen non amittit<sup>p</sup>, matrisq; familiæ honestatem nihilominus retinet , cùm obsequium patrono debeat. Vnde Seneca lib. 1111. Controversiarum ait, Memini illum, cùm libertum reum defenderet, cui obijciebatur , quòd patroni concubinus fuisset , dixisse, impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas , in liberto officium. Aliter atque de ea dicendum sit , quæ dignitatis matronalis oblita in concubinatum se alterius, quām patroni tradit<sup>q</sup>. Itaque sine stupri crimine in concubinatu esse aliena liberta potest<sup>r</sup>. Eoq; respexit credo Horatium , qui cum docuissest sine periculo in matronis venerem non exterriti, suppliciaq; de adulteris sumpta recensuisset, subiicit<sup>s</sup>,

o 1.16. §.1. D.  
de his quæ vt  
indign.  
p L. u. vxor. §.  
L. de adul.  
L. liberta. D. de  
oper. libert.

*Tutior, at quanto merx est in classe secunda:*

*Libertinarum dico, Sallustius in quas*

*Non minus insanit, quām qui mæchatur.*

q 1. Stuprum.  
D. de rit. nup.  
r 1.3 D. de cō  
cubin.  
s lib. i. Serm.  
lxxv. 2.

Itaque quod aliás Modestinus ait<sup>t</sup>, in liberæ mulieris consuetudine non concubinatum, sed nuptias intellegendas : si non corpore quæstum fecerit , de ingenua muliere non de quavis libera accipiendum est. In liberta enim non procedit. Sed nec in ingenuas mulieres , quæ palam quæstum corpore sacerent , stuprum committebatur. Et ideo in concubinatu haberi poterant<sup>u</sup>, quod vtique si honestè vixissent , non licuisset. Vnde Imperatores Diocletianus & Maximianus, quorum à rege Rogerio in Neapolitanas leges constitutio translata est<sup>x</sup>. Si ea, aiunt<sup>y</sup>, quæ tibi stupro cognita est, & passim venalem formam exhibuit , ac prostitutam meretricio more vulgo se præbuit, adulterij crimen in ea cessat. Vbi bene Accursius earum , quæ in matrimonio habentur , separatam à virginibus vel viduis causam constituendam esse notat. Nam & in ea vxore adulterium vindicari, quæ vulgo sui copiam faciat , paulò post docebimus. Sic cueniebat , vt in ea nupta adulterium committeretur , in qua innupta stuprum non committebatur. Poterit hic vulgatos codices versantibus scrupulum Marcelli locus iniucere , quo stuprum & in his mulieribus intellegi ait<sup>z</sup>, quæ turpiter viuerent, vulgoq; quæstum sacerent. Sed profectò illic, Probrum , non , Stuprum, in Florentino Codice rectè legitur : hoc sensu, vt probrosæ sint

t 1. in liberg.  
D. de rit. nup.

u 1.3. D. de cō  
cubin.

x In confit.  
Neapol. lib. 3.  
tit. 77.

y L. si ea. D.  
de adulter.

z 1. 41. D. de  
ritu nupt.

sint feminæ, quæ turpiter viuunt, vulgoq; sui copiam faciunt, etiam si non palam, quamquam ingenuorum nuptijs lege Iulia de maritandis ordinibus ex ea causa non repellantur, qua non quæcumque se stupratoribus vulgo committunt, sed quæ passim, & sine vilo delectu meretricio more & in vicem prostitutæ id faciunt, apprehenduntur<sup>a</sup>. Cato certè apud Gellium lib. ix. ca. xi. maiores hoc censuisse scribit, nisi quis palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locasset, et si famosus & suspiciosus esset, vim in corpus liberum non æquum esse adserri. Nunc ad instituta pergamus. Præterea in ignominiosas feminas, quæ pudore, matronaliq; verecundia deposita artem ludicram lenociniumue fecerint, operasq; suas in scenam saltandi, vel cantandi causa locauerint, quas

<sup>b</sup> Vlp. in In-  
flatus. tit. 33. & lex Iulia de maritandis ordinibus notat<sup>b</sup>, stuprum com-  
missum hac lege non apprehenditur. Eaq; ratione pleræque mulieres, vt pœnas adulterij effugerent, tutiusq; de cetero li-  
bidini inservirent, scenicis operis lenocinióue faciendo se dedebant. Qua fraude, ne delicti impunitatem sibi pararent,

<sup>c</sup> I.mater. in  
fi.D.de adulst.  
<sup>d</sup> cap.35. Senatusconsulto constitutum fuit eas<sup>c</sup>, quæ se in fraudem le-  
gis, & euitandas pœnas causa in scenam locassent, vel lenocini-  
nium professæ essent, accusari nihilominus adulterij, & dam-  
nari posse. Cuius rei Sueton. in Tiberio<sup>d</sup> meminit his verbis:

Feminæ famosæ, vt ad euitadas legum pœnas, iure, ac digni-  
tate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperant,  
& ex iuuentute ordinis vtriusque profligatissimus quisque,  
quominus in opera scena, arenæq; edenda Senatusconsulto tenerentur, famosi iudicij notam sponte subibant. Eos, easq; omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio  
pœna affecit. In ministras quoque cauponæ quæ vinum po-  
tantibus præbent, stuprum non esse vindicandum Constant.  
statuit: quod cas vita vilitas iudicaria seueritate immunes in-  
dignasq; legum obseruatione reddit. Atque eodem modo  
nec Solonis legibus in ijs stuprum vindicabatur, quæ in ta-  
berna sederent, vel in foro venales res propositas haberent.  
Demosthenes οὐδὲ τότε νόμοι ἦσαν τότε παρεχόμενοι, δε  
ότι εἰς ὅπῃ τάντας μοιχόης λαθεῖν, ὅποισι εἴηται εἰς ἐργασίας κά-  
θονται, οὐδὲ τῇ ἀγορᾷ πωλῶσι π. De illo dubitari potest, an in  
alienas ancillas stuprum committatur: Et hoc crimen extra  
legis

legis Iuliæ pœnam est<sup>a</sup>, non tamen impunitum manet. Nam & extra ordinem de deuirginata ancilla præsides cognoscere solitos Vlpianus ait<sup>b</sup>, & pro modo delicti animaduertere. Datur & eo nomine domino iniuriarum, & legis Aquiliæ actio: illa quidem, cum maturæ vitium oblatum est<sup>c</sup>, hæc cum immatura, id est nondum viripotens corrupta est<sup>d</sup>. Sed de prioritate stupri specie satis: trajectus & alias: Qui duas vxores eodem tempore ducit, is in secundam stuprum committere intellegitur, stupriq; accusari potest<sup>e</sup>. Nec enim iure Romano binas uxores eodem tempore in matrimonio habere licuit<sup>f</sup>, quod Atheniensium legibus licuisse accepimus. Quamquam & Iulium Cesarem & Valentinianum idem in animo habuisse lege sancire Tranquillus<sup>g</sup>, & Cæsiodor<sup>h</sup>, & Paul. Diaconus<sup>i</sup> scribant. Sed meritò hoc moribus Romanis improbatum est, quibus non ei dumtaxat, qui duas uxores eodem tempore duxerit, sed & ei, qui vel bina dumtaxat sponsalia eodem tempore constituta habuerit, infamia irrogatur<sup>j</sup>: nisi patris imperio coactus quis fecerit. Excusatur enim, qui non sponte, sed cogente patre fecerit, cui obtemperare necesse habuit<sup>k</sup>. Mulier verò ipsa, quæ alijs iam nuptijs deuincto nupsit, siquidem falsa existimatione decepta nupserit, nullam pœnam incurrit: Posteriores certè nuptiæ primis manentibus vitiantur, stupriq; accusatio datur. Præter hæc & qui pupillam suam ab eius patre, sibi neque desponsatam, neque destinatam, nondum redditis rationibus contra Senatusconsultum duxerit, stupri tenetur<sup>l</sup>, quoniam nec matrimonium est<sup>m</sup>. Eademq; ratione si quis in ea prouincia, in qua administrat, vel aliquod officium gerit, uxorem duxerit, eiusmodi consuetudine stuprum committere intellegitur, cum nuptiæ non consistant<sup>n</sup>. Itidemq; liberos qui concubinas parentum duxerint, tam irreligioso matrimonio stuprum committere Imperator Alexander rescripsit<sup>o</sup>. Potest & illud ex posteriorum Imperatorum constitutionibus addi, Si quis Iudeus Christianam mulierem in matrimonio habeat, adulterij loco hoc crimen vindicari<sup>p</sup>. Ceterum stuprum non in virgine tantum, sed & in puerο admittitur<sup>q</sup>. Est enim generale verbum, tantumdemq; apud nos valet, quantum apud Graecos φερετ<sup>r</sup>. Sequitur igitur non in fœminis tantum, sed & in mari-

<sup>a</sup> l. 6. D. de adulter.

<sup>b</sup> l. vlti. D. de off. præsid.

<sup>c</sup> l. 25. D. de iniur.

<sup>d</sup> l. si seruus.

<sup>e</sup> si obui. D. ad leg. Aquil.

<sup>f</sup> l. leum qui. C. de adulter.

<sup>g</sup> l. 1. C. de in-

test. nupt.

<sup>h</sup> In Iulio ca.

<sup>i</sup> Lib. 8. hisit.

tripart. cap. 12.

<sup>j</sup> Lib. 11. hisit.

Eutrop.

<sup>k</sup> l. 1. D. de

noct infam.

<sup>l</sup> d. l. in fi.

& l. liberorū.

D. de his qui

not. infam.

<sup>m</sup> l. 7. D. de adulter.

<sup>n</sup> l. no. est. D. de tenu nupt. l.

l. 17. D. rerum amot.

<sup>o</sup> l. præfectus.

D. de ric. nup.

l. 3. s. l. D. de donat. int vir.

<sup>p</sup> l. 4. C. de nupt.

<sup>q</sup> l. 5. C. de Iudizis. l. 2. de nupt. C. Theo.

l. 5. de adulter.

C. Theod.

<sup>r</sup> l. 34. D. ad l. 10. de adul.

y l. 6. D. cod.

bus admissa supra lege Iulia vindicari. Quod & Iustinianus scribit<sup>a</sup>. Qua de re lex Scatinia ante lata erat. Cuius, vt iam ab alijs ante me notatos locos taceam, etiam Cicero<sup>b</sup>, & Cælius<sup>c</sup>, & Tertullianus<sup>d</sup>, & Prudentius<sup>e</sup>, meminere. Eius vero legis poenam pecuniariam suisse quidam existimant ex eo quod Quintilianus stupratori poenam decem milium constitutam, duobus locis<sup>f</sup> tradat. Quod ego pro certo atque indubitato non admitto. Nam exempla quædam capitali supplicio ob ingenuos adolescentes stupratos affectorum, Suidas<sup>g</sup>, & Valer. Max.<sup>h</sup> memorant. Et quod à Quintilianus scribitur, potest, vt in schola fit, exercitationis gratia confituum, aut ex Græcorum legibus sumptum esse. Ego tanien ampliari iudicium postulo. Et vt ut sit, illam legem Iulia abrogatam suisse non existimo. Nam postea quoque eius poenam in vtriusque ordinis viris exercuisse Domitianum, Tranquillus refert<sup>i</sup>. Planè etiam Constantinus capite animaduerti in pædicatores grauibus execrationibus præcipit<sup>j</sup>. Ignis deinde poena hoc crimen vindicandum Impp. Valentinianus Theodosius & Arcadius constituere<sup>k</sup>. Addidit & Iustinianus, Zonara auctore, virilium amputationem: Quæ tamen poenæ leues videbuntur, si cum magnitudine delicti comparentur, quod non diuinis modò præceptis, sed & ipsi naturæ ita aduersatur, non solum vt aniinus à facto, verum etiam à commemoratione abhorrete debeat. Ceterum de incestu nihil legge Iulia expressum est, & ideo de incestu legem Iuliam cessare Papiani<sup>l</sup>, ait: quod ita verum est, si non cum adulterio incestum iunctum sit<sup>m</sup>. Raptus item lex Iulia non coercet. Sed hoc crimen ad legem Iuliam de vi pertinet<sup>n</sup>. Et ideo bene Iustinianus stupri flagitium sine vi admissum lege Iulia puniri scribit. Amplius, inter liberas personas stuprum, adulteriumue passas lex Iulia locum habet<sup>o</sup>: violata seruorum connubia non vindicat<sup>p</sup>, quia nec nuptiæ inter seruiles personas contrahuntur, proinde ob violatum contubernium adulterij accusatio inter eas personas datur<sup>q</sup>. Hæc antem verba, NE QVIS STV PRVM FACITO, Vlpiano interprete, & ad eos qui stuprum, adulteriumue intulerint, & ad eos qui suaerint, pertinent<sup>r</sup>. Eos enim legis quoque sententia teneri intellegimus, qui adulterium, stuprumue facientibus opem scrunt, aut ma-

lo consilio , in fraudem illiciunt. *Sciens* , ait lex , *dolo malo* , quę verba & in eo capite legis Iulię de maritandis ordinibus. quod à Paulo tesertur<sup>1</sup> , & in capite quinto legis Manilię , & in lege Fauię<sup>2</sup> , & aliās sępe coniunguntur. Ostendunt autem cum demum ex hac lege plechi , qui dolo malo stuprum adulteriūmue commiserit. Si igitur dolus absit , cessabit eiusdem pœna : doli suspicionem quilibet facti error excludit. Proinde qui non animo adulterij , stuprue committendi honestę matronę , virginis vitium obtulerit , cùm iusta aliqua ratione ductus sine vlo dolo existimaret in ea stuprum non committi , excusatut<sup>3</sup> : vt ecce , si non ex lege , nec vti oportet , repudiata mulierem insciens quis duxerit , quamuis ea adhuc in priori matrimonio esse videatur , tamen adulter non erit , quia sine affectu delinquendi & dolo , & malo adulterium non committitur<sup>4</sup>. Eademq; ratione qui meretricia veste induatas matronas stuprauerit , vix est , vt lege Iulia tecnerat<sup>5</sup> : quoniam hac mente , & cogitatione non fuit , vt stuprum , vel adulterium faceret. Quo pertinet illa quæstio , quę à Quintiliano proponitur<sup>6</sup> , an qui in lupanari cum aliena vxore fuerit deprehensus , adulterij teneatur. Hic enim meretrici se iungi iusta ratione credidit , cùm in eo loco , in quo prostitute sedere solent , matrona prostaret. Et longè hic error à dolo & scientia abest , quorum utrumque lex Iulia in hisce delictis exigit. His consequens est & illud , Adulterij eam demum mulierem teneri , quę volens deliquerit : vim passa , quia culpa vacat , pœnani legis non timet<sup>7</sup>. Eam igitur vxorem sine fraude ducere cuique licebit<sup>8</sup>.

QVI STUPRUM ADULTERIVM VE  
FEC. &c.

Adulterij pœnam ex lege Iulia capitalem non fuisse per spicuę ex eo appareat , quod adulterij damnatas eadem lex vxores duci , & in testimonium citari vetet. Quod certe per absurdum fuisse cauere , si huius criminis pœna vitam , libertatemue ademisset. Fuit verò proculdubio legis pœna relegatio , qua & Augustus vsus traditur , cùm seueritatem legis in filiā neptemq; exerceret , quę se adulterio maculauerant. Suetonius in Augusto<sup>9</sup> : Iulias filiam & neptem omnibus probris & Cap. ey. contam

<sup>r</sup> Llege Iulia. D. de iuri nuptie.  
<sup>s</sup> L. D. de leg. Fauię.  
<sup>t</sup> l. D. ad Iul. pecul. l. g. § pen. ad leg. Corn. de fall. Ipen. in si. D. de plagiis. l. i. D. de qsil. ed. u. arg. ligatur. D. de liber. esufa. l. j. §. is qui neciz. D. de lib. hor. exhib. x. Ipenal. D. de adulter.

y arg. Litem apod. Laboren. §. si quis virgines. D. de iniur. z. lib. 7. ca. 3.

a. l. si vxor. §. si quis plane. D. de adulter. b. l. fecisti- mam. C. eod.

contaminatas relegavit, relegatisq; , vt mox subiicit, omnem  
vsum vini, omnemq; delicatiorem cultum ademit, neq; adiri  
à quoquam liberto, seruoq; , nisi se consulto permisit, & ita vt  
is certior fieret, qua is ætate , qua statura, quo colore esset.  
Post quinquennium demum ex insula in continentem leuio-  
ribus paulò condicionibus eas transtulit. Quod Cornel. Ta-  
citus distinctius memorans, Iuliam filiam ob impudicitiam à  
patre Augusto Pandateria insula, nox oppido Reginorum,

<sup>d</sup> Lib. I. hist. Aug.

<sup>e</sup> Idem Tz-  
<sup>cit. lib. 4.</sup>

<sup>f</sup> Sueton. in  
Augu. cap. 62.

<sup>g</sup> Tacit. lib. I.  
Sueton. in Ti-  
ber. cap. 10.

<sup>h</sup> Sueton. in  
Tiber. cap. 11.

<sup>i</sup> Lib. I.

<sup>k</sup> Lib. poste-  
riore ad Vi-  
nic.

suisse narrat<sup>d</sup>: Iuliam quoque neptem adulterij conuictam , damnatam ab eodem  
in insulam Trimerum haud procul Appulis litoribus relega-  
tam, vbi xx. annis exilium tolerauit<sup>e</sup>. Et illa quidein Marcello  
primum Octaviae suæ sororis filio, deinde vt is obiit, Marco  
Agrippæ, postremoq; Tiberio nuptum à patre data est<sup>f</sup>, qui-  
bus in matrimonij incontinentissimè vixit, eaq; præcipua  
suisse Tiberio causa creditur Rhodum secedendi<sup>g</sup>, cùm nec  
perferre eam posset, nec criminari, aut dimittere auderet,  
propter patris Augusti metum, cuius tamen auctoritate tan-  
dem ei libellus repudiij absentis Tiberij nomine mihius est<sup>h</sup>.  
Ipsaq; in eas quas dixi insulas relegata. Nec alia quoq; quām  
exilij poena, quod & Seneca in lib. de Clementia extollit,  
adulteris eius inflicta est. Cornelius Tacitus<sup>i</sup>. Par causa sœuti-  
tæ in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, solers in-  
genio, & prauè facundus, candem Iuliam in matrimonio M.  
Agrippæ temerauerat: nec is libidini finis. Traditam Tiberio  
peruicax adulter contumacia, & odijs in maritum accende-  
bat: litteræq; quas Iulia patri Augusto cum inseſtatione Ti-  
berij scripsit, à Graccho composite credebantur. Igitur amo-  
tus Cercinam Africi maris insulam, quattuordecim annis exilium  
tolerauit. Sed mihi temperare non possum quin ad  
hanc rem pertinentia Vellei Paterculi verba adscribam. Fi-  
lia, ait<sup>k</sup>, eius Iulia, per omnia tanti parentis immemor, nihil  
quod facere aut pati turpiter posset semina, luxuria, libidine  
inſectum reliquit: magnitudinemq; fortunæ suæ peccandi li-  
centia metiebatur, quicquid liberet, pro licto vindicans.  
Tum Iulius Antonius singulare exemplum Clementia Cæ-  
faris , violator eius domus , ipse sceleris à se commissi vtor  
fuit, quem vieto eius patre, non tantum incolumente dona-  
uerat,

uerat, sed sacerdotio, prætura, consulatu, prouincij, honoratum etiam matrimonio sororis suæ filiæ in arctissimam affinitatem receperat: Quintiusq; Crispinus singularem nequitiam supercilios truci protegens, & Appius Claudius & Sempronius Gracchus, ac Scipio, alijq; minoris nominis vtriusq; ordinis viri, quasi cuiuslibet vxore violata pœnas pependere, cum Cæsar's filiam, & Neronis violassent coniugem. Iulia relegata in insulam, patriæq; & parætum subducta oculis: quam tamen comitata mater Scribonia, voluntarij exilij permanit co:nes. Hæc ille, cui Seneca quoq; consentiens, Diuus, ait<sup>1</sup>, Augustus filiam intra pudicitia maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comedessationibus ciuitatem. Fertur & illud inexplebilis Iulie libidinis argumentum, quod numquam nisi plena naue vectorem se tollere diceret<sup>m</sup>, eaq; ratione etiam in infinitis adulterijs similes marito liberos procreare. Sed de domesticis Augusti malis satis, qui eam quam ipse tulerat legem, in liberis exerce te coactus est. Legis Iulie pœnam intra relegationem stetisse confirmat, quod Tacitus refert<sup>n</sup>, Vstilium, quæ Titidio La beoni nuperat, adulterij conuicta in insulam Seriphum abditam esse. Huius etiam pœnæ aliud exemplum Plinius in Epistolis<sup>o</sup> suppeditat: Sequenti die audita est Galitta adulterij rea: nupta hæc Tribuno militum honores petituro: & suam, & mariti dignitatem Centurionis amore maculauerat. Maritus legato Consulari, ille Cæsari scripserat. Cæsar excusis probationibus Centurionem exauctorauit, atq; etiam relegavit. Circa milites porrò, quos ab omni libidine puros servari castrorum disciplina postulat, legis Iulie pœnam pleriq; Imperatores excessere. Macrinum enim Capitolinus scribit milires quosdam, qui hospitis sui ancillam corruptissime arguebantur, duobus miræ magnitudinis bobus, quos subito appeariri iusserat, inclusisse, capiribus, ut secum colloqui possent, exertis. Quamquam & ille pro innata crudelitate adulterij reos semper viuos simul iunctis corporibus incendiisse dicitur. Aurelianum quoque Flavius Vopiscus refert militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuissime, ut duarum arborum capita inflechteret, quæ ad pedes militis de-

<sup>1</sup> Lib. 6. de Be nefic. cap. 32.

<sup>m</sup> Macrobi. lib. 2. cap. 5.

<sup>n</sup> Lib. 1. ad fin.

<sup>o</sup> Lib. 6. epist. ad Corneliam.

ligata subito dimitteret, ut scissus ille vtrinque penderet. Militem planè adulterij ex hac lege condemnatum ipsa sententia sacramento ignominiae causa soluit<sup>r</sup>. Sed nec inter milites postea recipiuntur, qui adulterij damnati fuerint<sup>s</sup>. In ceteris secundum legis Iuliæ constitutionem exilijs pena seruabatur, ut verè à Beato Augustino<sup>t</sup> scriptum sit, Adulteria Romæ morte punita non fuisse. Primus Constantinus capitis penæ adulterij crimen vindicandum constituit<sup>u</sup>. Vnde perspicuum est à Triboniano additam esse eam parenthesim, quæ in Alexandri rescripto legitur: Qui autem adulterij damnatam (si quocumque modo capitalem euaserit penam) sciens duxerit vxorem, &c. Capitalem autem penam Iustinianus in masculis probat, mulierem verò verberibus cæsam in monasteriorum detrudi præcipit, data potestate marito intra biennium, si hoc existimauerit eam inde reuocandi, quo transfacto, aut viro præmortuo, eam raso capite, monastico habitu amiciri, & illuc omni vita tempore manere iubet. Verum enim uero quod ad legis Iuliæ penam attinet, dubitari poterit. Si relegatione (vti est certissimum) terminaretur, cur tandem Romanis tam grauis ac secura visa sit, quam & deprecatus in Apuleiæ Variliæ condemnatione Tiberius dicitur<sup>x</sup>: & Iuuenalis amaram, atq; ipsi Marti Veneri, timendam appellat<sup>y</sup>. Etenim relegatione, quæ libertatem, ciuitatemq; conferuat<sup>z</sup>, vix mitior alia penæ huic sceleri infligi potuit. Ego existimo non propter relegationem modò, verum etiam propter alias adiunctas penas legem Iuliarn atrocem existimatam. Nam & ea lege damnata mulieres alijs iure nubendi, & testimonij dicendi ius amittebant: quod lege cautum fuisse infra docebimus. Hoc amplius, matronali ueste deposita togam induere cogebantur, quod à matronis discernerentur. Quemadmodum ex Iuuenale, Martiali, alijsq; auctoribus alijs docui. Quæ res non leuem notam in publico versantibus inurebat. Erat & hoc pergraue, quod in ipsis rebus venereis deprehensos, cedere quibusdam personis lex permittebat. Accedebat, quod adulterij coniuncta mulier dotis parte multabatur. Quemadmodum Horatius<sup>a</sup> his versibus significat:

Nec vereor, ne dum coeo, vir urbe recurrit,  
Ianna frangatur, latret canis, vndique magna

p. 1. § milites.  
d. d. not. in-  
f. m.  
q. 1 qui cum  
vno. §. adul-  
terij. D. de re  
militie.  
r. Lib. 3. de Ci-  
uitate. dei. ca. 5.  
s. Iquitis. 1.  
C. de adulter.  
t. I. castitati.  
C. cod.

o. Nou. vt dul-  
li iudic.

x. Corn. T. 2-  
civ. lib. 2.  
y. Satyr. 1.  
z. L. 4. & L. 7.  
§. hæc est. D.  
de interd. &  
releg.

a. Lib. 2. Ser-  
mon.

*Pulsa domus strepitu resonet, & el pallida lecto  
Desiliat mulier, miseram se conscientia clamet,  
Connubio hæc metuat, doli, deprensa: egomet mi.*

Quod & ante Iuliam seruatum Valer. Maxim. quoddam

Marij iudicium referēs indicat<sup>b</sup>. Enim uero adulterij damna-

b Lib. 8. ca. 4.

tae dos non publicabatur. Hoc enim quinque tantum legi-

bus sanctum Vlpianus scribit<sup>c</sup>, maiestatis, Iuliæ vis publicæ,

c I. j. D. de

particidij, veneficij, & de sicarijs. Sed ex ea causa tamquam

dissidij causam mulier præstissem, ex dote marito retentio con-

d I. miles. § .

cedebatur<sup>d</sup>, quemadmodum si alio quolibet modo matri-

societ. & §. vlt.

monium vxoris culpa solutum esset. Hic illud non incommo-

D. de adulter.

dè queretur, quæ fuerit ante legem Iuliam adulterijs consti-

tuta pena. Nullam vero certam statutam fuisse inuenio, sed

maiorum more impudicarum mulierum coercitionem pro-

pinquis ac necessarijs mandatam, qui in eas pro arbitrio sta-

tuerent. Hoc Suetonius in Tiberio ostendit<sup>e</sup>. Matronas pro-

f Lib. 1. An-

stræ pudicitæ, quibus accusator publicus deesset, ut pro-

pinqui more maiorum de communi sententia coercerent,

tiquit.

auctor fuit. Idem & Tacitus libro secundo: Adulterij graui-

rem poenam deprecatus, ut exemplo maiorum à propinquis

fuis ultra ducentesimum lapidem remouerentur, fuisse. Hoc

autem ex Romuli legibus fluxisse suspicor, quibus ut Diony-

sius Halicarnass. scribit<sup>f</sup>, ἀμαρτάνοντι γυναικεσσιν τὸν αδι-

κόμην εἰλέμβεται, καὶ τὸ μητροῦ τὸ τιμωλας κύειον. Ταῦτα δὲ

g I. patre fu-  
rto. D. de  
his qui sunt  
fui vel aliuit.

h Halicarn.

i Lib. ro. ab  
vrbe cond.

ī συγγενεῖς μητὶ τὸ μητροῦ εἰδίκαλον, γε οὐδὲ τὴν φροφὴν στημένοι.

Atque eodem modo patriæ potestatis ius moribus receptum

esse à nostris dicitur<sup>g</sup>, quod tamen ex Romuli legibus de-

scendit<sup>h</sup>. Extat sancte à Liuio scriptum<sup>i</sup> Fabium Gurgitem ali-

quot matronas stupri damnatas pecunia multasse. Seuerius in

vestalibus virginibus crimen hoc vindicabatur, quæ virgi-

nitatem, quam illibatam in constitutos annos seruare eas

oportuerat, stupro violassent, more iam inde à Numæ, aut,

quod alij existimant, à Tarquinij temporibus tradito, ut viuæ

intra urbem in Campo scelerato desoderentur, quemadmo-

dum Halicarnass.<sup>k</sup> & Plutarch.<sup>l</sup> scribunt. Suetonius in Do-

mitia<sup>m</sup>. Incesta vestaliæ virginum à patre suo quoque &

fratre neglecta, variè ac seuerè coercuit, priora capitali sup-

plicio, posteriora more yeteti. Nam cum Ocellatis tororibus,

item

item Varonillæ liberum mortis permisisset arbitrium , corrup-  
toresq; carum relegasset , mox Corneliam virginem maxi-  
mam absolutam olim , dehinc longo interuallo repetitam ,  
atque conuictam , defodi imperauit , stupratoresq; virgis in  
Comitio ad necem cædi. Sic & Liuus Oppiam Minutiam  
Opimiamq; vestales viuas sub terram ad portam Collinam  
scelerato campo desossas narrat <sup>n</sup>. Et hoc antiqui moris sup-  
plicium plenissimè à Plutarcho <sup>o</sup> Zonaraque <sup>p</sup> describitur:  
quibus additus Seruius cur intra urbem defoderentur , ex-  
ponet <sup>q</sup>.

<sup>n</sup> Lib. 2. &  
lib 8 & li. 21.  
<sup>o</sup> In Numa.  
<sup>p</sup> Tomo 2.  
<sup>q</sup> In ii. Aen.  
Vergil.

P A T R I Q V I I N P O T E S T A T E  
H A B E T , &c.

Patri dat lex ius occidendi adulterum cum filia deprehen-  
sum. De patre autem solo loquitur , & ideo nemo alias ex pa-  
rentibus idem iure faciet <sup>r</sup>. Nec enim dura ac secura lex in-  
terpretatione adiuuanda , vel ultra propriam verborum signifi-  
cationem producenda est <sup>s</sup>. Alioquin patris appellatio iu-  
sta interpretatione ad auum porrigitur <sup>t</sup>. Hoc etiam lex exi-  
git , ut pater in potestate habeat. Itaq; si pater filius fam. sit , ius  
occidendi non habebit. In sua enim potestate filiam habere  
non videtur , qui ipse suæ potestatis non sit <sup>u</sup>. Sic continget:  
ut neque auus , quia verbis legis deficitur : neque pater , quia  
in potestate viuo auo non habet , occidere possint <sup>v</sup>. Sufficit  
autem patri in potestate habere eo tempore , quo occidit ,  
non quo in matrimonium collocat <sup>w</sup>. Finge enim in potesta-  
tem postea redactam , mortuo scilicet auo , cuius in potestate  
nuptiarum tempore erat. Ceterum naturalis sit an adoptiuus  
pater , non distinguitur , cùm vtrique ius hoc competere lex  
vulnerit <sup>x</sup>. Item nihil refert , cuius condicionis status sit is ,  
qui in adulterio à patre deprehenditur. Ita enim lex loqui-  
tur <sup>y</sup> , Adulterum quemlibet. Quamobrem quod apud Vi-  
pianum <sup>b</sup> legitur , Non omnem adulterum licet occidere , in ma-  
rito solo procedit. Pater enim adulterum omnem iure occi-  
det. An ergo & magistratum? Sed de hoc delibera bimus. Ver-  
ba quidem permittunt <sup>c</sup>. Hic & illa quæstio existit , an in adul-  
terio deprehensam prægnantem filiam pater iure occidat ,  
qua apud Quintilianum in Declamatio. <sup>d</sup> bellè agitatur. Cur  
autem

<sup>r</sup> I. patri. D.  
de adulter.

<sup>s</sup> Arg. l. cum  
quidam. D. de  
lib & poshu.

<sup>t</sup> I. iusta. D.  
de verb. signa.

<sup>u</sup> I. patri. D.  
de adulter.

<sup>v</sup> I. sic eue-  
niat. D. eod.

<sup>w</sup> I. quod ait.  
§. I. D. eod.

<sup>z</sup> I. nec in ea  
lege. D. eod.

<sup>a</sup> d. l. nec in  
ea lege. l. ma-  
ritio. D. eo. tit.

<sup>b</sup> 17. §. vlti.  
D. quod met.  
caul.

<sup>c</sup> I. marko.  
in fin. D. de a-  
dulter.

<sup>d</sup> Declama-  
tio. 277.

autem plus iuris habet in hac parte pater, quam maritus, quem iniuria haec proprius contingit? Illa ratio redditur<sup>c</sup>, e. I.nec in ea  
quod plerumque paterna pietas pro liberis consilium capit: legi. in fin. D.  
mariti vero & calor & impetus faciliter scuientis suis refrenan- de adulter.  
dus. Animaduertit enim lex tardius, matutiori<sup>d</sup> consilio ad cædem accessum patrem, qui liberis ex animo bene velit, illosq; sibi saluos ac superstites votis omnibus exoptet. Numquam paterni affectus in tantum vineuntur odio, ut non aliqua resideat in his de filiorum salute sollicitudo. Itaque nihil pericli est, ne eis ius patri dare, quem presumptum est non temere occidurum, qui vix in animum inducere possit, ut naturam ipsam vincat, patremq; sese esse obliuiscatur. Contraria maritum ira percitum, multò inconsultius ac facilius occidurum lex cogitauit: quod, præstingente mentis aciem iusto dolore, adhibere in consilium rationem non possit. Itaque hunc pronum ad eædes mariti seruorem velut in electo fræno cohibendum censuit. Planè non quilibet patres ius occidendi habent, sed hi demum, qui patris accusare possunt. Ignominiosi itaque ac famosi idem ius non habent<sup>e</sup>. Quod ait lex, *Cum in filia adulterum deprebenderit*, planum facit ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsis rebus veneris, in ipsaq; turpitudine deprehendat: & ut in Draconis & Solonis legibus scriptum erat<sup>f</sup>, οὐ ἔγειρεν, id est, ut Lucia. interpretatur<sup>g</sup>, αὐτὸς οὐ αὐτοῖς ἔχοντας. Plurimum vero refert, quo loco pater adulterum deprehendat. Dat enim lex oecidendi potestatem eum, quem domi suæ, generis sui deprehenderit. Quare non ubiquecumque pater deprehendat, ibi oecidere poterit, sed domi suæ dumtaxat, vel generi sui. Maiorem enim iniuriam putauit legislator, quod in dominum patris, aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere<sup>i</sup>. Domum hic pro domicilio, & habitatione accipimus<sup>k</sup>, ut & in lege Cornelia de iniurijs<sup>l</sup>, & aliquoties in edictis prætorum<sup>m</sup>, & in hac ipsa lege capite decimo sexto. Quare siue in propria domo pater habitet, siue in conducta, vel gratis, siue hospitio receptus, & ibi adulterum deprehendat, ex lege occidet<sup>n</sup>. Idem erit probandum, & si in villa vel hortis habitet. Sed si pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua non habitet, deprehensam illuc filiam, ubi non habitat,

<sup>f</sup> I.marii in  
fi.D.de adul.

<sup>g</sup> Iquod ait  
lex D.eod.

<sup>h</sup> In Euna-  
cho.

<sup>i</sup> d.lquod ait  
lex §.1.

<sup>k</sup> I.nec in ea  
lege. & sed do-

<sup>l</sup> mus. D.co. n.

<sup>m</sup> I.5. §. do-

<sup>n</sup> mū. D.de in-

<sup>o</sup> jur.

<sup>p</sup> ra. I.1. §. do-

<sup>q</sup> minum. D.de

<sup>r</sup> alez lusu. I.1.  
in princ.D.de

<sup>s</sup> überagoſe.

<sup>t</sup> n Arg. d.j. §.  
§.domum.

• d.l. quod occidere non poterit<sup>9</sup>. Ius autem occidendi patri conceditur domi suæ , licet ibi filia non habetur<sup>10</sup>. Nam factam iniuriam patri lex spectat,cuius domo ad libidinem filia abutitur. Non tantum autem occidere adulterum, verum multò magis contumelia afficere pater potest<sup>11</sup>. Nam cui quod plus est licet, vtique licet & quod minus est<sup>12</sup>. Quod tamen in contiouersiam aliquādo vocatum esse, quasi telo tantum necare lex permittat , Quintilianus significat in Elementis<sup>13</sup>, numerans τρόπον, cùm id quod alio modo fieri licet , alio dicitur esse factum. Hinc est,inquit, adulteri loris cæsus, vel fame necatus. Postremo ita iure adulterum pater occidet, si & incontinenti filiam occidat : quod sic accipendum erit, vt ne occasio hodie adultero, reseruet, & postridie filiam occidat, vel contrā<sup>14</sup>. Quintilian.in Declamatio.<sup>15</sup> Lex cùm occidere mihi adulterum cum adultera permittit , manifestè illud ostendit non posse eos diuersis temporibus occidi : & si adultero supplicium remittatur, etiam impunitatem alteri dandam. Debet itaque propè vno iētu & impetu pater vtrumque occidere , & æquali ira aduersus vtrumque sumpta<sup>16</sup>, propterea quod lex parem in eos, qui deprehensi sunt, indignationem exigit, & severitatem requirit. Quod si dum in adultero occupatus est, filia prosigerit, & interpositis horis eam pater persecutus apprehenderit, incontinenti videbitur occidisse. y Lib. 3. c. ii. Quò pertinet & ille Quintiliani in Instit. Orat. locus<sup>17</sup>: Sed vna causa plures habere questiones, & iudicationes, vt ego arbitror, potest: vt in eo, qui cùm adulteram deprehensam occidisset, adulterum qui tunc effugerat, postea in foro occidit. Causa est vna: adulteri sicut. Questiones, & iudicationes: an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. Idem alias<sup>18</sup>: Non vnum nocenter seruabas, quia antè adultero dimisso, adulteram occidere non licet. Hoc enim argumentum lex facit, quæ prohibet adulteram sine adultero occidere. Eiusdem generis alias dubitationes Sulpitius Victor in Institutionibus Orator. ad M.Sylonem perstringit. Et huic legi similis lex à Seneca in Declamationibus singitur: Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrumque corpus interficiat, sine fraude sit. Nihil autem interest, prius adulterum, an adulteram pater occidat, dum vtrumque occidat. Nam si alterum dumtax

t Lquod sit  
lex. §. viii. D.  
de adulter.  
u Declama-  
tio. 277.

x 1.23 in fin.  
D. deadulter.

y Lib. 3. c. ii.

z Lib. 3. c. 29.

dumtaxat occiderit, legē Cornelia de sicarijs reus erit<sup>a</sup>. Quod si adultero occiso filiam vulneret, verbis quidem legis non liberatur, sed rescripto Marci & Commodi ei impunitas conceditur, quasi fato magis, quam voluntate eius seruata filia videatur, quæ graibus sibi vulneribus post adulteri mortem infixis superuixerit. Summa eorum, quæ diximus, hæc est, patrem ita demum adulteros iure occidere, si & filiam in potestate habeat, adulterosq; in ipsa turpitudine domi suæ, genitrix sui deprehendat, & vtrumq; incontinenti occidat.

## VIRO ADULTERYM IN VXORE, &amp;c.

Marito non quemlibet adulterum occidere lex India permittit, ut patri, ne perturbatus dolore inconsulto ad cædem feratur. Viles igitur tantum famulosq; personas, veluti lenones, listriones, mimos, pantomimos, & omnes propter præmium in scenam artis ludicræ, pronuntiandæ causa prudeentes, ei occidere permittit<sup>b</sup>. Item publico iudicio damnatos, quo videlicet cuiilibet ex populo experiri licet, nisi si cui lege aliqua accusandi non sit potestas<sup>c</sup>. Nam hi inter infames habentur<sup>d</sup>. Planè calumniæ prævaricationisue nomine in causâ publici iudicij damnati, publico iudicio damnati esse non videntur<sup>e</sup>. Quamquam infamia hos prætor notet<sup>f</sup>. Nec enim de his criminibus aliqua publicorum iudiciorum lege caustum est<sup>g</sup>. Excipit lex in integrum restitutos: quod de ea restitutione accipi oportet, quam princeps vel senatus indulserit. Hæc enim restitutio infamia eximit<sup>h</sup>. Quaritur autem, si patronum ex eorum numero, quos deprehensos interficeret maritus potest, libertus in adulterio suæ vxoris deprehenderit, an impunè occidat. Et durum est eam liberto potestatem dari, ut ei manus afferat, cui ne si vitam quidem pro eo profundat, cumulatè gratiam rettulisse videatur. Nam cuius honori atque famæ, multò magis vitæ parcere debet<sup>i</sup>. Marito etiam libertos occidere lex permittit, qui vel in patroni uxore, vel in patrona sua, aut in eius, cuius libertus pàtris, aut matris filii, filiæ ué fuerit, adulterio deprehensi sint. Sed an illos quoque, qui ius aureorum anulorum impetraverint, maritus ex lege occidet? Dubitationem facit, quod hi pro ingenuis habentur<sup>k</sup>. Quod vndenam profectum sit, quando hic se lo-

<sup>a</sup> I.nihil. D.  
de adulter.

<sup>b</sup> I. marito.  
D. ad. illud. de  
adulter.

<sup>c</sup> I.palam. §.  
senatus. D. de  
titu nupt.

<sup>d</sup> I.infamem.  
D. de public.  
iudic. I. 4. D.  
de accusatio.  
e d. §. sena.  
tor.

<sup>f</sup> I. 1. & I. 4.  
§. caluniator.  
D. de not. in.  
fam.

<sup>g</sup> Arg. L.3 in  
h. D. de præ.  
varicato.

<sup>h</sup> I. 1. §. dein.  
de. D. de po.  
nuit.

<sup>i</sup> I. 6 adulte.  
rii. §. pen. D.  
de adulter.

<sup>k</sup> I.sed si hoc  
lege. §. I. D.de  
in us. voc.

cus offert, paulò altius repetendum est. Veteres, quemadmodum Macrob. ex Ateio Capito. refert<sup>1</sup>, non ornatus, sed signandi causa secum anulum circumferebant. Vnde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero. Ius enim anulorum famuli non habebant. Et erant primo in usu

m Plio. lib. 33. anuli ferrei<sup>2</sup>: post auge scente luxu, cum ex auro facti essent, cap. 1. illi libertis relieti, hi ingenui<sup>3</sup>, nec omnibus quidem, sed qui n Idior. lib. 20. Etymologiar. ex Senatorio vel Equestri ordine essent, attributi sunt. Plinius in Epist. de Pallante Claudi liberto, cui praetoria ornamenta à Senatu delata erant, Mitto, ait, quod censem non exhortandum modò, verum etiam compellendum ad usum aureorum anulorum. Erat enim contra maiestatem Senatus, si ferreis praetorius veteretur. Atque impetrare ius hoc aureos anulos gestandi à principe non modice beneficii loco libetti solebant<sup>4</sup>: quod apertius à Dione quam à quoquam alio explicatum est<sup>5</sup>. Nam ait, τὸν πόλεαν φυμάσω ἔχ' ὅτι τὸν οὐλωτὸν πότε, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἐλευθέρωγεν τραφύλωρ μακρύλιοι ληνοῦσι πλὴν τὸ δολευτῷ καὶ τὸν ἵππον καὶ ἄλλην οὐδὲ τὸ τοῦ ποτὸς θελευθέρους οἵ τις ἄρα τὸν κεράτῳ ἐχειρισθεὶς τοις αὐτοῖς ἀλλασσεις χρυσοφοροῦσι, οἵ τις τοις μέσοις οὐδὲ διατίθεσι τὸν πότεντον τὸ σωματίου μόδον<sup>6</sup>. Sic Antonio Musæ liberto, à quo conseruatus erat, ius aureorum anulorum ab

p. 1. 1. D. de iure aur. an- nul. Lf. 5. s. 1. de condi & demonstrat. q. Lib. 43. hi- stor.

z Lib. 53. vni ex libertis charissimo collatum Plutarchus scribit. Hoc autem iure impetrato liberti omnia ingenuitatis munia consequabantur, quo aliquin non donati, si ingenuorum iura usurpassent, legis Viscelliae penitus tenebantur<sup>7</sup>. Ceterum ex Iustiniani Nouella omnibus, qui ad libertatem perducuntur, aureorum anulorum ius absque principali concessione competit<sup>8</sup>. Verum enim uero, ut ex diuerticulo tandem in viam redeam: qui ius aureorum anulorum impetraverunt, imaginem, quoad viuunt, ingenuitatis, non etiam statum habent. Viuunt<sup>9</sup> quasi ingenui, moriuntur ut liberti<sup>10</sup>. Nam in eorum successione sua patronis iura seruantur. Itaque & lege Iulia de adulterijs, ad tuenda matrimonia pro libertis eos haberet placuit, pœnaq; libertinorum subiecti<sup>11</sup>. Quinetiam si dominus à familia occisus esse dicatur, de iis perinde atque de ceteris, quos viuus manumiserit, questio habebitur<sup>12</sup>. Sed nec

t. 1. Cad. L. Viscell. Lvt. C. de iur. aur. anul.

u. Nou. vt li- berti. de cer.

x d. rub. d. I. y 1. 3. D. de bon. libert.

z 1. li. is qui ius. C. ad leg. Iulide adult.

a 1. si exbe- redatus. §. vlt. cum 1. seq. D. ad Silaniam.

à tut

à tutela liberorum patroni excusantur<sup>b</sup>, quamquam quod ad extraneorum tutelas attinet, pro ingenuis habeantur<sup>c</sup>. Et omnino saluo patronorum iure eadem horum quæ ceterorum ingenuorum causa est. Denique nec à Senatorijs nuptijs lege Iulia de maritandis ordinibus repelluntur<sup>d</sup>. Aliud porrò de his dicēdum esse, qui natalibus restituti sint, extra omnem dubitationem est. Nam hi perinde ingenui sunt, atq; si nullam medio tempore maculam seruitutis sustinuerint<sup>e</sup>. Lex etiam seruos occidendi marito ius tribuit. Neque distingue-  
mus proprij sunt, an alieni. Ideoq; alienum seruum in adulterio deprehensum occidens, legis Aquilæ actionem maritus non timebit. Cui consequens est heredem, vel promissorem, qui in hoc facinore deprehensum seruum occiderint, nec ex stipulatu<sup>f</sup>, nec ex testamento teneri<sup>g</sup>. Extrà has personas le-  
ge comprehensas si quenquam alium maritus occiderit, cæ-  
dis reus erit. Nec vxorem igitur sine cædis criminè occidet.  
Quamquā humanitatis intuitu ab Antonino Pio primū<sup>h</sup>,  
deinde à Marco, & Commodo<sup>i</sup>, postrem ab Alexandro re-  
scriptum<sup>k</sup> sit, marito, qui vxorem in adulterio deprehensam  
occiderit, non vtique legis Corneliae de sicarijs pœnam, quæ  
hodie ultimum supplicium<sup>l</sup> est, irrogandam esse: sed hone-  
stiori loco positum ad tempus relegandum, humiliorem in  
exilium perpetuum dandum. Datum est hoc mariti dolori,  
quem difficile esse in repentino motu temperare prudenti-  
simi Imperatores cogitarunt. Secundum hoc interpretan-  
dum erit, quod apud Vlpian.<sup>m</sup> legitur: *Si maritus in adulterio  
deprehensam vxorem occidat, quia ignoscitur ei, non tantum  
mariti, sed etiam vxoris seruos pœna liberari, si iustum dolorem  
exequenti domino non resistenterunt.* Non enim ei in totum  
ignoscitur, sed eo quo diximus temperamento, poena molli-  
tur. Ceterum, quos marito occidere licet, vtique & verberi-  
bus cædere, vel qualibet corporis parte mutilare, alijsq; quas  
dolor suggesterit, pœnis, malè multare licebit: *Quibus, quo  
iure, quaq; iniuria deprehensos omnes adulteros subiacere  
Iuuinalis indicat<sup>n</sup>:*

*- Fiet, ait, adulterer*

*Publicus, & pœnas metuet, quascumque mariti*

*Exigere irati, nec erit felicior astro*

*Martis, ut in laqueos numquam incidat. exigit autem*

*b. liberum.  
s. si ius. D. de  
excusatur.  
e. Icum ex  
oratione. D.  
de excusatur.  
d. l. vlti. D. de  
iur. aut. anul.*

*e. l. & s. D.  
de natalib. re-  
siste.*

*f. l. qui ser-  
uū. D. de verb.  
oblig.*

*g. l. quid er-  
go s. si heres.  
D. de legar. j.  
h. l. s. si. D.  
ad l. Corn. de  
sicar.*

*i. l. si adulte-  
rium s. Impera-  
tores. D. de  
adulter.*

*k. l. 4. de adul-*

*ter.  
l. l. s. pen.  
& l. pen. D. ad  
l. Corn. de ti-  
car.  
m. l. 3. s. si ma-  
ritus. D. ad Si-  
lania.*

*n. Saty. se.*

*Interdum ille dolor plus, quam lex vlla dolori*

*Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis*

*Verberibus quosdam mæchos, & magilis intret.*

<sup>o</sup> Lib.1. Ser.  
mo. fatua.

Quod etiam plerisque adulteris accidisse Horatius testatur<sup>o</sup>:

*Hic se præcipitem, inquit, teſto dedit, ille flagellis*

*Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem*

*Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos,*

*Hunc perinxerunt calones: quinetiam illud*

*Accidit, ut quidam teſtes, caudamq; salacem*

*Demeteret ferro. Iure omnes, Galba negabat.*

<sup>p</sup> Lib.3. Epis.  
gram.

Est de eodem argumento festiuus Martialis iocus, in eum qui adultero nares abſciderat, quod ut inepte factum ridet<sup>p</sup>:

*Quis tibi, ait, perſuasit nares abſcindere mæchos?*

*Nil hac peccatum eſt parte marite tibi.*

*Stulte quid egisti? nil hyc tua perdidit vxor,*

*Cum sit ſalua tibi mentula Deiphobi.*

<sup>q</sup> Demofili.  
<sup>r</sup> Nisus.

<sup>r</sup> Lib.1. Vt-  
riar.

<sup>s</sup> Lib.3. con-  
ſtit. Neapolit.  
ut. so.

<sup>t</sup> 1a. de adul-  
ter. lib. 1. leg.  
Langob.

<sup>u</sup> Lib.6. cas.

Planè Atheniensium legibus impunè adulter à marito pa-  
tre, fratreue in ipsa turpitudine deprehensus occidi potuit<sup>q</sup>:  
Extatq; elegans Lysia oratio, qua in adulterio à ſe depre-  
hensum Eratosthenem iure cæſum contendit. Idem & Got-  
thorum legibus licuisse ex Cæſiodoro<sup>t</sup> conijcio. Licuit certè  
ex Neapolitanorum regis Rogerij constitutione, quæ in-  
ter ceteras eiusdem constitutiones in hæc verba scripta eſt<sup>s</sup>:

*Si maritus uxorem in ipso actu adulterij deprehenderit, tam*

*adulterum, quam uxorem occidere licebit, nulla tamen mora*

*protraetia. Idem quoq; Longobardis Regis Rothari lex per-*

*misit<sup>u</sup>. Sed & Romæ ante legem Iuliam maritos quosdam de-*

*adulteris deprehensis impunè vindictam sumplisse legimus.*

Ad hæc Carbonem Actienum à Bilieno, item Pontium à Pu-  
blio Cernio deprehensos castratos esse. Caium etiam Fu-  
rium Bocchum, cum, quem deprehenderat, familiæ stupran-  
dum obieciſſe, quibus omnibus iræ ſuæ indulſiſſe fraudi non  
fuit. Ac vel ipsam uxorem in adulterio deprehensam necare  
olim licuisse Gellius ex Catone tradit<sup>x</sup>, cùm illi maritum  
adulterantem ne digito quidem contingere permitteretur.

Et

<sup>x</sup> Lib.10. ca-  
ſa.

Et certè semper maior licentia maribus quàm feminis data est, quas natura ad pudorem formauit. Leuius quoque semper visum est virorum quàm mulierum peccatum. Qua de causa nec punitum olim domini cum ancilla concubitum, mulieris cum seruo punitum fuisse Quintilian.lib.v.ait. Ceterum in ea demum vxore deprehensum adulterum iure occidet, in qua adulterium vindicare iure mariti potest<sup>y</sup>. Proinde in ea, quæ contra leges, Senatus consulta, mandatæ principum nupta sit, deprehensum, occidendi ius non habet<sup>z</sup>. Ait lex domi sue. Itaque alibi deprehensum maritus non iuste occidet. Vnde Quintilian.<sup>a</sup> Occidisti, ait, adulterum quod lex permittit: sed quia in luponari, cædes est. Augetur enim delictum loco, fitq; grauius in ipsa mariti domo commissum, quæ matrimonij sedes & domicilium<sup>b</sup> est. Hoc idem & Paulus lib. i i. Sentent. desiderari ostendit<sup>c</sup>. Quamquam de toto eo loco valde in dubium venio. In eo enim ita est. Inuentam in adulterio vxorem maritus ita demùm occidere potest, si adulterum domi suæ deprehendat. Quod perspicue falsum est. Nam maritus, ut paulò antè docui, vxoris occidenda potestatem non habet, sed eam dimittere protinus iubetur. Itaque sic emendandum puto. Inuentum in adulterio vxoris maritus ita demum, &c. nisi fortè hoc ex iure Gothico sumptum dicamus, ex quo nonnulli in illis libris ab Aniano deformata esse non dubito.

## VIRO ADULTERVM IN VXORE, &amp;c.

Hoc capite quinto legis Iuliæ comprehensum fuisse Vlp. scribit<sup>d</sup>. Porro cùm non omnes in adulterio vxorum deprehensoris maritis occidere licet, sed nec si licet, maritorum omnium animi (ut Quintil. in Declamation. ait) ad sanguinem durent, lege ratio præscripta est, qua ius suum sine cædere possint. Retinere ergo adulteros per aliquod tempus, dum testes aduocet, lex permittit. Hoc autem quod in marito expressum est, etiam in patre scrutatur. Non adjicitur hic, ut in superiori capite, ubi deprehensus adulter sit: nam quocumque loco deprehensus retineri potest: semel vero remisus reduci non potest, contra quam si non sponte mariti evaserit, etenim reductus custodiri viginti horis adhuc poterit.

Exiguo

Exiguo autem temporis spatio retentionem lex circumscripiit, quod priuato homini non sit nocentis permittenda custodia, cum publicè carceres ad eam rem habeantur. Quod adiicitur TESTANDÆ EIVS REI GRATIA, ad hoc pertinet, ut testes inducat testimonio futuros accusaturo deprehensum reum in adulterio.

VIRO PATRIQUE QVI IN POTESTATE HABET.

Ait lex *Viro*. Feminæ non idem licet. Nam cum de feminâ nihil exprimatur, creditur id ei denegatum esse<sup>c</sup>. Et quamquam in ceteris causis mulieribus publico iudicio reos facere concedatur, si suam, suorumque, id est parentum, liberorum, patroni, patronæ, eorum filij, filiarumque, nepotis, neptisque, & omnium in quos ex lege publicorum iudiciorum, inuitæ

f. l. & 2. D. de accusatio.  
l. vxor. C. qui accus. pos. l. 3.  
g. sed & si mulier. D. de lib. hom. exhib.  
g. Arg. I. cum prætor. D. de iudic.  
b. l. t. C. de adulter.

Ait lex *Viro*. Feminæ non idem licet. Nam cum de feminâ nihil exprimatur, creditur id ei denegatum esse<sup>c</sup>. Et quamquam in ceteris causis mulieribus publico iudicio reos facere concedatur, si suam, suorumque, id est parentum, liberorum, patroni, patronæ, eorum filij, filiarumque, nepotis, neptisque, & omnium in quos ex lege publicorum iudiciorum, inuitæ testimonium non dicunt, iniuriam persequantur<sup>f</sup>: tamen adulterij agere eis, nec si matrimonium suum violatum dicant, permittitur. Hoc enim lex facit, quæ de masculis tantum locuta feminas ab accusatione repulisse intellegitur<sup>g</sup>. Et ita Impp. Seuerus, & Anton. rescripsere. Publico iudicio, aiunt<sup>h</sup>, non habere mulieres accusationem, quamuis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat, quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis priuilegium detulit. Planè violata iam viripotens virgo corruptorem accusare poterit, & curatoribus assistentibus reum peragere<sup>i</sup>. Nec exceptione villa repelletur, quæ vindictam proprij doloris exequatur. Quinetiam accusata à marito adulterij mulier, in eum & lenocinij & adulterij crimen retractorque poterit: relationis vtique, non accusationis specie atq; via<sup>k</sup>. Cuius autem ætatis ac condicionis sit maritus, nihil interest. Nec enim filius sa. maritus ab eo, qui sui juris est, in hac lege separatur<sup>l</sup>. Proinde sine voluntate patris, atque adeò inuito, & repugnante eo, filius hac lege reuni facere poterit. Ipsius enim iniuria est. Et hoc constitutum esse Papinian. scitibit<sup>m</sup>. Constitutum verò est ab Hadriano<sup>n</sup>. Sed nec quod minor viginti quinque annis maritus sit, eo minus ad accusationem admittetur, cum non debeat obtentu ætatis repellere qui suum matrimonium vindicat<sup>o</sup>. Quinetiam liberatus

i. l. propter.  
C. de adulter.

k. l. s. si pu-  
blico. l. vxor.  
s. iudex. D. co.  
l. l. & s. pen.  
D. de adulter.

m. l. filiæ fam.  
D. de adulter.  
n. d. l. & s. pe-  
nale.  
o. l. i. f. s. lex  
Iulia. D. de a-  
dulter.

tus patronum iure mariti adulterij accusare poterit, quomo-  
do si atrocem iniuriam ab eo passus esset<sup>a</sup>. Nam vel ex famo-  
sa causa patronum in ius vocare liberto permittit, si cum  
iniuria grauiissima afficerit<sup>b</sup>, veluti si flagellis cæciderit, vel in  
eius vxorem, fūiāmūe stuprum commiscerit. Denique cuili-  
bet marito, qui non ignominia notatus<sup>c</sup> sit, iure mariti adul-  
terij accusationem instituere conceditur. Nec refert, ait Vl-  
pianus<sup>d</sup>, iusta an iniusta sit vxor: quæ verba obscurum sen-  
sum habēt. Nam si, vt in alijs multis locis<sup>e</sup>, iustum vxorem hic  
interpretetur, quæ ciuiliter nupta sit, quo modo & iustas  
nuptias dicimus<sup>f</sup> secundum legum præcepta contractas, ne-  
cessè erit iniustum quæ ei opponitur, accipere, quæ contra  
leges coerir. Tum verò non consistet Vlpiani sententia. Er-  
enim in ea muliere, in qua incestum committatur, vel quæ  
quamuis vxoris animo habeatur, vxor tamen esse non possit,  
puta quia contra leges, Senatus consulta, mandaraué princi-  
pium ducta sit, vindicare maritus adulteriu[m] iure mariti non  
poreft<sup>g</sup>, quia nec matrimonium est<sup>h</sup>. Ut ecce si liberinam  
Senator, pupillam tutor ante redditas rationes, præses pro-  
uincialem seminam, vel quiibet filiam s[ic] patris assensu  
duxerit, violatæ huius coniunctionis nomine, in quam matri-  
monij nomen non cadit, iure mariti accusatio non desertur.  
Secundum quæ si minor duodecim annis domum deducta  
sit, eius adulterij, quod antequam iustum ætatem attigisset,  
commiserit, accusari iure viti non potest<sup>i</sup>, quoniam non-  
dum vxor erat. Minor enim duodecim annis domum ducta,  
non antè legitima vxor sit, quām eam ætatem apud virum  
impleuerit<sup>j</sup>. Planè si sponsalia deductionem in domum præ-  
cesserint, quia durant ea, quamuis in domo loco nupræ esse  
mulier cœpetit<sup>k</sup>: ideo quasi sponsa poterit ex rescripto Diuī  
Seueri accusari. Quod si sponsalia non præcesserint, cum ne-  
que sponsalia inrellegantur, quia non fuerunt, neque nuptiae  
quod nuptiae esse non possint, quasi extranea accusari sponsi  
maritue iure mulier non poterit<sup>l</sup>. Atque hæc eo pertinent,  
vt vbi cumque iustæ legitimæq[ue] nuptiae non sunt, nec mariti  
iure adulterij accusario competit. Magis est itaque, vt iustum  
eo loci vxorem accipiamus, quæ in manum conuenet: in-  
iustum, quæ non in manum conuenit, sed vsu habetur. Vxo-

p. 1.3. §. pen.  
D. eod. tit.

q. I. sed si hac  
lege. §. prætor  
ait. D. de in ius  
voc. I. prætor  
edixit. §. præ-  
terea. D. de in  
iur.

r. I. marito. in  
si. D. de adul.

s. I. si vxor.

D. eod.

t. L.2. §. si q[ue]  
eo tempore.

D. de liber. &

poſthu. l. §. D.

de riu. nupt.

u. Institut. de

supr.

x. d. si vxor.  
s. sed si ea.  
y. I.3. §. i. D.  
de don. inter  
vir. & tit. de  
riu. nupt.

z. I. si vxor. §.  
si minor. D.  
de adulter.

a. I.3. D. de ri-  
tu nupt.

b. I. g. D. de  
sponsalib.

c. L.3. §. si  
quis sponsiam.  
D. de don. in-  
ter vir.

rum enim, vt Cic. in Topicis tradit, aliae erant matresfa. quæ sicuti etiam Gellius<sup>d</sup> interpretatur, in manum conuenerant, certa consarreationis<sup>e</sup>, vel coëmptionis, quam Boëthius<sup>f</sup>, & Vergilij interpres Seruius<sup>g</sup> aliquot locis exponunt, sollemnitate. Et haec in manu ac mancipio viri erant, suorumq; heredum iura in familia nanciscabantur<sup>h</sup>. Ideoq; vt mariti patres familiâs, ita haec matressam appellabantur<sup>i</sup>. Aliae verò tantummodo vxores habebantur, quæ scilicet in matrimonium citra coëmptionis sollemnitatem conuenerant. In quibus etiam adulterium vindicari à marito potest. Ad omnia enim matrimonia lex ista pertinet, vt & Sex. Cœcilius, quem ad hanc legem commentarios scripsisse constat<sup>k</sup>, ait, Homericum illud ex Iliados I x. adserens:

Οὐ μῆνι φιλέστε ἀλέχεις μαρόπιτης αὐθεάωμεν  
Αγροῦδαι;

Quo significatur violati tori iniuriam ad omnes ex æquo maritos pertinere. Cuius versus sententiam Virgil. sic expressit<sup>l</sup>:

*Coniuge præcepta nec sôlos tangit Atridas  
Iste dolor.*

Itaque vel in ea vxore adulterium posse maritum vindicari dicitur. re Vlpian. ait<sup>m</sup>, quæ vulgaris fuerit (id est, quæ vulgo sui copiam fecerit, quo modo & vulgarem mulierem Sueto. in Vitellio dixit<sup>n</sup>) quamuis si vidua esset, impune in eam stuprum committeretur. Cuius rei exemplum est apud Tacitum<sup>o</sup> de Vistilia Titidij Labeonis vxore, quæ quamquam licentiam stupri meretricum more apud Ædiles professa esset, adulterij tamen accusata, & relegata est. Ex quibus efficitur iure mariti eos demum accusare posse, qui secundum leges nuptias contraxerint: in concubinis vel ijs mulieribus, quæ non iure ductæ sint, adulterium non vindicari, ne si quidem postea iusta vxores esse cœperint. Quæstionis est, an & in sponsæ accusatione præcipuum ius ex lege sponsus habeat. Et de viro lex loquitur. Verba itaq; legis sponsum non admittunt.

p. 1. i. vñor. §. dñus. D. de adulter. q. d. §. si mi- dor.  
Sed tamen D. Seuerus<sup>p</sup> (nam vulgo male, Verus, vt ex alio eiusdem legis loco<sup>q</sup> appetit, legitur) & Antoninus rescripserunt etiam in sponsa hoc idem vindicandum, quia neque matrimonium qualecumque, neque spem matrimonij violare permittitur. Et hoc Imp. Alexander Herculiano ita scrip-

scripsit<sup>1</sup>. Propter violatam virginem adultam, qui postea matitus esse cœpit, accusator iustus esse non potest. Et ideo iure mariti crimini exercere non potest, nisi puella violata sponsa eius fuerat. Est ergo rescripti interpretatione ad sponsum lex Iulia porrecta. Ait lex **VIRO PATRI QVE**. Pater ergo in accusatione filiae æquale ius cum marito habet<sup>2</sup>. Si tamen simul ad accusationem ambo veniant, maritus præferetur. Nam & propensiore iure, & maiore dolore excusurum eum accusationem credendum est, in tantum, ut etiam si pater præuenerit, & libellos inscriptionum deposuerit, marito non neglegente, nec retardante, sed accusationem parante, & probationibus instantे, atque imminentे, ut facilius iudicantibus de adulterio probetur, idem sit dicendum<sup>3</sup>. Nisi igitur, ait Vlpianus<sup>4</sup>, pater maritum infamem aut arguat, aut docet colludere magis cum vxore, quam ex animo accusare, postponetur marito. Vbi nemo non quæsitus est, an infamia maritum ab adulterij accusatione repellat. Quod vix est, ut dici possit: quandoquidem suam, suorumq[ue] iniuriam exsistentes infames audiantur<sup>5</sup>: & generaliter, qui alias idonei accusatores non sint, in ijs causis ad accusandum admittantur<sup>6</sup>. Sed nec hoc sentit Vlpianus maritum omnino ab accusatione adulterij ob infamiam repelli, verum patri postponi. Famosus igitur maritus, verbi gratia, leno vel histrio, aut alia ignominia notatus, iure mariti accusare volens, à patre submouebitur<sup>7</sup>. Iure sanè extranei, id est, ut quilibet de populo ad accusationem prossiliens, ea ratione non repelleretur, quod suum matrimonium vindicet, cuius nisi vindictam execueretur, omnino iustus accusator non esset. Cum vero integræ famæ maritus, patre præuento accusare instituerit, patri tempora non cedent. Sic tamen, ut quod antequam maritus præuenisset, temporis effluxerit, & ipsi marito, & patri, quia nihil eum patrem impedit, cedat: at postquam maritus occupauerit residua tempora, quæ sexagiura diebus desint, patri non cedent, qui accusationem perficere non possit<sup>8</sup>: vulgata enim regula est aduersus eos, qui agere nec si velint possint, ex mora præscriptiones temporum, quæ agentibus obijciuntur, non induci. Quæ cùm ex neglegentia non agentis locum habeant, in eorum persona cessant, quibus negle-

<sup>1</sup> L. proper.  
C. de adulter.

<sup>2</sup> Lis cuios.  
& l. si mari-  
tus. D. de adul-  
ter.

<sup>3</sup> I. 2. §. vñd.  
D. de adulter.  
u. 1. 3. D. eod.

<sup>4</sup> I. qui accu-  
care. I. hi ra-  
men. D. de ac-  
cusatio.

<sup>5</sup> I. 1. & 2. &  
I. 1. D. de ac-  
cusatio.

<sup>6</sup> Arg. Imu-  
rito. in sio. D.  
de adulter.

<sup>7</sup> a. 1. 4. D. de  
adulter.

b I. cōtra. C. de inoff. test. L. §. vlt. C. de ann. except. I. māteria. D. de mi norib.

c L. si marit. D. de adulter.

d I. 2. D. de in ius voc. I. nec magistratibus. D. de in iur.

e I. qui accusare. D. de accusatio.

f I. nec in ea legē. §. 1. D. de adulter.

g I. si cuius. §. penal. D. de adulter.

h I. 4. §. vlti. D. de adulter.

i I. 6. & I. 21. C. de adulter. L. 4. D. co. I. 37. §. vlt. D. de mi norib.

k Lib. I. An. n. l. In I. s. C. de adulter.

m In I. miles. §. quidam. D. co.

n In d. lami- les. §. sexagin- ta.

o I. libello- rum. D. de ac- cusatio. L. de- nuntiassē. D. ad- illul. de adul-

gentia imputari nulla potest<sup>b</sup>. Itaque si maritus sit in magistratu, & ideo accusare non possit, patris quidem accusatio impedietur, ne matito surtipiatur ius suum, sed quoad magistratu filius abierit, patri tempora non cedent<sup>c</sup>. Quod sic accipendum est, si eum magistratum maritus gerat, in quo agentes sine fraude in ius euocari non possunt, id est, qui imperium habent, & qui coēcere aliquem possunt, & iubere in carcere duci<sup>d</sup>. Huiusmodi enim magistratus qui gerunt, interim accusare prohibentur<sup>e</sup>. Ceterum pater in nuptiae tantum filiæ accusatione præcipuum ius habet: in viduæ accusatione extraneo non præfertur<sup>f</sup>. Sed & eum demum patrem priuilegiario iure accusare posse puto<sup>g</sup>, qui in potestate habeat. Maritus verò etiam post accusationem ab extraneo peractam, mulierem repetens, accusationemq; instaurans auditetur, si idoneas causas alleget, quibus impeditus non instituit accusationem<sup>h</sup>. Ait lex, **S E X A G I N T A D I E S V T I- L E S.** Iure mariti, patrisue adulterij accusare volentibus sexaginta dies vtiles computantur<sup>i</sup>: quorum Cornelius Tac. meninīt<sup>k</sup> illo loco. Exacta & à Titidio Laheone Vistiliæ marito, cur in vxore delicti manifesta vltionem legis omisisset, atque illo prætendente sexaginta dies ad consultandum datos nondum præteriisse, satis visum de Vistilia statuere, eaq; in insulam Seriphon abdita est. Vtiles autem dies Imp. Alex.<sup>l</sup> interpretatur, quibus in publico eius facultas fuerit, apud quem reus, vel rea postulari potest. Papinianus verò<sup>m</sup> sic, dies quibus potuit maritus accusationis sollemnia iimplere. Idem adiicit<sup>n</sup>, Sexaginta his diebus feriatis quoq; dies si modo facultatem præsidis adeundi accusator habuerit numerari, quoniam de plano libellus dari potest. Accusaturi enim libellos à se subscriptos offerre ei, cuius de ea re notio erat, solebant<sup>o</sup>, quibus nomen rei deferebant, & crimen, vt erat admissum, indicabant: quod etiam in transitu & procedente prætore fieri potuit. Cum igitur accusationi instituenda hi dies dentur, non illud exigimus, vt præses sederit, sed vt sui copiam fecerit, & accusator experiundi habuerit potestatem. Fieri enim potest vt ijs quibus prætor sedet diebus, accusatori iustissimis occupationibus impedito accusandi non fuerit potestas: quod in vtilium dierum tractatu imprimis spectamus,

in quorum computatione ineunda ij demum veniunt , qui-  
bus nulla idonea causa agere, accusaréue impeditatur <sup>p</sup>. Proin-  
de siue magistratum gerat maritus , siue Reipub. causa absit,  
siue in vinculis, siue apud hostes sit, munericibusque militaribus,  
vel alio publico ministerio occupatus agere non queat, in ea  
causa est, vt ei dies non cedant <sup>q</sup>: cedant vero ij , quibus ac-  
cusare ei licuit , quamquam prætor pro tribunali ius non  
redderet. Sic fit, vt viles dies interdum sessionum sint, inter-  
dum non sessionum, aliterq; in his, quæ causæ cognitionem  
desiderant, & decretum exposcunt , aliter in his quæ de pla-  
no expediri possunt, computentur. In illis enim, quoniam pro  
tribunali expediri debent , eos demum dies computamus,  
quibus inore maiorum prætor sedens postulationibus respon-  
sum dederit <sup>r</sup>: in his vero omnes eos dies, quibus prætor sui  
potestatem qualitercumque fecerit, etiamsi non in iure <sup>s</sup>. Se-  
xaginta porrò hi dies ex die diuortij marito cedere incipiūt <sup>t</sup>.  
Intra quos mariti , patrésque agentes, hæc præcipua habent.  
Primùm, quod alijs omnibus preferuntur: deinde, quod sine  
calumniæ metu accusant. Quod in marito quidem expref-  
sum est <sup>u</sup>: in patre vero etiam obtinere crediderim, cuius ea-  
dem causa esse, quæ & mariti dicitur. Adde, quod qua ratio-  
ne publico iudicio mortem liberorum patrem vindicare Se-  
natusconsulto constitutum est <sup>v</sup>, eadem etiam ratione adul-  
terium filiæ vindicans, quod morte non minus graue est, pe-  
riculum calumniæ timere non debet. Tum vero Senatus-  
consulti beneficium non in cædis dumtaxat quæstione lo-  
cum habere , sed & ad alias publicas accusationes produci  
Imperator Alexander rescripsit <sup>w</sup>. Verum huic sententiæ  
valde obstat quod à Paulo scriptum est , patrem sine perि-  
culo calumniæ accusare non posse <sup>x</sup>: quod idem de marito  
quoque Scœuola <sup>y</sup> tradit : quos locos Accursius, vt superiori-  
bus conciliat, eo casu procedere posse ait , quo tam euidens  
mariti vel patris calumnia est , vt excusationem non habeat.  
Cùm enim instigante dolore sibi factam iniuriam exequun-  
tur, tum eos calumniæ periculo subiici equum visum non est,  
ne ab accusando imminentis, si non probauerint, pœna me-  
tu deterreantur. Cùm vero quæsito violati æthori colore , ad  
accusandum vexandi rei causa , maloq; animo prosiliunt, si

p. I. i. D. de  
diuers. temp.

q. I. si marie.  
D. de adulst. l.  
iij. & I. ii. C.  
co. ti. li. fi. qua.  
D. ex quibus  
caus. maior.

r. I. i. f. dies.  
D. quis ord. in  
bon. poss.

s. I. miles. f.  
quidam. & f.

sexaginta. de  
adulter.

t. I. 29. f. sex  
mensil. & f.

præterea. D.  
de adulst. i. ij.  
f. pen. cod.

u. Littere ma-  
riti. in f. C. de  
adulter. Lau-  
ziliuum. f. i. D.  
de minorib.

v. I. vlt. D. de  
public. iudic.

y. I. mater. C.  
de calumnia-  
torib.

z. I. pater. D.  
de adulter.

a. I. is cuivis.  
in f. D. co. tit.

quod proposuerint, non probauerint, & in cuiusdam calumnia deprehendantur, impune ferre non debent. Et hoc quando aliud probabilius non occurrit, sequendum censeo. Planè si iure extranei post sexaginta dies accusationem instituant, calumniatorum pœnæ subiacent: quæ tamen nec hoc quidem

b. I.15. s. lex  
Iulia. D. de adul-

ter.

c. I. quævis. ij.

D. de adulter.

d. I.6. s. vlt.

D. de adulter.

e. I. cù ratio-

nibus. C. qui

accu. nō poss.

I. qui accusare

eum. L. hi ta-

mē. D. de ac-

cusatio.

f. I.2.4. in fi.

D. de adulter.

g. I.2.9. i. l.17.

cum suis ss.

i. l.14. in fi. I.6.

s. vlt. D. de

adul. & Ceo.

h. I. 13. s. sed

si ea sit. I.15. s.

lex Iulia. D.

de adulter.

i. I. qua sūl.

D. de adulter.

k. I. in Sena-

tus. s. eos. D.

ad Turpill.

l. I. honor. &

I. licet. D. de

obseq. liber.

m. I. qui cum

natu. s. r. D.

de bon. liber.

n. I.1. s. aboli-

tio. D. ad Tur-

pillia.

o. I.8. D. co-

tit.

p. I.13. D. ad

Turpill.

q. I. aut priua-

tim. D. eo. tit.

r. I.6. quis re-

petere. co. tit.

Præterea marito singulari iure hoc conceditur, vt ex sola suspitione team vxorem facere possit, vtq; inscriptionis vinculo accusans non contineatur<sup>1</sup>, quod ceteros omnes accusatores similitudine supplicij obstringit. Datur verò marito, et si duos reos ex alio crimine habeat, iure viri tertium accusandi potestas, quoniam ea causa non cedit in numerum ceterarum accusationum<sup>2</sup>: is enim qui duos reos delatos habet, tertia accusatione ita demum repellitur, si non suam suorumq; iniuriam exequatur<sup>3</sup>. Ex quibus definire facile est, quid sit iure parris<sup>4</sup>, maritiue<sup>5</sup> accusare: cui opponitur iure extranei<sup>6</sup>, vel iure publico<sup>7</sup> accusare, id est, iure communi, & vt quilibet de populo. Maritus portò etiamsi iure mariti accusationem instituerit, ab ea tamen impune non desistit. Quinimmo sine abolitione desistens in Turpilianum incidit, Nec mutat quod scriptum est<sup>8</sup> eos, de quorum calumnia agere non permittitur, si desisterint, non incidere in pœnam Senatusconsulti. Hoc enim eò pertinet, vt parentes & patro- ni, de quorum calumnia queri liberis libertisq; non licet<sup>9</sup>, si ab accusatione contra eos instituta desisterint, Turpillianò non teneantur. Quod beneficium ipsis tantum, non etiam liberis corum præstatur<sup>10</sup>. Maritus igitur, vt ab accusatione impune desistat, abolitionem impetrare adito pro tribunali præside<sup>11</sup> necesse habet, nisi si publicè abolitio interueniat<sup>12</sup>. Qua interueniente et si intra dies præstitutos reum non repetierit, Senatusconsulti pœnam non timet. Neque enim videtur desistere, qui exemptum reum non desert. Eximitur autem publica abolitione interueniente<sup>13</sup>. Sed nec post abolitionem retractabitur in iudicio repetendo de matiti iure<sup>14</sup>. Nam cùm crimen repetit maritus, eodem iure repetit quo & accusabat. Neque possunt ei præscriptiones obici, quæ ante abolitionem non sunt obiectæ<sup>15</sup>. Atq; hac occasione abolitionum

litionum quæstionem iureconsulti in libris de adulterijs <sup>4</sup> obiter explicauerunt. Ex quo tractatu duos ad huius libri institutum pertinentes locos explicare operæ pretium fuerit. Videntur enim inter se pugnantia Papinianus & Vlpianus dicere : quorum vñus etiam eos, qui ab accusatione, quæ præscriptione temporis summoueri potuisset, destiterint, ex Senatusconsulto plecti ait <sup>5</sup> : alter de calumnia puniri eos negat <sup>6</sup>, qui præscriptione temporis exclusi causam adulterij perferrere non potuerint. Malè Accursius hoc dissidium componit: dicam quod sentio, nihil est expeditu facilius. Alia eorum causa est, qui cùm accusationem intulissent, exceptione temporis summoti sunt : longè alia eorum, qui ab accusatione, quam præscriptio temporis summouisset, discesserint. Hi enim sponte accusationem omittunt, illi inuiti ab accusatione repelluntur. Denique Senatusconsultum, quod in desistentes scriptum est, ad eos non pertinet, quorum accusatio exceptione clisa, repulsaq; est : illos verò Senatusconsultum tenet, qui ab accusatione qualis qualis fuerit, destiterunt <sup>7</sup>. Ceterum publica abolitio eas demum accusations abolet, quæ iam perlatæ sunt, & ex quibus reus quis factus est <sup>8</sup>. Ad eas enim, quæ nondum institutæ sunt accusations, abolitio non pertinet <sup>9</sup>. Restat videamus, quæ marito iure mariti accusanti præscriptions obijciantur. Imprimis, si repudiata vxorem etiam post institutam accusationem reduxerit, non quasi codem matrimonio durante, sed quasi alio interposito, ex eo delicto quod in priori matrimonio admisit, accusandi ius non habet <sup>10</sup>. Aboluisse enim prioris matrimonij delicta videtur reducendo eam <sup>11</sup>. Sed & si aucturum se intra sexagesimum diem negauerit, postea accusare volens non audietur <sup>12</sup>. Idem multò magis si ab accusatione instituta destitetur <sup>13</sup>. Vt-  
lis ergo erit illa aduersus agentem exceptio, si non legem prodidiſc dicatur, ob hoc quod aggressus accusationē adulterij, accusare destitit <sup>14</sup>. Quæ præscriptio ex lege Petronia, vt opinor, descendit, quæ hoc continebat, vt qui iure viri delatum adulterum non peregisset, postea ad accusationem non admitteretur <sup>15</sup>. Quæ lex an ea sit, quæ alias Iunia Petronia appellatur <sup>16</sup>, constanter affirmare non possum. Certè ab ipso met Senatusconsulti Turpilliani auctore Petronio Turpilliano

s. 1.8. l.10. l.  
12. l.12. l.13. l.  
16. d. ad Tur-  
pillia.

t. 1.1.5. accu-  
sationem. D.  
ad Turpillia.  
u. 1. quebra-  
tur. D. ad Sen.  
Turpillia.

x. Lin Sena-  
tusconsultum.  
co. tit.

z. 1. 1. C. de  
gener. abolit.

a. 1. quifurū.  
§. vlti. D. de  
adulter.

b. 1. fivxor. §.  
vlt. D. de adul-  
ter.

c. 1. si mari-  
tus. §. si nega-  
uerint. D. co.  
tit.

d. 1. 1. D. ad  
Turpillia.

e. 1.2. §. i. D.  
de adult.

f. 1. abolitio-  
nem. in fi. C.

de adult.

g. 1. legi Iu-  
nia. D. de ma-  
num. vind. l.  
circumcidere.  
D. ad 1. Corn.  
de sciat.

no latam non dubito , qui cum Cæsonio Pæto vnà consula-  
tum Neronis temporibus gesit <sup>b</sup>:de quo & illud præterea le-  
gere me memini.curationem ei aquarum mandatam <sup>1</sup>, eum-  
que cum exercitu à Nerone reprimendæ seditionis causa  
missum ad Galbam defecisse. Sequitur in lege, *Post eos dies*.

*Post sexaginta dies patri maritoq; lapsos extraneis quibuslibet accusandi facultas conceditur.* Adulterij enim crimen inter iudicia publica refertur <sup>k</sup>, quibus cuilibet è populo ex-  
periri, licet nisi cui specialiter accusandi potestas denegata  
est <sup>l</sup>. Nec tamen quòd cuius de populo hæc accusatio patet,  
idecirco publica est: sed quia lege de hac re cautum est, quæ  
publicè accusationem inducit <sup>m</sup>. Inter extraneos autem ma-  
ritus quoque accusare poterit <sup>n</sup>, sed ita vt eis non præferatur,  
si præuenerint.Habent verò extranei quattuor utiles menses  
ad accusandum, qui eis post sexaginta dies cedere incipiunt <sup>o</sup>,  
ultra quos patris maritiue voluntatem expectare necesse non  
habent <sup>p</sup>. Qua non expectata, statim agete, etiamsi nondum  
sexaginta dies effluxerint, poterunt: si se maritus, paterq;  
adulterij acturos intra sexagesimum diem negauerint <sup>q</sup>. Cùm  
enim post hanc negationem amplius agere illi non possint,  
extraneo statim locus fit. Verum enim uero constante eo ma-  
trimonio, in quo adulterium commissum esse dicitur, ab ex-  
traneo rea fieri mulier non potest. Probatam enim à marito  
vxorem, beneq; concordatum ac quiescens matrimonium  
alius turbare atque inquietare non debet <sup>r</sup>. Ac ne adulterum  
quidem interim accusari posse Papinian. ait <sup>s</sup>, qui tamen sibi  
ipse repugnare alio loco <sup>t</sup> videtur his verbis: *Nupta quoque  
muliere, tametsi lenocinij vir prior non postuletur, adulterij cri-  
men contra adulterum ab extrario poterit inferri.* Quòd si sic  
intellegamus, vt durante eo matrimonio, quod mulier à viro  
dimissa contraxit, adulter, etiamsi prior maritus lenocinij non  
accusetur, accusari possit, nullam res recipit dubitationem:  
sin hoc sensisse eum dicamus, vt manente eodem matrimo-  
nio, in quo adulterium commissum esse dicitur, possit adul-  
ter, tametsi vir prius lenocinij non sit postulatus, accusati:pu-  
gnabit hoc superiori loco , nec pugnam Accursij leues atque  
inanis solutiones diriment. Sed enim huic capiti Constanti-  
ni constitutio <sup>u</sup> derogauit , quæ ad accusationem adulterij  
quoslibet

<sup>h</sup> Corn.Ta-  
cit.lib.14.  
<sup>i</sup> Sext. Iul.  
Fronti. lib.2.  
<sup>j</sup> de Aquædu-  
cib.

<sup>k</sup> I.1. D. de  
public.iudi.l.  
quāuis. ij. C.  
de adul. f. iie  
lex Iuli. Iust.  
de pub.hud.  
<sup>l</sup> I. palim. g.  
senatus. D. de  
ritu nupt.  
<sup>m</sup> Arg.l.3. s.  
vtr. D. de præ  
uaricato.  
<sup>n</sup> I.15. §. lex  
Iulia. D. de a-  
dulter.  
<sup>o</sup> I.4. §. pen.  
D. cod.  
<sup>p</sup> I.15. §. pen.  
cod.  
<sup>q</sup> I.15. §. si ne  
gauerint. D.  
co.tir.

<sup>r</sup> Lconstat. e.  
D.co.tir.  
<sup>s</sup> I.miles. §.  
volēti. D.co.  
<sup>t</sup> I. I.vin  
paſſ. §.i. D.  
de adulter.

<sup>u</sup> In I. quæ-  
uis. ij. C. de  
adulter.

quoslibet è populo admitti prohibet, sed necessarias demùm personas veluti fratrē, patrum, auunculum, quos verus dolor ad accusationem impellit.

## NE QVIS INTER REOS.

Legis Iuliæ capite septimo, quemadmodum Vlpianus scribit<sup>x</sup>, cauebatur, ne quis inter reos eum referret, qui tunc sine detractione Reipub. causa abesset. Regula autem intris est, absentium Reipub. causa in nullo condicionem deteriore fieri oportere<sup>y</sup>. Ideoq; inter reos referri eos, dum Reipubl. operantur, iniquum visum est. Idq; generaliter lege Memmia olim vetitum fuisse Valerius<sup>z</sup> prodidit, cuius, ut probabile est, beneficio à Senatu impetratis Iulium Cæsarem legimus<sup>a</sup>, ut ne dum Reipubl. causa abesset, reus perageretur. Atque hoc nomine Verrem acerbissimè Cicero<sup>b</sup> insectatur, quod absentis Sthenij nomen deferri passus esset. Quamobrem & ab Vlpiano in vniuersum definitum<sup>c</sup> est, eum qui Reipubl. causa absit, accusari non licere. Absentes autem Reipubl. causa angustius hic, quam in Prætoris editio<sup>d</sup>, quo absentibus succurrit, accipimus. Eos enim demum excusari lex Iulia vult, qui propter absentiam sistere se iudicio non possint, quiq; in alia prouincia, quam in ea, in qua deseruntur, publici negotij causa absint. Proinde si quis præsens sit, vice tamen absentis habeatur, ut puta, inquit Vlpianus<sup>e</sup>, qui in vigilibus, vel in vrbanis castris militat, dieendum est, hunc deferri posse: neque enim laborare habet, ut se repræsentet. Vigilum in vrbe sepe cohortes Augustus ex libertinorum ordine incendiorum causa conscripsit<sup>f</sup>, in quibus, qui nomen dedissent, militum numero locoq; erant<sup>g</sup>: vnde inter vigiles militare, ut hic, ita & in Institut. Vlpianus<sup>h</sup> dicit, idq; Strabo<sup>i</sup> σπεισιωτικοὶ οἱ ἐπεινδέργοι appellat. Vrbana vero castra Prætorianarum cohortium, & aliarum, quæ ad vrbis custodiā in stationibus dispositæ erant, accipi oportet. Prætoriani enim tametsi ab vrbanis militibus in historijs separantur, cùm tamen Romæ castris à Tiberio constitutis continerentur, in vrbanis castris militantium appellatione meritò comprehenduntur. Habantur autem hi ab Imperatoribus ad corporis sui custodiā, ut Herodianus lib. II. ostendit, eaq; de causa ceteris

<sup>x</sup> I.6 mari-  
tus. s.1. D.de  
adulter.

<sup>y</sup> Labentia.  
D.de reg. ur.  
I. sepulchri. D.  
de sepul. viol.

<sup>z</sup> Lib. 3. ca. 7.  
a Sueton. in  
Iulio. cap. 33.  
<sup>b</sup> 4. in Verr.

<sup>c</sup> I. hos ac-  
cusare. D. de  
accusat.

<sup>d</sup> Titul. ex  
quibus cauf.  
major.

<sup>e</sup> I.6 mari-  
tus. s.1. D.de  
adulter.

<sup>f</sup> I.3. D. de  
off. præf. vig.  
Suet. in Aug.  
cap. 15.

<sup>g</sup> Lvnica. D.  
de bon. poss.  
ex test. mil.

<sup>h</sup> Tit. 3.

<sup>i</sup> Lib. 5. Geo.  
graph.

militibus ampliora stipendia accipiebant, alijsq; prærogatiis fruebantur: nam & binos in diem denarios merebant, & post sextumdecimum annum missionē, finitāq; militiæ præmia accipiebant, cum alij ne diurnum quidem denarium mererent, longioriq; tempore militiæ obstringeretur, quem-

k Lib. i. An-  
nol.  
l Lib. 37.  
m l. milites.  
D. ex quibus  
causamaior.  
n d.milites.  
& loci mit-  
tetur. s præ-  
fectus. D. ex  
quibus caus.  
maior.  
o l. si mari-  
tus. s. l. in fin.  
D. de adulter.  
p lpen.C.de  
iuriū di. onna.  
judic. l.3.D.de  
re milit.  
q l.vlt. D.de  
accus& l.3.D.  
de re milit.  
r l.penol.D.  
ad l.Corn.de  
fals.  
s l. si quis. s.  
penal. D. de  
ininst.rupt.  
t l. si in fin.  
prin.D. quid.  
appell. sit. l.1.  
g. t. D. de bon.  
e or.  
u l. diui. s.  
pen.& vlt.D.  
de penit.  
x l. 2. C. de  
off. mag. mis.  
y l.13. C. de  
adulter.  
z l. absentē.  
D. de pen. l.  
6.C. de accu-  
satio.

admodum Cornelius Tacitus<sup>k</sup> & Dion<sup>l</sup> declarant. Ehi sunt qui Romæ militare alijs dicuntur<sup>m</sup>, qui licet pro absentibus Reipubl. causa habeantur<sup>n</sup>, quod ad restitutionem in integrum attinet, in hac tamen lege absentium appellatione non continentur, quæ eorum dumtaxat absentiam excusatam esse voluit, qui corpore ab eo loco absentes, in quo deseruntur, adeò ut qui in ea prouincia, in qua Reipublica causa operam dans absens agit, adulterium commisit, ibidem accusari salua legis sententia possit, nisi addit Vlpianus<sup>o</sup>, ea sit persona, quæ ad Præsidis cognitionem non pertinet. quæ verba ad milites contrà quādam censem, male referuntur: hos enim extra militaria & castrensis delicta<sup>p</sup> ab eius prouinciæ, in qua facinus admiserint, præside pena plecti debere Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt<sup>q</sup>: non malè verò ad Decuriones Principalesq; ciuitatum referuntur, quos punire Præsidi prouinciæ, nisi alter sedari tumultus non posset<sup>r</sup>, vel res dilationem non reciperet<sup>s</sup>, non permettebatur. Recipere tantum in carcерem, vinclatosq; custodire, & principi de eorum pena scribere licebat<sup>t</sup>: eratq; hoc adeò discretè mādatis Principalibus, quæ Præsidibus dabantur, cautum<sup>u</sup>, vt si id admisisse Decuriones viderentur, propter quod relegandi extra prouinciam in insulam essent, Imperatori scriberetur. Præsidali cognitioni & alij nouissimorum principum constitutionibus eximuntur<sup>v</sup>. Verum enim uero nō alijs absentia excusat, quād si ante coepit cognitionē abesse quis coepit. Itaque adulteram si posteā quād crimen contra eam inchoatum est, prouinciam excesserit, etiam absentem inter reos recipi posse Imper. Alexander rescriptit<sup>w</sup>. An verò & condemnari? Et est iure ciuili constitutum absentem capitali pena damnari non posse, pecuniarias verò penas, vel eas, quæ existimationem contingunt, si sèpsum moniti per contumaciam desint, statui posse, & vsque ad relegationem procedi. Excusantur etiam ij soli, qui bona fide absunt, & vt

ait

ait lex, *Sine detractione*. Nam si quis euitandi criminis causa id egerit, ut Reipublice causa abesset, nihil illi commen-  
tum hoc proficiet<sup>a</sup>. Admonent autem me hæc legis verba, ut  
Vlpiani locum <sup>b</sup> emendem, in quo eos, quos accusare non li-  
cet, enumerans, Item, ait, *magistratum populi Romani, cumue*  
*qui Reipubl. causa absuerit, dam non retractandi leges causa*  
*abest*. Quod nullum bonum sensum habet. Legendum itaq;  
suspicer: *Dum non retractandi leges causa abest*. Ut & alio <sup>c</sup> lo-  
co, *Qui non retractandi testimonij causa aberit. & alias* <sup>d</sup>: *Qui*  
*detractandi libertatis gratia abest*. Porro qui inter reos adulter-  
rij receptus est, absens defendi non potest<sup>e</sup>. Ad crimen enim  
publici iudicij persequendum frustra procuratorem interue-  
nire, multoq; magis ad defendantum civilis constitutio est<sup>f</sup>.  
Cui tamen refragari Alexandri rescriptum creditur, quod ita  
est<sup>g</sup>, *Reos capitalium criminum absentes etiam per procurato-*  
*rem defendi, leges iudiciorum publicorum permittunt*. Sed non  
omnia capitalia crimina iudicij publici sunt. Igitur in priua-  
torum criminum causis defensor rectè interuenit, in publi-  
corum iudiciorum criminibus non rectè interuenit<sup>h</sup>. In cri-  
mine autem adulterij nulla dabatur dilatio, nisi vt personæ  
exhibitentur, aut iudex ex qualitate negotij hoc causa co-  
gnita permisisset<sup>i</sup>. Vnde Paulus lib. 11. Sententiar.<sup>k</sup> In causa,  
ait, adulterij dilatio postulata impari non potest. In capita-  
libus certè causis, causa cognita reo tres dilationes, accusatori  
duas dari potuisse constat<sup>l</sup>.

a d.l. si ma-  
rinos. §. l.  
b Ihs accu-  
fare. D. de ac-  
cusatio.

c Linuiri. D.  
de tessib.  
d l.s. legata-  
rio. in fin.de  
fideicom. lib.  
e Lmiles. §.  
ea quz. D. de  
adulter.  
f Lpemule. §.  
vlt. D. de pu-  
blic. iudic.  
g l. z. C. de  
accusatio.

h l. fermum.  
§. publice. D.  
de procurat.

i l. in crimi-  
ne. D. de adul.  
k Tr. 17.

l l. vlt. D. de  
fetijs.

## MINORIBVS XXV. ANNIS.

Lex Iulia specialiter quosdam adulterij accusare prohibe-  
bat, ut minores xxv. annis<sup>m</sup>. Nec enim iustus accusator visus  
est, qui nondum robustæ ætatis esset. Hoc verò in hac lege  
singularē est. Nam à ceteris vel capitalibus accusationibus  
minores non repelluntur<sup>n</sup>. Vnde Macer<sup>o</sup> in ijs, qui propter  
ætatem accusare non possunt, pupillum tantum numerat, id  
est impuberem, qui nondum exacti consilij capax est. Cui ta-  
men ex consilio tutorum patris mortem excipi, necnon de  
patris testamento agere permisum est<sup>p</sup>. Eum verò, qui pu-  
berem ætatem egressus iudicium iam possit ad accusationem  
instituendam adhibere, in publicis quoque iudicij, nisi que-

m l.s. mark-  
tos. §. lex lu-  
lia. D. de adul-  
ter.

n l. qui cum  
natu. §. D. de  
bon. libert.  
o l. qui accu-  
fare. D. de ac-  
cusatio.  
p l. z. D. de  
accusatio.

lex nominatim refragetur, admitti constat. Sed enim alienam dumtaxat iniuriam execuentes iure publico minores xxv. annis ex hac lege submouentur. Violatum verò suum matrimonium minor, non tantum iure viri, sed & extranei iure vindicare potest<sup>q</sup>. Nec enim villa umquam præscriptio obijicitur, suam iniuriam execuenti. Ideoq; & ex hac causa ad accusandum admittuntur, qui alias idonei accusatores non essent<sup>r</sup>. Eadem ratione violata virgo, iniuriam suam assistentibus curatoribus sine metu præscriptionis persequetur<sup>s</sup>. Minorem xxv. annis hic accipimus etiam eum, qui annum vice-

simumquintum ætatis agit, aliter atque in lege Aelia Sentia, in qua non tam minor xx. annis est, qui supremum diem anni vigesimi agit<sup>t</sup>. Porro ceteri quoque, qui publico iudicio accusare nō possunt, & ab hac accusatione submouentur: quales sunt mulieres, serui, milites, famosiq; homines, qui cum bestijs depugnandi causa in arenam intromissi sunt, quiq; artem ludicram vel lenociniam fecerint, calumniæ ue causâ publico iudicio sint damnati. Quos Vlpianus hac occasione

<sup>u</sup> I. 4. D. de libro secundo de adulterijs erat persecutus<sup>u</sup>.

accusatio.

q. I. si marit.

§. lex Iulia. D.

de adult.

r. Lt. I. hi ta-

men. D. de ac-

cusatio.

s. §. lex Iulia.

D. si maritus.

t. I. 2. D. de

manumissio.

u. I. 4. D. de

accusatio.

#### SI SERVVS ADVLTERII.

x. I. si postu-  
lauerit. § vlr.  
D. de adulter.  
y. I. seruos. D.  
de accusatio.  
z. I. hos accu-  
sare. §. omni-  
bus. D. de ac-  
cusatio.

Hoc capite nono legis Iuliæ continebatur<sup>x</sup>. Possunt autem non liberi tantum homines, sed & serui, lege Iulia accusari<sup>y</sup>. Nam & hi omnibus publicorum iudiciorum legibus rei fiunt, quarum modò pœna in eos cadit<sup>z</sup>. Cuiusmodi relegatio ne sit, ab interpretibus dubitatur, seruorum certè pœnis eam conuenire argumento est, quod hac lege postulantur, cuius pœnam relegationem esse tam certum est, quam quod certissimum. Et relegatione seruos, qui domini auctoritate sepulchra violauerint, Constantinus plebit<sup>a</sup>. Unus creditur Venuleius<sup>b</sup> dissentire: qui tamen ceteris consentiet, si ciuis

a. I. 1. C. de se-  
pul. viol.  
b. d. l. hos ac-  
cuse. §. o-  
mnibus.

verba hæc, *Vel capitinis pœna, quæ seruorum pœnis non conuenit, sicut relegatio*, sic cum Ioanne antiquo interpreta-  
pias, sicut relegatio scilicet conuenit. Et ita saepè vox Sicut

c. I. 2. in fin.  
D. pro soluto.  
I. & non tan-  
tum. in fin. D.  
de pet. hered.

oppositam præcedentibus sententiam significat<sup>c</sup>. Exemplum verò capitinis pœna, quæ seruus non conuenit, deportationem afferri posse existimo. Nam & ultimo supplicio plebit, & in metallum, vel in opus metalli, vel in ludum venatorium, vel ad

ad bestias dari solitos seruos exploratum est<sup>d</sup>, non tamen in opus publicum perpetuum vel temporarium dari<sup>e</sup>. Sed nec deportari idcirco credo, quod ea pena libertate retenta ciuitatem adimat, quod in persona serui non consistit. Itaque vbi liberis hominibus deportatio legibus infligitur, ibi in seruos ultimum supplicium constitui animaducras<sup>f</sup>, vt in legibus Cornelii, de falsis, sicariis, & beneficis. Eadem autem sollemnia in seruorum, quae in liberorum hominum accusatione implenda sunt<sup>g</sup>. Itaque & inscriptio praecedere debet, & ordine iudicium peragi, perinde ac si liber homo in iudicium, crimenq; vocaretur: & qui liberorum hominum idonei accusatores non sunt, nec seruorum erunt. Hoc tantum interest, quod & de seruo adulterij accusato questio, si hoc accusator desideret, habetur: quo casu seruum estimati lex vult, & duplum ei dari, ad quem ea res pertinet. Quibus verbis non domini tantum, sed & hi qui à non domino bona fide emerint, creditoresq; qui pignori acceperint, continentur<sup>h</sup>. Nam horum quoque interest, questionem non haberi. Quod si ususfructus in seruo alienus sit, inter dominum & fructuarium estimatio diuidetur, & si communis pluriū erit, inter eos quoque estimatio erit diuidenda. Verum si liber homo, qui bona fide seruat, tortus sit, cui ista pena præstanta sit, videamus. Et magis est, quemadmodum Sex. Cæcilius probat, vt utilis actio ipsi aduersus eum, qui per calumniam appetit, detur, ne impunita sit calumnia eius ob hoc quod liberum hominem quasi seruum deduxit in questionem. Et ad hoc caput referenda est illa Papinia. lex<sup>i</sup>, quæ ex eius lib. 11. de adulterijs. in tit. de calumniatoribus, est translata. De seruo qui accusatur, si postuletur, questione habetur, quo ab solo in duplum pretium accusator domino damnatur: sed & citra pretij estimationem queritur de calumnia eius: separatum est etenim calumnia crimen à damno, quod in seruo propter questionem domino datum est. Huc pertinet & illud Diocletiani sub eodem titulo collocatum rescriptum<sup>k</sup>. Dominis seruorum per accusatoris calumniam tortorum aduersus eum pena dupli lege Iulia prouidetur. Duplum autem hoc condictione ex lege Iulia descendente petitur<sup>l</sup>. Estq; hoc appositissimum condictionis ex lege exemplum<sup>m</sup>. Quando

d Laur. damnum. §. vlt. D.  
de pen. Paul.  
lib. 5. Sentent.  
tit. 4. ad fin.  
e 1. seruus. D.  
de pen.  
f 1. i. §. vlt. D.  
ad 1. Corn. de  
fals. §. itē lex  
Cornelia. In-  
stit. de publice.  
iudic.  
g 1. si quis fer-  
uos. Cade adul-  
ter. I. hos se-  
culare. §. si fer-  
uis. D. de ac-  
cusatio.

b 1. si postu-  
lauerit. D de  
adulter.

i 1. vlt. D. de  
calumniatorib.

k 1. dominis.  
C. de calunia.

l 1. quod ex  
has D. de adul-  
ter.

m 1. vn. D. de  
condict. ex l.

autem & hoc & superiori septimo capite de adulterij reis diximus, videamus, si magistratus, aut is qui in honore publico ministerio sit, adulterium commississe dicatur, an accusari poscit. Et certum est<sup>a</sup>, quamdiu in magistratu, potestatēne est, accusari eum non licere: sed differri eius accusacionem, & cautione iudicio sustendi causa promitti<sup>b</sup> in finem honoris, ut in alijs causis fieri assolet<sup>c</sup>. Non erit etiam ab hoc

<sup>d</sup> I. has accusare. D. de accusatio.

<sup>e</sup> I. si adulterium. in s. D. de adulter.

<sup>f</sup> I. 2. §. sed & dubitatur. D. de iudic.

<sup>g</sup> I. demissio. se. D. ad l. ul. de adulter.

loco alienum, quæ fuerit in adulterij quæstione libellorum accusatoriorum<sup>d</sup> conceptio, exponere. Eam talem suisse acceptimus, ut die & consule præposito scriberetur. Apud illum prætorem vel proconsulem L. Titius professus est se Meiniam lege Iulia ream deferre, quod dicat eam cum C. Seio in ciuitate illa, domo illa, mense illo, consulibus illis, adulterium commississe. Utique enim & locus designandus erat, in quo adulterium commissum esset, & persona cum qua admissum dicceretur, & mensis. Idq; lege publicorum iudiciorum cautum, generaliterq; omnibus qui aliquem deferreret, præceptum Vopianus scribit<sup>e</sup>. Quod si libelli legitime ordinati non essent, & aliquid circa inscriptionem erratum esset, causa criminis abolebatur. Emendare tamen libellum si tempora largiebantur, vel ex integro reum repetere licebat<sup>f</sup>.

<sup>r</sup> I. libellorū. D. de accusat.

<sup>s</sup> I. accusans. D. de adulter. d. I. libel- lorum.

<sup>t</sup> I. 2. §. vlti. D. de adulter.

#### SI QVI POST MARITVM.

Lege Iulia hoc expressum suisse Vopianus testis est<sup>g</sup>, quod & in alijs publicis iudiciis scrutatur, quibus cum experiri cuilibet liceat, si plures existant qui accusare velint, eligit iudex eum, qui accuset causa cognita, estimatis accusatorum personis ex dignitate, vel ex eo quod accusantium interest, vel aetate, vel moribus, vel alia iusta de causa<sup>h</sup>. Erat olim de accusatore constituendo proprium proditioni iudicium, quemadmodum Quintilian.<sup>i</sup> & Gellius<sup>j</sup> declarant, quod diuinatio appellabatur. Cuius iudicij & Cælius<sup>k</sup> in Epistol. mentinit. Eoq; in genere Ciceronis prima in Verrem actio versatur. Publicorum verò iudiciorum exemplo etiam illud in popularibus actionibus sequimur<sup>l</sup>, ut ex pluribus desideratis, ex actiones vel idoneioribus, vel quorum intercitat potissimum, dentur: quod in actione de sepulchro violato<sup>m</sup>, & in actione de effusis & deicatis<sup>n</sup>, prætoris edicto expressum est. Ait lex. Constituto.

<sup>u</sup> I. si plures. D. de accusat.

<sup>x</sup> Lib. 3. ca. 10. & lib. 7. ca. 4.

<sup>y</sup> Lib. 2. ca. 4. z Lib. 8. Epis- tol. Ciceron.

<sup>Epist. 14. 2.</sup>

<sup>a</sup> I. 2. D. de popularib. 2. actio.

<sup>b</sup> I. 3. §. 2. D. de sepul. viol.

<sup>c</sup> I. 5. §. 1. D. de his qui de- cccr.

*tuito.* Statuet verò causa cognita comparatis eorum , qui ad accusationem pariter accedunt, moribus, & statibus, & cuius magis intersit<sup>d</sup>. Præferetur verò primùm qui adulteram consanguinitate , vel ad similitudinem contingunt , & inter extraneos, qui idoneiores erunt : quiq; fide , dignitate , industria , diligentia , consilio præstabunt. Quæ in accusatorum delectu habendo dispicienda esse Cicero in diuinationis peroratione, & Quintilian. <sup>e</sup> ostendunt.

<sup>d</sup> Arg. 1.3.5.  
Si tamen plus  
res. D. de lib.  
hom. exhib.

<sup>e</sup> Lib. 7. c. 4.

### REOS ADULTERII, &c.

Adulterum & adulteram codem tempore & ex eadem causa reos fieri lex vetat<sup>f</sup>, sed utroque ordine peragi præcipit. Itaque nec ab extraneo, nec à marito simul codemq; libello postulari possunt : & qui utrumque simul detulerit, nihil ageret, propterea quod cam accusationem lex valere non patitur<sup>g</sup>. Poterit igitur quasi neutrum detulcrit, rursus à quo velit, initium facere<sup>h</sup>. Quamquam autem inutilis sit huiusmodi delatio, tamen in utriusque persona necessaria est abolitio, ne in Turpilianum incidat, qui ab ea accusatione desisteret. Qualiscumque enim accusatio illata cognoscens auctoritate, non accusantis voluntate aboleri debet<sup>i</sup>. Ceterum de adulterio tantum lex loquitur: nam incesti commune crimen aduersus duos simul intentari potest<sup>k</sup>: quod in adulterio ne licet, specialiter lege prohiberi necesse suit. Vt etiam autem lex ab eodem simul virum & mulierem postulari: à diuersis verò singuli simul postulari possunt<sup>l</sup>, dum si ante denuntiationem nupserit mulier, prior accusari non posset. Sed nec quicquam prohibet simul cum adultero, vel adultera cum quoque accusare, qui domum suam præbuctit, vel consilio fuerit, ut crimen redimetetur<sup>m</sup>.

<sup>f</sup> I. 2. C. de adulter.

<sup>g</sup> I. viii passim.  
I. duos.  
D. de adulter.

<sup>h</sup> I. si mari-

rus. in fin. D.  
de adulter.

<sup>i</sup> I. i. §. accusa-

tionem. D.

ad Turpil.

<sup>k</sup> I. qui pu-

pillam. in fin.

I. viii passim.

<sup>l</sup> p. 4. D. de adulter.

I. l. 17. §. que-

ritur. D. co. ut.

<sup>m</sup> I. nibil. in

fin. D. ad leg.

I. ul. de adult.

### SIMULIER, &c.

Ordo legi Iulia in adulterij accusatione præscriptus<sup>n</sup> hic est, vt si mulier ante denuntiationem nupserit, ab adultero necesse habeat accusator incipere, nec alias ad mulierem peruenire posset, quam si reum peregerit<sup>o</sup>. Et hoc est quod Imp. Gordianus ait<sup>p</sup>: Neque enim ab ea que iam nupta est, & adulterium passa, exordium accusationis sumi potest, si denunt

<sup>n</sup> I. 2. C. de adulter.

<sup>o</sup> I. 2. D. de adulter.

<sup>p</sup> I. si dum. C. co. ut.

*denuntiatio criminis nuptias non præcessit.* Competet ergo mulieri ante denuntiationem nuptæ, si prior postuletur, ex lege Iulia præscriptio. Atque ita interpretari possumus quod ab Vlpian. quodam loco <sup>q</sup> scriptum est: *Ceterum iuste mulier nuptia præscriptione vñctetur.* Sed ea vti planè, antequam inter reas recipiatur, debet. Nam ex lege Iulia descendentes præscriptiones antè tractari solent, quām inter reos quis recipiatur<sup>r</sup>. Recepti verò inter reos, Asconio auctore <sup>t</sup> tum intelliguntur, cùm apud Prætorem legibus interrogati crimen negarunt, accusatoriq; à magistratu inquirendorum criminum dies datus est. Porro nec si mulier ei qui in suspicionem adulterij incidit, nupsisse dicatur, antè accusari poterit quām adulter fuerit conuictus, ne bene concordatum matrimonium turbetur<sup>s</sup>. Qua de causa priùs in adulterum quæri, quām in nuptiam mulierem, lex voluit, nec nisi illo damnato, hanc inquietari. Cuius legis beneficio vt iuarentur mulieres, statim atque à viris repudiatae adulterij causa fuerant, alijs se in matrimonium inhibenda accusationis adulterij causa dabant. Hinc illud Martialis <sup>u</sup>:

*Quod nubis Proculina concubino,  
Et mœchum modo, nunc facis maritum,  
Ne lex Iulia te notare possit:  
Non nubis Proculina, sed fateris.*

Plerumq; verò mœchis suis nubebant: quæ res tamen eas accusationi non subtrahebat. Nam vt est rescriptum <sup>x</sup>, commissum antè adulterium cum eo, cui se postea nuptijs sociauit, velamento matrimonij non extinguitur. *Quin immò hoc pro clarissimo antè commissæ turpitudinis iudicio argumen-*

<sup>y</sup> Lib. 1. Epi- toq; Martialis sumit <sup>z</sup>:

*Mœchus erat: poteras tamen hoc tu Paula negare.  
Ecce vir est: nunquid Paula negare potes?*

Ait lex Peregerit. Agere reum, est accusare & postulare.

<sup>z</sup> Lib. 1. A. - Ouidius <sup>z</sup>:

*Egit me lachrymis ore silente reum.*

Peragere, est ad exitum accusationem perducere. Tacitus libro 1111. Ceterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neque peractus ob mortem opportunam. Valerius Maximus: Duos sustinuit reos, eorumq; alterum legi

<sup>q</sup> 1. seruo. In  
fi. D. de accu-  
fatio.

<sup>r</sup> 1. si mari-  
tus s. præseri-  
ptiones. D. de  
adulter.

<sup>s</sup> In Vettin.

<sup>t</sup> 1. mul. s li-  
cet. D. eo.

<sup>u</sup> Lib. 6. Epi-  
gram

<sup>x</sup> 1. 27. C. de  
adulter.

<sup>gram.</sup>

<sup>mot.</sup>

lege peregit, alterum professione qua solum poterat. Peregisse autem hic alias non videtur, nisi condemnauerit<sup>a</sup>. Nam si per adulterio accusatione adulterio absolutus sit, mulier secura esse iubetur. Ita sit, ut adulterio absoluto mulier per eum vincatur: damnato eo, non tamen mulier damnata sit, sed agat causam suam, ut obtainere fortassis vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio possit<sup>b</sup>. Porro hoc caput Diocletiano & Maximiano. displacebit, qui etiam ab ea, quae ante denuntiationem nupserit, accusationem exordiri permittunt<sup>c</sup>.

## ADULTERO ABSOLVTO, &amp;c.

Si adulterio absolutus sit, nupta mulier per eum vincet, nec ultra accusari poterit, non tantum ab eo qui adulterium accusauerit, sed nec ab alio quidem. Proinde si per collusionem cum adulterio constiterit, isque adulterio absolutus fuerit, dabit mulieri nuptiæ aduersus omnes securitatem<sup>d</sup>. Atque hoc singulari iure, in hac causa ex lege Iulia seruatur. Eam vero demum lex adulterio absoluto tuetur, quam nuptam, quamdiu nupta est<sup>e</sup>. Porro quamvis adulterio diem suum obicerit, constitutum est ramen nihilominus in mulierem sine villa præscriptione accusari posse. Mariti quoque mors, quominus ab alio mulier adulterij postuletur, non impedit<sup>f</sup>. Idemque seruabitur, et si non mors, sed poena alia eas personas substraxerit.

## SI VIR QVI Vxor.

Ita demum ne secum prius, quam cum adulterio agatur, nupta mulier iure recusat, si ante denuntiationem nupserit. Sin autem postquam ei maritus, vel extraneus denuntiasset, nupserit, ab ea incipi potest<sup>g</sup>. Denuntiasse accepimus non tantum si ad iudicem denuntiauerint, sed & si adulterij se acturos extra iudicium denuntiauerint<sup>h</sup>. Quod si non quidem denuntiauerint, verum libellos accusatorios dederint antequam mulier nuberet, eaque cum id cognouisset, nupserit, putat Vlpianus<sup>i</sup> non videri denuntiatum, & idcirco non

<sup>a</sup> I. 1. 2. D. de adulterio.  
<sup>b</sup> Idenūtiasse. s. vlt. D. eo.  
<sup>c</sup> I. ita nobis. C. eo. tit.

<sup>d</sup> I. 19. §. vlt.  
D. de adulterio.  
<sup>e</sup> I. 1. 3. D. de prævaricatio.  
I. si cui crimen.  
§. 2. D. de accusatio.

<sup>f</sup> I. adulterio.  
in f. D. de adulterio.

<sup>g</sup> I. miles. §.  
defuicto. D.  
de adulterio.

<sup>h</sup> I. qui vlo-  
ri. D. de adulterio.

<sup>i</sup> Idenūtiasse.  
s. D. eo. tit.

<sup>k</sup> d. l. depon-  
tiale.

posse accusatorem ab ea incipere. Adulterij certè commemorationem quoquo modo fecisse in denuntiatione satis est, et si iudex non sit monstratus. Ac vel per procuratorem, aut seruum auctorem facta denuntiatio valet. Rata est ad domum facta denuntiatio<sup>1</sup>. Nam ad domum utiliter denuntiatur<sup>2</sup>, cùm eius copiam non habemus, quem conuenire volumus. Sed si specialiter eum, cum quo adulterium mulier fecerit, denuntiatione complexus, velit eam ex alterius persona accusare, non audiatur. Neque enim crimen quod denuntiavit, obiicit.

## SI VIDVA.

Aperte hoc lege Iulia cautum fuisse Julianus scribit<sup>3</sup>. Itaque quamdiu in viduitate mulier perseverat, quæ adulterium commisisse dicitur, in accusatoris arbitrio est, utrum ab adultero, an ab adultera incipiat<sup>4</sup>. Sic erit electioni locus, poteritq; qui adulterum elegerit, ad mulierem etiā absoluto adultero redire, quæ lege in hoc calu iuuari non potest, quando eo tempore, quo adulter electus est, iuxta non fuerit. Planè in viduae filiae accusatione pater extraneo præuenienti non præferetur<sup>5</sup>. Illud sciendum est, quod à Paulo libro primo de adulterijs resertur<sup>6</sup>, si ventris nomine mulier in possessionem missa sit, differendam adulterij accusationem esse, ne præiudicium fiat ei, qui in utero est. Propter impuberem certè filium mulier dilationem ab accusatore non impetrabit<sup>7</sup>. Hæc enim quæstio ad Carbonianum non pertinet: quandoquidem statui infantis nihil præjudicat, cùm possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse.

## QVI DOMVM SVAM PRÆBVERIT.

Præter stupra atque adulteria, etiam quædam alia crimina lege Iulia vindicantur<sup>8</sup>: Veluti si domū suam præbuerit quis, ut stuprum matris familiæ pateretur, aut pro comperto stupro pretium acceperit, quorum utrumque pro adulterio eadem lex punit. Sed de posteriore erit sequenti capite dicendi locus: prius illud nunc explicandum. Sciendum est autem non omnia in uniuersam lenocinia lege Iulia coerceri: sed nec ylla alia lege in lenocines attingi adiutetur: tantum prætoris editio

edicto eos infamia comitabatur<sup>a</sup>. Primus, quemadmodum existimo, Iustinianus lenones esse prohibuit: quod & à Procopio relatum est, & Nouellis eiusdem principis constitutis continetur<sup>b</sup>. Planè eos, qui adulterantes domo excipiunt, lex Julia meritò adulterij peccatis subiacere voluit, quando sine talium susceptorum opera nec facile admitti adulteria, nec admissa latenter possent. Eodem enim modo & receptatores pari cum delinquentibus pena puniuntur<sup>c</sup>. Ait autem lex, *Qui domum*, quæ verba ad utrumque sexum pertinent. Mulier itaque hoc capite, quod domum suam præbuerit, tenebitur<sup>d</sup>. Domus appellatione habitationem quoque significamus<sup>e</sup>, ut in capite tertio plenius exposuimus. Tenerunt autem & qui amici domum præbuerit, & qui in agro balneoue stuprum fieri præbuerit<sup>f</sup>. Sed & si in domum aliquam fuerint soliti contenire ad tractandum de adulterio, & si eo loco nihil admissum fuerit, verumtamen videtur is domum, ut stuprum fieret, præbuissé, quoniam sine colloquio illo adulterium non committeretur. Mater autem familiæ significatur non tantum nupta, sed etiam vidua<sup>g</sup>: quamquam propriè matrem non possit appellari, quæ vidua est, ut nec ea, quæ sine filiis est, quemadmodum Sextus Pomp. lib. x i. scribit.

<sup>a</sup> I.i. & I.4.  
§.alt prætor.  
D.de not.in-  
fam.

<sup>b</sup> a Nou.de le  
nosib.tollēd.

<sup>x</sup> I.t. D.de  
receptato.

<sup>y</sup> I.materfa.  
§.I.D.de adul-  
ter.

<sup>z</sup> I. qui do-  
mum. in fin.  
D.eo.

<sup>a</sup> I.& si ami-  
ci.D.eo.sit.

<sup>b</sup> b Mater. D.  
cod.

#### QVI PRO COMPERTO STVPRO.

Qui ne deprehensos in adulterio stuprōue prodat, pecuniam acceperit, lenocinij criminē lege Julia tenetur. Vnde Paulus, Isti quidem, inquit<sup>h</sup>, & in legem Iuliam incidunt, qui quid pro comperto stupro acceperunt. Et hoc quoque pro adulterio eadē lege puniri Tryphoninus scribit<sup>i</sup>. Nec interest, utrū matitus sit, qui acceperit, an alias quilibet. Qui cumque enim ob conscientiam stupri aliquid acceperit, ex hac parte plebitur. Ceterū si gratis quis remiserit, ad legem non pertinet<sup>j</sup>. Eueniebat porro plerumque, ut in adulterio deprehensi se ob vinculorum vel mortis metum redimerent, maritis commodum pecuniae matrimonij vindictæ prærentibus. Quo nomine maritum quendam Ausonius notat:

*Semiuix uxorem duxisti Zoile mæbam.*

*O quantus fiet questus utrimq; tibi  
Cum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter,*

<sup>c</sup> I.issi qui-  
dem. D.quod  
met.caū.

<sup>d</sup> I. auxiliū.  
in fin.D.de ma-  
norib.

<sup>e</sup> I.mariti. §.  
plebitur. D.  
de.dulc.

*Quantum deprensi damna pudoris emunt.*

Hoc verò lenocinio proximum est. Ideoq; adulterij pœna meritò coërcetur. Cui & illi subiacent, quorum ope consilioq; factum est, ut vir femináue in adulterio deprehensi, pecunia aliáue qua paëtione se redimerent<sup>f</sup>. Illud ex mente legis queri potest, an eadem pœna damnentur, qui cum adulteris paciscuntur: & de his nihil lege Iulia aperte cautum est. Sed nec hoc capite legis apprehendi eos manifestè rescripto Alexandri ad Demetrianum declaratur, in quo separata eorum causa constituitur, qui de adulterio vxoris paciscuntur, & qui pro comperto stupro pretium accipiunt. Verba rescripti ita se habent<sup>g</sup>: *De crimine adulterij pacisci non licet: & par delictum est accusatoris prævaricatoris & refugientis veritatis inquisitionem. Qui autem pretium pro comperto stupro acceperit, pœna legis de adulterijs tenetur.* Pacisci hic, quemadmodum & in Edicto de notatis infamia<sup>h</sup>, accipimus eum, qui cum pretio quantocumq; paciscitur, siue pecuniam, siue quid aliud pro pecunia acceperit. Veluti si obligatione sit liberatus<sup>i</sup>, aut aliquid apud eum ex ea causa remanserit. Non enim pretio vel modico accepto accusationem omittere, licet. Iniuriam verò suam gratis remittere nenio prohibetur<sup>k</sup>. Nec enim venia datione interdicitur, sed sordidis paëtionsibus: proinde nec qui precibus exoratus vindictam doloris sui omisit, nec qui precibus impetravit ne secum ageretur, illicitam rem fecisse iudicantur, contrà quam si de criminis aliquo dato turpiter paëti sint. Hi enim ex Senatusconsulto pœna I.Cornelia de falsis tenentur: *Quod de ijs quidem, qui ob non instituendam accusationem pecuniam acceperint, expressum est*<sup>l</sup>. Eandem verò reis qui delatores redemerint, etiam pœnam imminere quasi conuictis existimo: & hoc ipsum Senatusconsultum ab Vlpian. significari, cum ait<sup>m</sup>, In omnibus causis præterquam in sanguine, qui delatorem corruperit pro conuicto ex Senatusconsulto habetur: idcirco autem (præterquam in sanguine) quoniam in his criminibus, quæ pœnam mortis continent, sanguinis redimendi causa qualicumque paëtione se ab aduersario liberare principalibus constitutionibus benigne est permisum<sup>n</sup>: at in ijs, etiam si publicis iudicijs, ex quibus vita in discrimen non vocatur,

f. Lis cuius.  
D. de adult.

g. 1. de crimi  
ne. C. de adul.

h. l.1. & l.6. §.  
paëtus. D. de  
not. infia. l. inō  
damnatio. C.  
ex quib. cauf.  
infia.

i. Arg l.2. D.  
de calum.  
k. l. marit. g.  
plectatur. D.  
de adult.

l. l. vlt. D. de  
conclusio.

m. l. vlt. D. de  
prævaricato.  
l. 4. D. de iur.  
fif.

n. l. 1. D. de  
bona damnat.

paci

pacientes ex Senatusconsulto falsi rei sunt. Et hoc est, quod à Diocletia scriptum est<sup>o</sup>. In alijs autem publicis criminibus, que sanguinis poenam non ingerunt, transigere non licet circa falsi accusationem. Inscitè enim faciunt interpretes, qui ea verba sic accipiunt, quasi in omnibus publicis iudicijs, quibus poena mors non est, transigere non licet, excepto falso crimine. Quorum errorem particulæ ipsius, Citra, vis fati conuincit. Nec verò quicquam habent, quo probent de falso transigi licere, cùm falsi poena, non mors, sed deportatio fuerit. Nam Valeriani & Gallieni constitutio<sup>p</sup>, qua illi vtuntur, super instrumento cuius fides in dubium veniebat, non super falsi crimine transactionem factam approbat. Et hoc ait, vix esse, ut falso accusare permittatur id instrumentum, cui quis transactione acquieuerit, licet suspectam fidem eius tunc temporis haberet. Quod tamen etiam postea Impp. Leo & Anthemius permisisse videntur<sup>q</sup>. Diocletiani verò ea proculdubio sententia est, sine metu accusationis falsi transigi de his criminibus non posse, quæ ultimo supplicio non vindicantur. Et ideo militem, qui cum adultero vxoris suæ patet sit, sacramento solui deportariq; debere Papinianus scribit<sup>r</sup>: quæ vtq; falsi peena est. Illud mihi permirum videtur, quod Diocletiani constitutionis<sup>s</sup> initio scriptum est: *Transigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est*. Nam in numerum capitalium criminum adulterium non venit, cuius poena ex Constantini demun constitutione, qui longo interuallo Diocletianum secutus est, capitalis esse ceperit. Itaque nec dubitabit, quā penitus perspecterit, quin ea verba Tribonianii sint, non Diocletiani. Planè qui ab instituta iam accusationis executione paeto desistunt, ex Turpilliano plecti eos non dubium est<sup>t</sup>. Enim uero in fiscalibus causis, ut pro conuictis habeantur, qui delatorem corruperint<sup>u</sup>, nominatim dicitur<sup>x</sup> esse constitutum. Constitutum verò est à Seuero, & Anton. Imperatoribus, quorum rescriptum extat<sup>v</sup>. Reliquum est, ut quæramus, an superioribus causis dati repetitio competit. Repetitioni quidem eius, quod transigendi causa datuni fuerit, regula iuris aduersatur, quæ in pari causa turpitudinis potiorem eum esse definit, qui tenet<sup>y</sup>. Quod si turpitudine ex eius dumtaxat, qui acceperit,

<sup>o</sup> I. transige-  
re. C. de trâ-  
silio.

<sup>p</sup> Lips. Cad.  
leg. Corn. de  
fals.

<sup>q</sup> I. si ex fal-  
lis. C. de trâ-  
silio.

<sup>r</sup> I. miles. D.  
de adulter.  
<sup>s</sup> I. d. trâsige-  
re.

<sup>t</sup> I. pen. C. ad  
Turp. L'jerui.  
la fin. C. de  
adulter.

<sup>u</sup> I. q. D. de  
iur. fil.

<sup>v</sup> I. elut. D.  
de iur. fil.

<sup>y</sup> I. Impera-  
tores. D. eo. ti.

<sup>z</sup> In pari. D.  
de reg. iur. -

parte versetur, veluti si innocens veritus, ne aduersarij potentiae succumberet, quid dederit, repetitionem aditus praesabit: quemadmodum à Diocletiano rescriptum est<sup>a</sup>. Sed et si turpitudo subsit, si tamen cauta tantum; non etiam numerata pecunia fuerit, aduersus petentem exceptio competit: aut si hoc prætori liqueat, actio denegatur<sup>b</sup>.

a I. ferul. C. de adulter.

Secundum hæc si quis in adulterio deprehensus redemerit se, condicione quidem quasi ob turpem causam dati cessat<sup>c</sup>. Vtiusq; enim turpitudo versatur. Ceterum quod datum est, tamquam iusto metu extortum restitui prætor curat<sup>d</sup>. Nam & gestum est malo more, & prætor non respicit, an adulter sit, qui dedit, sed hoc solum quod hic accipit metu mortis illato. Tinetur & hac lege, qui ex adulterio vxoris suæ quæstum fecerit. Nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in vxore exercet, & ideo adulterorum pœnis subjicitur<sup>e</sup>. Quæstum autem ex adulterio vxoris suæ facere intellegitur, qui quid accipit, ut vxor adulteretur meretricio quodam genere: quod si patiatur vxorem delinquere, non ob quæstum, sed negligentiam vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimianam credulitatem, extra legem positus videtur<sup>f</sup>. Quamquam in lenocinijs suspicionem nimia mariti patientia cadat<sup>g</sup>. Hoc autem capite etiam mulier, quæ ex adulterio viri quæstum fecerit, tenetur<sup>h</sup>.

b I. 9. C. de contrah. slip.

I. mercis. C. de rōb. & ob turp. caus.

c I. 4. D. de condicione ob turp. caus.

d I. 7. §. vlt.

& Lseq. D. de eo quod met.

causa.

e Lauxilium.

in f. D. de mi-

norib.

f I. 19. §. quæ-  
stum. D. de a-  
dupter.

g Ouidius t.  
Amor. eleg.

vlt.

h I. si quis a-  
dulteriū. in f.

D. de adulter.

#### DAMNATAM ADVLTERIT.

Qui adulterij damnata sciens vxorem duxerit, lege Iulia pro adultero punitur<sup>1</sup>. Quod an ad stuprum porrigitur, queri potest: & magis est, ut stupri quoq; damnata duci non possit. Quanobrem qui adulteriū stupriq; damnatas repudiauerint, cùm per legem huiusmodi vxores habere vetarentur, causam dissidiij præstitisse non videbuntur: quinimmo ita ius tractabitur, quasi culpa mulierum facto diuortio<sup>2</sup>. Nec damnatas modò, sed nec reas quidem factas ante damnationem viuente marito vxores duci posse obtinuit<sup>3</sup>. Quod sic accipiendum est, si inter reas recepta mulier fuerit. Nam si se adulterij acturum dumtaxat maritus minatus esset, nihil impedit, quominus ei, quem maritus suspectum habuisset, mulier re- & cè nuberet<sup>4</sup>. Eodem autem modo & maritus adulterij dam-

mata.

nata.

natam reāmūe factam vxorem reducere prohibetur<sup>a</sup>: narratq; Sucton. Domitianum iudicūm albo equitem Romanū erāisse ob redactam in matrimonium vxorem , cui dimis̄e adulterij crimē intenderat. Planè ream adulterij, quam vir iure matiti , vel extranci postulauerit , non prohibetur<sup>b</sup> post abolitionem vxorem denuò ducere. Abolitione enīm causa criminis extinguitur , nomenq; rei eximitur<sup>c</sup>. Itaque perinde atque si delata de adulterio mulier non esset , post abolitionem iure contractum matrimonium existimatur. Sed & sine legis Iuliæ metu reuocare vxorem in matrimonium maritus potest<sup>d</sup>, si nihil amplius , quām libellos accusationis attulerit. Is enim in legem tantum committit, qui publicè de adulterio damnatam , vel inter reas iam receptam reducit. Rea autem solius libelli oblatione non fit. Enim uero cūm Maenius quidam in adulterio Semproniaz damnatus, eandem Semproniam non damnatam duxisse vxorem proponeretur, Papinian. tale matrimonium non stare respondit<sup>e</sup>. Ceterū damnatas duci lex prohibet : in concubinatu verò haberi sine legis offensa , & sine stupri crimine possunt<sup>f</sup>. Sic & in ea prouincia , in qua quis administrat , vxorem ducere non potest , concubinam habere potest<sup>g</sup>. Item de damnatis lex loquitur : sed & in adulterio deprehensas ab ingenuis duci lex Iulia de maritādis ordinib; prohibet<sup>h</sup>. Postremò hac lege hi demum tēnentur , qui damnatas adulterij ducunt. Ex alia causa lege hac condemnatas puta, quia' domum stupri facieb- di causa præbuerint : qui ducunt , lege non plectuntur<sup>i</sup>.

## QVI DEPREHENSVM.

Maritum lex Iulia coercet , qui deprehensam in adulterio vxorem tetinuit, adulterumq; dimisit<sup>j</sup>. Hoc enim lenocinij loco habet , eademq; quia & adulterium, poena persequitur<sup>k</sup>. Et hoc Paulus lib. secundo sententiarum in hęc verba scribit<sup>l</sup> : *Eum qui deprehensam in adulterio vxorem non statim dimisit, reum lenocinij postulari placuit.* Tantam enim matiti lenitatem , qui vxori matrimonium violanti non irascatur, adulterumq; in ipsa turpitudine deprehensum non coercent, non esse ferendam lex existimans , in lenocinij crimine iure optimo ponit : quandoquidem aut lenonem esse , aut planè ferreum

<sup>a</sup> I.9.Ceo.tl.  
<sup>b</sup> o In Domini-  
ta.cap.8.

<sup>c</sup> P. 134. §.1.D.  
de ritu nupt.

<sup>d</sup> q. 1.6 interve-  
niēt. D. ad  
Turpil.

<sup>e</sup> r. I. 17. C. de  
adulter.

<sup>f</sup> s. I.Claudius.  
D.de his quæ  
et indign.

<sup>g</sup> t. I. 1. §. qui  
autem. D.de  
concubin.

<sup>h</sup> u. I.vit. D.de  
concubin.

<sup>i</sup> x. I palan. §.  
vlt. D.de ritu  
nupt.

<sup>j</sup> y. I.3.9. §. quod  
aut lex. I.3. de  
adulter.

<sup>k</sup> z. I.29. D.de  
adulter.

<sup>l</sup> a 1.2.Ceo.ti.

<sup>b</sup> b lauxilium.  
in fi. D.de mi-  
nor. I.3 §.led  
etli. de accus.

<sup>c</sup> Tit.17.

ferreum necesse est, cui scienti prudenti<sup>q</sup>; sine dolore tanta iniuria infertur. Atque ita Claudium Gotgum clarissimum vitum, cum deprehensam in adulterio vxorem retinuisse detectus esset, sine accusatore lenocinio damnatum Vlpian. refert<sup>d</sup>. Nec verò reprehensione caruisse illam tribuni militum patientiam Piinius<sup>e</sup> ait, qui post delatum adulterum vxorem retinuerat, quasi contentus ænulum remouisse. Sedenim lenocinij crimen hi demum contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem retinuerunt, non etiam qui suspectam, neque tamen deprehensam, vel conuictam habuerunt<sup>f</sup>. Etenim ne aliqua incredibilitatis excusatione maritus defendi posset, in ipsa turpitudine deprehensum ab eo esse adulterum lex desiderat, ut sic excusare ignorantiam suam non possit, vel praetextu incredibilitatis patientiam adumbare<sup>g</sup>. Et hoc quoq; à rege Rogerio in Neapolitanis legibus ita constituitur<sup>h</sup>. Poteſt autem de Solonis legibus hoc caput translatum videri. Nam illic ita erat<sup>i</sup>, ἵνα δέ εἰσι τῷ μοιχῷ, μη ὅτε στὸ τῷ ἱλόντι σωτηρὲ τῇ γυναικὶ. ἕπεται δέ σωτηρ, ἐπιμέτρος<sup>j</sup>. Enim uero hæc lenocinij ex lege Iulia descendens accusatio, æquè atque adulterij publica est<sup>k</sup>. Omnino enim lenocinij eadem, quæ adulterij, pœna statuitur<sup>l</sup>. Sed ex his demum causis, quæ nominatim verbis legis comprehenduntur: vide licet, si maritus adulterum dimiserit, vxoremq; deprehensam in adulterio retinuerit, pretiumue ob id acceperit, ut eam adulterari pateretur. Quibus veluti cancellis lenocinij crimen lex circumscriptis. Hoc meo iudicio Vlpianus sensit<sup>m</sup> his verbis. Lenocinij crimen lege Iulia prescriptum est. Lege enim definitæ sunt lenociniorum cause, extra quas institui contra maritum ex lege accusatio non potest. Itaque si quis vxoreni suam<sup>n</sup> (ponam enim eiusdem auctoris verba) non ob quæstum, sed neglegentiam, vel culpam vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem delinquere patiatur, matrimoniumq; suum contemnat, contaminationiq; non indigneatur, ei pœna adulterij non infligitur. Questionis est, an ab accusato adulterij possit marito lenocinij crimen referri. Placuit autem extraneum, postquam delatus est, lenocinium obiicientem non audiri, vxorem audiri<sup>o</sup>, si eam maritus ream adulterij faciat, non quidem ut lenocinij allegatione

<sup>d</sup> l. 1. s. vno-  
de. D. de adul-  
e Lib. 6. Epi-  
stol. ad Cor-  
nelia.

<sup>f</sup> l. 1. C. de  
adulter.

<sup>g</sup> l. 12. D. de  
adulter.

<sup>h</sup> Lib. 3. tit.  
<sup>j</sup> 26.  
<sup>i</sup> Demosth.  
r. Naufr.

<sup>k</sup> l. constan-  
te. D. de adul-  
ter.

<sup>l</sup> l. 13. s. fed &  
hi. D. de accu-  
satio.

<sup>m</sup> l. 12. s. leno-  
cinij. D. de a-  
dulter.

<sup>n</sup> d. 4. leno-  
cinij. & l. ma-  
riti. s. q. ouz-  
fū. D. eod. tit.

<sup>o</sup> l. 1. s. qui  
hoc dicit. D.  
de adulter.

ab

ab accusatione maritū repellat, criminē suum releuet. Constitutionibus enim obseruatur, vt non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. Lenocinium igitur mariti ipsum onerat, non mulierem excusat. Vnde poterit & is, qui de adulterio cognoscit, in maritum ob lenocinium statuere, & vel sine accusatore, detectum lenocinium vindicare. Hoc amplius & adulterij crimen ab vxore accusata viro obijicit poterit, quamquam ei viri accusandi ex lege potestas non sit. Quod præter interpretum opinionem perspicue tamen Papinianus demonstrat, cum ait<sup>1</sup>: *Iudex adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat, quæ res potest & virum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utrosque communicare.* Hoc verò ex Imperatoris Antonini rescripto sumptum est, cuius particulam Beatus Augustinus lib. secundo de Adulteri. coniug. ad Pollentium, ex Codice Gregoriano refert in hæc verba: *Sanè meæ literæ nulla ex parte cause præiudicabant. Neq; enim si penes te culpa fuit, ut matrimonium solueretur, & secundum legem Iuliam uxor tua Euplasia nuberet, propter rescriptum meum adulterij damnata erit: sin constet esse commissum. Habebunt autem ante oculos inquirere, an cùm tu publicè viueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. Periniquum enim mihi videtur esse, ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non exhibet: quæ res potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis, rem inter utrumque ponere, & causam facili tollere.* Quæ constitutio summam æquitatem religionemq; habet, maritisq; idem quod Lactantius præscribit<sup>2</sup>, exemplo continentiaz docendas esse uxores, ut se castè gerant. Iniquum est enim, ut id exigas quod ipse præstare non possis. Nam vt idem auctor alias post Quintilium<sup>3</sup> scribit, uxor eius, qui circa corruptendas alienas uxores occupatur, ex eo irritata, aut imitari se putat, aut vindicare. Atque hac excusatione adulterij crimen Clytemnestra apud Euripidem deprecatur:

Οταγ διαστολή αμερίαι πόσια  
Ταύδης μεγάλος λέπτη, μηδεδής δίδει.

P. I. s. D. de  
publijudic.

q. 1. s. vnde.  
D. de adulter.

r. I. 13. s. iu-  
dex. D. eod.

s. Lib. 6.

t. In Decla-  
matio.

**Ἐντονεὶς τὸν αὐτόν οὐ κατέστησεν οὐδὲν.**

u Epist. 94.

Hinc & Seneca ad Lucilium<sup>b</sup>: Improbus est, qui ab vxore pudicitia exigit, ipse alienarū corruptor vxorum. Aequum igitur est in adulterij quæstione mariti vitam in disquisitionem vocari, cuius vitio luxuriaq; accensa vxor, iniuriam se non tam facere, quam reserre existimet. Verumtamen ex eo Antonini rescripto, non bene meo quidem iudicio B. Augustinus elicit, maritum vxorem de adulterij crimine accusare non sini, cui moribus suis castitatis exemplum non præbuerit. Neque enim lenocinij, vel incontinentiae crimen maritum accusatione submouet, cum ex hac causa compensatio non admittatur, ut & ipsa rescripti verba probant. Quâquam contradicere Scæuola<sup>c</sup> videatur, cuius verba hæc sunt: *Cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores quos ipse aut ante corrupit, aut postea probauit? Si tamen ex mente legis sumet quis ut nec accusare possit qui lenocinium vxori præbuerit, audiendus est.*

In cuius nodi dissolutione valde Accursius cum suis impeditus est, & excogitat inanes quasdam differentias, quasi in specie à Scæuola proposita lenocinium ab eo, qui iam inter reos receptus esset, allegetur. Qua de re mirum in tota lege silentium. Tum verò de muliere loquitur, quæ etiam inter reas recepta, adulterij crimen reserre potest<sup>d</sup>. Quamobrem semper probauit opinionem existimantium de accusatione maritum, quæ inter coniuges soluto matrimonio instituebatur<sup>e</sup>, Scæuola responsum accipiendum esse: cuius iudicij hic exitus erat, ut alterutrius culpa diuortium factum pronuntiaret<sup>f</sup>. Plurimum enim ad dotis repetitionem intercerat, bonâc gratia, an alterius culpa matrimonium dissolutum esset, idq; & in rei vxorij actione in quæstionem vocari solitum Quintilian. ipse prodidit<sup>g</sup>, propterea quod illo casu suum utrique coniugum saluum, atque immunitum ius manebat<sup>h</sup>. Hoc verò maritus quidem, qui propter grauiores suos mores dissidiij causam præstisset, presentem, atque integrum dotem reddere cogebatur<sup>i</sup>, quæ alioquin in diem tantum reddi debuisset. Mulier autem, cuius culpa diuortium fieret, dotis parte multabatur. Morum enim eius nomine, ut à Paulo<sup>j</sup> & Vlpia<sup>k</sup> in Institutionibus scriptum est, grauiorum sextam in singulos

x I. cum mulier. D. soluto matrimon.

y I. 1. §. 1. D. de adulter.

z I. 5. D. de pauci. dotib.

a I. viro. D. solut. in. m. r.

b Lib. 7. ca. 4.  
c I. vxores. in fin. D. de diuort.

d Cie. in Topic. Vlpia. in Institutionib. tit. de dotib.

e Boëthius in Top. Cie.  
f In Institutionib. de dotib.

liberos

liberos dotis partem maritus retinebat: leuiorum autē, octauam. Grauiores mores adulteria tantum erāt, leuiiores omnes reliqui. Exq; sunt retentiones, quas ex dote olim ob mores factas Iustinianus indicat<sup>g</sup>. Ex quo sequitur iure antiquo mulierem, cuius culpa matrimonium solutum esset, integræ dotis damnum non subiisse. Ceterum Theodosij cōstitutione<sup>h</sup>, quæ iuri antiquo in hac parte, quantum existimo, derogat, mulier quæ culpas eadem lege definitas, quibus & alias tres præterea Iustinia adiunxit<sup>i</sup>, contraxerit, totius dotis, donatio-nisq; propter nuptias amissione punitur: aut (quod est à Iu-stinian additum<sup>k</sup>) si sine dote ducta sit, quartæ partis bonorum damnum sustinet. Vnde fit, ut eos prudentum imperatorumq;, qui Theodosium præcesserunt, locos, quibus culpa mulieris soluto matrimonio dotem apud virum remanere definitum est<sup>l</sup>, ausim dicere à Iriboniano violatos esse, vt cum nouissimis constitutionibus congruerent. Nam illo casu certissimum est iure antiquo dotis tantum partem mulieri perire. Quod etiam, si mulier adulterata fuisset, scrubabatur: ex ea enim causa eas, quas mox diximus partes, maritus ex dote retinebat, vel iudicio de moribus instituto auferebat, nisi si ipse quoque maritus impudice viuens exemplo suo ad peccandum mulierem induxisset, vel eam ob quæstum adulterari passus esset. Tunc enim mores accusare volens non audiebatur, quos vel iam antè corrupisset, vel postea probasset. Idq; ex inente legis sumi Scœuola ait, quod & Papinianus his verbis significat<sup>m</sup>: *Viro atque uxore mores inuicem accusantibus causam diuortij utrumque dedisse pronuntiatum est. Id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contempserunt, neuter vindicetur. Paria enim delerunt a mutua pensione dissoluuntur.* Multum ergo, ut hunc locum concludam, ab adulterio accusatione morum accusatio distat. Alterū enim publicum, alterum priuatum iudiciū est: alterum, si à marito instituatur, lenocinij allegatione quasi cōpensatione mutui criminis excluditur, alterū non itē. De moribus autē actio, accusatio appellatur<sup>n</sup>: & ideo nemini mirum videri debet, quòd Scœuola accusandi verbo utitur. Quinetiā heredi olim ea actio nō dabatur<sup>o</sup>: deniq; & à Valentiniano in criminalibus actionibus numeratur<sup>p</sup>. Abolita verò, & sublata est à Iustiniano<sup>q</sup>.

g. l.vn. §. ta-  
ceat. C.de rei  
vra. actio.  
h. l. cōcensu.  
C.de repud.

i. Lvl. C.de  
repud. Nou.  
de nupt.

k. In d.lvid.

l. l39. D.sol.  
mat. l.miles. §.  
socer. D. de  
adulter. l.24.  
C.de iur.dor.

m. In l.virp.  
D.solmatr.

n. In d.l.vi-  
ro.  
o. l.rei iudi-  
cator. §. v.l. l.D.  
sol.mar.Cod.  
Theod. lib.3,  
tit.12.  
p. l.r. v.i.c.i.  
crim. age. pos.  
Cod. Theod.  
q. l.vki.C.de  
repud. l.vn. §.  
taceat. D. de  
rei vra. act.

## MYLIERI ACCVSANDÆ.

Sex mensium tempus ad accusandam mulierem lex constituit<sup>a</sup>: ex quibus duo marito patrii, iure priuilegiario dantur, intra quos nulli alij accusandi facultas est<sup>b</sup>, dum illorum voluntas expectatur. Extraneis vero quattuor menses post patrem & maritum dantur & ipsis utiles<sup>c</sup>, atque ita sex menses complentur. Nam sexaginta dies, quos marito atque patri lex praestituit, duos menses efficiunt: quamquam ubi lex duorum mensium facit mentionem, etiam qui sexagesimo & primo die venerit, audiatur<sup>d</sup>. Horum vero sex mensium ea fit separatio<sup>e</sup>, vt in nupta quidem ex die diuortij sex menses computentur, in vidua ex die commissi criminis. Post hoc vero tempus qui accusationem inferunt, præscriptione sumouentur<sup>f</sup>.

**AD VLTERVM AD VLTERAM'VE.**

**z** l.miles. §.prx-  
terea. D.de adulterij.  
**x** l.19. §.sex  
mocium. D.  
de adulter.  
**y** l.1. §.accu-  
sationem. D.  
ad Turpilia.

Adulteri intra quinquennium quod continuum numeratur, accusari etiam defuncta muliere possunt<sup>g</sup>, post quinquennium non possunt, caq; præscriptio illis lege competit<sup>h</sup>. Hoc vero quinquennium ex die commissi criminis computatur, & ipsis quandoque mulieri utile est. Nam si ex die diuortij sexaginta tantum dies intercesserint, ex commissi vero criminis die quinquennium præterierit, mulier accusari non poterit: quoniam continui quinquennij lapsu crimen sopotum est<sup>i</sup>. Non tantum autem adulterio, sed & ceteris criminiibus, que pro adulterio lex vindicar, quinquennium præstutum est, vt siue stuprui obiciatur, siue lenocinium, siue domus præbita arguatur, quinquennium obseruetur<sup>j</sup>. Ceterum qui per vim stuprum intulerint, sine præfinitione temporis accusari possunt, cum raptus crimen legis Iulie de adulterijs potestatem exceedat, & ad legem Iuliam de vi pertineat<sup>k</sup>. Præscriptione quoque quinque annorum crimen incesti adulterio coniunctum non excluditur<sup>l</sup>: Incestus enim hac lege non coercetur<sup>m</sup>. Sed nec suppositi partus accusatio quinquennij præscriptione repellitur<sup>n</sup>. Relinquitur igitur solis adulterijs, & stupris sine vi admisis, lenocinijsq; quæ lege coercentur, quinquennij spatium computari. Cetera ferè omnia

**z** l.miles. §.  
ad adulter.  
**a** l.1. §.ac-  
casionem. D.  
ad Turpili. l.¶.C.  
de adulter.

**b** l.19. §.prx-  
terea. D.de adulter.

**c** d. l. 19. §.  
hoc quinque-  
nium.

**d** l.5.in fin. D.  
ad leg. ful. de  
vi pub. d.l.19.  
§.vici.

**e** l.19. §.pre-  
scriptione. D.  
de adulter.

**f** l. deince-  
sto. D.de que-  
stio.

**g** l.19.in fin.  
D.de fall.

omnia crimina, quæ lege Iulia non apprehenduntur, viginti  
annorum exceptione excluduntur<sup>b</sup>. Quinquennium autem  
ex eo die accipiendum est, quo quid admisum est<sup>c</sup> dicitur,  
& ad eum diem quo quis postulatur, non ad cum diem, quo  
iudicium de adulterijs exetetur<sup>d</sup>. Et quamquam continuò  
quinquennium numeretur, si tamen propter mulierem, quæ  
prior rea facta fuerit, adulterer eodem tempore reus facti non  
potuerit, & diu tracta lite quinquennium transierit, vel is  
qui intra quinquennium accusationem intulerat, reum non  
pcregerit, vel prævaricatus sit, & alius eundem repetere ve-  
lit, computationi quinquennij eximetur id tempus, quod  
per postulationem præcedentem consumptum est<sup>e</sup>. Ex his  
definire possumus præscriptiones ex lege Iulia descendentes.  
Quarum una quinquennij est, altera sex mensium<sup>f</sup>, qua semi-  
nz adulteriæ accusatio excluditur<sup>g</sup>. Altera est, qua vtitur mu-  
lier nupta, vt ab adultero prius, quam à se incipiatur. Est &  
illa, quæ accusantem idco repellit, quod minor viginti quin-  
que annis sit. Quarum omnium præscriptionum illud com-  
munc est, quod ante tractari debent, quam inter reos quis  
recipiatur. Posteaquam verò semel receptus est, amplius obij-  
ci non possunt<sup>h</sup>.

## DE SERVIS ANCILLIS'VE.

Vetus iurius constitutio est, in caput domini seruos torque-  
ri, vel de domino sine questione interrogari non posse. Id  
quod propter eam, quam dominis præstare serui debent, re-  
verentiam, aut etiam propter innatum mancipiorum in do-  
minos odium, quorum dicto periculose videbatur domini  
salutem committi, more maiorum comparatum fuit, quem-  
admodum Cicero pro rege Dicioraro auctor est: vel, vt à Ci-  
cerone Tacitus<sup>i</sup> dissentiens scribit, Senatus consulto vetere  
constitutum. In causa tamen fraudati census, læsaq; majesta<sup>j</sup>  
tis<sup>k</sup>, & adulterij<sup>l</sup>, propter criminum atrocitatem ab hac re-  
gula recessum fuit. Quibus & incestus crimen antiquitus an-  
numerabatur. Sic enim Cicero pro Milone: De seruis in do-  
minum nulla questio est, nisi de incestu, vt fuit in Clodium.  
Idem in Partitionib. De nostrorum etiam prudentissimorum  
hominum institutis, qui cum de seruis in dominos queri no-

<sup>b</sup> I. querellis.  
<sup>c</sup> C. de fals.

<sup>d</sup> i Ls. 9. §. quin-  
quennium. D.  
de adult.

<sup>e</sup> k I. quinque-  
nium. D. de  
adulter.

<sup>f</sup> l Ls. C. de a-  
dulter.  
m Ls. §. accu-  
satioem. D.  
ad Turpilia.

<sup>h</sup> n Ls. 5. præ-  
scriptiones. D.  
de adult.

<sup>i</sup> o Lib. 2.

<sup>p</sup> p Ls. C. de  
quaest.

<sup>q</sup> q Ls. 7. C. de  
adult. l. 7. D.  
de quaestio.

luisserent, de incestu tamen & coniuratione, quæ facta me Consule est, quærendum putauerunt. Itaq; cùm M. Antonius clarissimus sui temporis orator incesti reus ageretur, in eo iudicio seruum eius in quæstionem postulatum esse legimus<sup>5</sup>.

<sup>r</sup> Valerius li  
bro 6. cap. 3.

Hinc etiam incestus accusatam Minutiam Vestalem à pontificibus iussam in potestate familiam habere Liuius reser: quod in hac causa aduersus eam quæstio de familia haberri poterat. Verum enim iuxta post legem Iuliam, quæ in adulterij causa seruorum aduersus dominos quæstionem introduxit, factum est nescio quo modo, ut incestus crimen, quod ea lege comprehensum non erat, ex ea quoque legis seueritate euolaret. Vnde Vlpianus<sup>6</sup>: In incesto, ut Papinianus respondit, & est rescriptum, seruorum tormenta cessant, quia & lex Iulia cessat. Non aliter igitur hodie in dominorum personam in incestu serui torquentur, quam si adulterium incestui adiunctum sit<sup>7</sup>. Sed nec in quæstione raptus stupriue de seruis aduersus dominum queritur<sup>8</sup>. Quintiam Aurelianum constituisse Trebellius Pollio scribit, ut ne in maiestatis quidem causa serui in dominorum caput torquerentur. Igitur tum demum seruorum tormenta locum habent, cùm in nuptiam adulterium commissum esse dicitur. Et ita cùm Octaviae Neronis vxori fictum adulterij cum seruo commissi crimen obijceretur, actas ob id de ancillis eius quæstiones, & vi tormentorum vietas quasdam, ut falsa annuerent, Tacitus lib. xiiij. memorat. Torquentur vero primum serui eius, qui quæ ue adulterij postulatur, sive proprietatem, sive nudum fructum habeant<sup>9</sup>. Nam & fructuarij serui in seruitute suis videtur, nec tam proprietatis causa ad quæstionem, quæni ministerij pertinet. Ergo & si bona fide reo seruus alienus seruiat, interrogari eum posse per quæstionem admittimus. Torquetur & is, cui fideicommissaria libertas debetur<sup>10</sup>, quod alijs non temere fieri solet: & ita demum, si aliorum quæstionibus oneretur<sup>11</sup>. Itaque eti dominus à familia occisus esse dicatur, ad eius, cui fideicommissaria libertas relicta est, tormenta non esse festinandum D. Pius rescripsit<sup>12</sup>. Planè statuliberos quæstioni postulari posse Paulus lib. i. de Adulterijs scribit<sup>13</sup>.

<sup>s</sup> L. inince-  
sto. D. de qua-  
stion.

<sup>t</sup> I. si quis vi-  
duam. D. de  
qua-  
stion.

<sup>u</sup> I. extario.  
D. de qua-  
stion.

<sup>x</sup> I. si postu-  
lauerit. S. de  
eo. D. de adul-  
ter.

<sup>y</sup> I. si postu-  
lauerit. S. de  
eo. D. de adul-  
ter.

<sup>z</sup> I. s. D. de  
qua-  
stion.

<sup>a</sup> I. S. sed in  
eo. D. ad Sila-  
nus.

<sup>b</sup> I. & in S. D.

<sup>c</sup> I. g. D. dc  
statulib.

Hi enim, quo ad statutæ libertatis casus eueniat, tantisper heredis sunt<sup>14</sup>, ac vel venundari ex sententia legis duodecim

Tabul

Tabularum<sup>d</sup>, spe tamen retenta, possunt. Diuus etiam Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit<sup>e</sup> & de exteris seruis quæstionem haberi. Serui quoque parentum eius, de quo vel de qua quæritur, qui eis in usum concessi fuerint, quæstioni ex lege postulari possunt<sup>f</sup>, sed iustorum demum parentum<sup>g</sup>, non naturalium. Nec tantum marito, vel patre, sed & extra-neo accusante, in caput dominorum serui totquentur<sup>h</sup>. Dat verò lex<sup>i</sup> patronis seruos, qui quæstioni subduntur, interrogandi potestatem. Quod ex more antiquo profectum Budæus annotat, quo à patronis causarum testes palam interrogari solebant, ut Quintilianus indicat<sup>k</sup>. Quæstionis verò modum iudices arbitrii oportere Vlpian.lib.iiij.de adulterijs. scribit<sup>l</sup>, atque ita quæstionem habere, ut seruus saluus sit vel innocentia, vel supplicio.

## SERVVS DE QVO QVÆSTIO.

Iubet lex eos seruos, qui quæstioni suppositi fuerint, publicari<sup>m</sup>, ne in potestatem dominorum reuertantur. Ratio autem publicandorum seruorum ea est, ut sine ullo metu verum dicant, & ne dum timent se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quæstione. Non tamen antè quam quæstio habita fuerit publicantur: sed siue accusauerint, siue negauerint, nihilominus publicantur, ne spe meriti collocandi in eum, cuius in potestatem reuersuri sunt, in mendacio perseuerent. Ex quo intellegimus eos dumtaxat seruos publicari, quorum dominium vel ad reum vel ad accusatorem pertineat. Nam alienos seruos cur publicemus, causa nulla est<sup>n</sup>. Hanc autem seruorum publicationem, ut ne maiorum instituta offenderentur, quibus torquere in caput dominorum serui vetantur, remedij loco ab Augusto inuentam Dionita scribit<sup>o</sup>: ὅτι δέ ἐν θέρη μέλειον τῷ Φίδιαντε βασικεύεινται, ἐκλαυστρη σόσις ἀγράσια τόπος τινὸς γένεται, τῷ δημοσίῳ αὐτὸν, καὶ τῷ ιαυτῷ πιπάσκειν, σωσις αἰλούτρια<sup>p</sup> Φιδενομέλειον ἡγετεῖνται. Idemq; postea quoties aduersus dominos serui torquendi erant, usurpatum Corn. Tacit.indicat. Et quia, inquit<sup>r</sup>, vetere Senatusconsulto quæstio in caput domini prohibebatur, callidus, & noui iuris repertor Tiberius, mancipari singulos actori publico iubet, scilicet ut in alienum ex seruis saluo

d l.17. D.de statulib.  
e l.17. §.ha-  
beri. D.de a-  
dulter.

f d. l.17. §.  
haberi. & l.12.  
§.pater. D.qui  
& à quib.  
g l.3. C.de adulter.

h l.17. D. de quæst.  
i l.17. §.que-  
stioni. D. de adulter.

j Lib.5.ca.7.  
l l.7. D. de questio.

m l.17. §.iu-  
bet. D.de a-  
dulter.

n In d.5.iu-  
bet.

o Lib.5.

p Lib.1. An-  
nal.

q. Lib. 3. Ad- saluo Senatusconsulto quæretetur. Idem aliàs <sup>a</sup>: Seruos quo-  
 que Syllani , vt tormentis interrogarentur , actor publicus  
 mancipio acceperat. Quamquam nec hoc posterioribus tem-  
 poribus placuisse videatur , cùm luteconsulti definiant ser-  
 um in caput eius domini , à quo alienatus est , cuiq; aliquan-  
 do seruuit , in memoriam prioris domini interrogari non  
 posse. Illud etiam lege comprehensam erat , vt absoluto reo  
 seruorum aestimatione inita , siue mortui essent , quantæ pec-  
 cunia fuerant ante questionem : siue salvi essent , quantæ pec-  
 cunia in his damnum datum fuisset , condemnatio fieret. Id  
 circa caueri de seruorum damno ei , ad quem ea res pertine-  
 bat , visitatum erat : idemq; generaliter obseruatum , quotiens  
 alieni serui in questionem postulabantur , Paul. in lib. Senten-  
 tiar. <sup>b</sup> & Modestinus <sup>c</sup> tradunt. Hinc & aliàs seruum questionis habendæ causa estimatum datum legimus <sup>d</sup>. Atque hoc  
 transferendum est illud Papiniani <sup>e</sup> , Patre , vel marito de  
 adulterio agente , & postulantibus de seruis rei , vt questione ha-  
 beatur , si verè causa perorata testibus probatis , absolutio  
 secuta fuerit , mancipiorum , quæ mortua sunt , estimatio ha-  
 betur. Secuta verò damnatione quæ supersunt , publican-  
 tur. Similium autem , quod ex hoc capite descendit , condi-  
 tione ex lege petetur <sup>f</sup>.

z. L. 18. D. de adulter.

## SERVI QVI QVÆSTIONI.

Prospexit legislator , ne mancipia questioni subducantur ,  
 dum intra sexagesimum diem ex die diuortij numerandum  
 eos manumitti prohibet <sup>a</sup>. Manumissionem enim libertatem  
 adepti iam in aliorum caput torqueri non potuissent <sup>b</sup>. Ideo  
 & in ceteris causis antiquitus excepta aduersus aliquem cogni-  
 tione , si qua per seruorum questionem veritatis eruendæ spes  
 erat . ab eo qui questioni præterat , reo imperari solitum ex Li-  
 uiu <sup>c</sup> & Pædiano <sup>d</sup> colligimus , vti seruos in potestate haberet ,  
 ne quis ex his manumissione questioni subtraheretur. Pro-  
 hibet verò in vniuersum lex Iulia in totum manumitti ser-  
 uos , qui questioni postulari possint. Itaque mulier , quæ di-  
 uertit , omnes omnino seruos suos , etiamsi extra ministerium  
 eius sint , nec eos tantum , quos adulterij tempore in mini-  
 sterio habuerit , sed & quos postea comparauerit , alienare  
 manum

a. l. prosp-  
 xir. D. qui & à  
 quib. l. 3. C. de  
 adulter.

b. l. 1. s. ser-  
 uos. l. 6. quis  
 ne. D. de quæ-  
 stio.

c. Lib. 8.

d. Padia. In  
Malonia.

manumittere prohibetur, quia hi quoque questioni subjici possunt<sup>c</sup>. Sed hoc posterius, ut durum, à Gratia. & Valent. emendatur<sup>f</sup>. Patet verò, cuius in potestate filia fuerit, itemq; mater, ea tantum mancipia manumittere alienaréue prohibentur, quæ in ministerium usumq; filiæ ab eis fuerint attributa<sup>e</sup>. Atque hinc exemplum accommodatissimum petetur ad illum Scæuolæ locum<sup>b</sup>, in quo ita est: *Si non lex Aelia Sentia, sed alia lex vel Senatus consultum, aut etiam constitutio serui libertatem impediat, is necessarius fieri non potest, etiam si non sit soluendo testator.* Quod præterea etiam ad legem Fauiam referri potest, qua seruus, qui plagium admiserat, pro quo pœnam dominus intulisset, intra decem annos manumitti prohibebatur<sup>i</sup>. Potest & hoc referri quod à Marcello scriptum est<sup>k</sup>: *Militem testamento suo manumittendo nihil efficere in eo, cuius libertas lege Aelia Sentia vel aliqua impeditur.* Illud prætermittendum non est, seruum purè manumissum, cuius status propter adulterij questionem ex hac lege suspenditur, cùm ei libertas propter impedimentum iuris post aditam hereditatem non competit; ex eodem testamento neque legata, neque fideicomissa purè data sperare posse<sup>j</sup>, cum eorum dies iniuncti cedat antequam libertas ex testamento contigerit. Sed nec vniiter cum libertate seruus adulterij accusatus à domina heres instituitur, ut constitutio Seueri, & Antonini significatur, cuius verbâ hæc sunt<sup>m</sup>: *Seruum adulterij accusatum, non iure testamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerit eiusdem criminis postulata, rationis est.* In hoc verò rescripto Iustinianus<sup>n</sup> non accusatum, sed adulterio maculatum legit: quod & probabilius videtur, quandoquidem eodem tempore simul mulierem atque seruum accusari lex Julia non patiebatur. Ceterum intra sexagesimum diem diuortij manumittere lex Iulia prohibet: Quare siue diuertit mulier, siue repudio missa sit, manumissio impeditur. Sed si bona gratia; id est, communī utriusque consensu, vel morte mariti, vel aliqua pœna matrimonium finitum sit, manumissio vel alienatio non impeditur<sup>o</sup>. Planè si constante matrimonio mulier dum diuortium cogitat, manumittat, vel alienet, & hoc dilucidis probationibus fuerit approbatum, quasi in fraudem le-

e d. l. prospexit s.t.  
f l. in adulteri. C. de adukter.

g d. l. prospexit s.t. §. pater. & l. si postulauerit. §. haberi. D. de adukter. h l. si nō lex. D. de hered. instit.

i l. 12. D. de manum. l. 13. §. si deportari. D. de capt. k l. si à militi. §. l. D. de milit. test.

I l. cùm fili. §. seruus. D. de leg. ij.

m l. 48. §. interdum. D. de hered. instit.

n In §. est tamē casus. In- stir. de hered. instit.

o l. sed si ma- ritis. §. l. D. qui & à quib.

p. d. I. sed si gis factum sit, non debet manumissio vel alienatio valere<sup>a</sup>.  
 marit. f. pen.  
 Quintiam ultra sexagesimum diem manumissio impeditur,  
 si diutius cognitio adulterij trahatur, vt intra sexaginta dies  
 finiri non possit: & hoc prudentes, ad legem suppleuerent<sup>b</sup>.  
 q. I. prosp. -  
 xir. f. sextus.  
 D. qui & à  
 quib.  
 r. In d. sed si  
 maritus.  
 Vlpianus probat<sup>c</sup> non posse. Quamuis enim à marito mulier  
 accusari non possit, potest tamen à patre. Enimvero si intra  
 sexagesimum diem testamento supra scriptæ personæ liberta-  
 tem seruis reliquerint, omnino inutilis libertatis datio non  
 est. Quamquam enim ad puram libertatem legatumq; purè  
 ex eo testamento consequendum non proficiat, tamen pro  
 libertate in diem statuta valet. Erit igitur huiusmodi seruis  
 statuliber<sup>d</sup>, & spem libertatis post sexagesimum diem adipi-  
 scandæ statu interim extrinsecus suspenso<sup>e</sup>, secum trahet.  
 Porro etiam muliere intra sexagesimū diem mortua, quam-  
 quam crimen extinctum sit, eadem tamen tempora obser-  
 uari Iustinianus<sup>f</sup> constituit, propter ciuiles de dotis lucro  
 questiones: in quibus cùm mulieris crimen in iudicium vo-  
 cetur, vt eius probationem per seruorum questionem mari-  
 tus habeat, seruari in duos menses familiam præcipit.

## ADVLTERII DAMNATO.

Damnatam adulterij mulierem lex Iulia de adulterijs te-  
 steni produci, vel dicere testimonium vetabat<sup>g</sup>. Vnde Paulus  
 lib.11. de adulterijs<sup>h</sup>, Ex eo, ait, quod probibet lex Iulia de  
 adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierem, collu-  
 gitur etiam mulieres in iudicio testimonij dicendi ius babere.  
 Non tantum autem mulierem, sed & adulterij damnatum  
 quemlibet à testimonio dicendo lex Iulia repellebat. Itaque  
 ad testamētum faciendum adhiberi adulterij damnatus non  
 poterat, nec si adhibitus suisset, valebat testamentum: adeò  
 vt neque hereditas adiri ex eo, neq; honorum possidio peti  
 posset. Quemadmodum à Papiniano libro singulari de adul-  
 terijs scriptum erat<sup>i</sup>. In adulterij porro causa prætorum quo-  
 que testimonium dare debere Senatus censuit<sup>j</sup>. Apud Pa-  
 pinia.lib.1.de adulterijs agitabatur<sup>k</sup>, an in hac causa testimo-  
 nij dictio esset calumniæ causa publico iudicio damnatis.  
 Neque

Neque enim Remmia lege, quæ de calumniatoribus lata est<sup>c</sup>, nec vlla alia lege testimonium perhibere vetantur, sed quod legibus omisum est, non omittetur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Ceterorum quoque, qui in alijs publicis iudicijs testes idonei non sunt, testimonium hic non recipiatur.

## DIVORTIA SEPTEM CIVIBVS.

Caput hoc duobus locis probatur: Vnus est, ex Vlpian.lib. quadragesimo septimo ad Edictum, in quo ita est<sup>d</sup>: *Item Iu-* d. Ivn. in fin.  
D. unde vir &  
vxo.  
*lia de adulterijs, nisi certo modo diuortium factum sit, pro in-*  
*fecto babet.* Alter est Pauli ex libro secundo de adulterijs, in  
hæc verba<sup>e</sup>: *Nullum diuortium ratum est, nisi septem ciuibus e I. nullū. D.*  
*Romania puberibus adhibitis preter libertum eius, qui diuor- de diuort.*  
*tium faciet.* Et hoc quoque Suetonius in Augusto significat.  
Cumq; etiam, ait<sup>f</sup>, iminutitate sponsarum, & matrimonio- f Cap.34.  
rum cerebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus spon-  
sas habendi coartauit, diuortijs modum imposuit. Ceterum  
diuertia ex duodecim tabulis certis pactisq; verbis siebant,  
& certa sollemnitate. Verba legitima usitataq; hæc suisse Ca-  
ius tradit<sup>g</sup>, *RES TVAS TIBI HABETO, RES TVAS* g. I. 2. D. de  
*TIBI AGITO.* Cic. i. Philipp. Minam exegit: res suas sibi  
habere iussit ex duodecim tabulis. Martialis lib. iii. i. Epigr.

*Mensē nouo Lani veterem Proculeia maritum*

*Describis, atque iubes res sibi habere suas.*

Fuit autem priscis temporibus tanta in matrimoniorum con-  
cordia, ut per annos ferme sexcentos ab Urbe condita nulla  
repudium sensisse domus dicatur. Quamquam in annorum  
numero leuiter aliquantulum auctores dissentiant<sup>h</sup>. Postea ita  
fueré frequentia diuertia, ut à quibusdam mulieribus nō iam  
consulim, sed maritorum numero annos computari Seneca  
conqueratur<sup>i</sup>. Hinc & illud Martialis<sup>k</sup>:

*Iulia lex populis ex quo Faustine relata est,*

*Atque intrare domos iussa pudicitia,*

*Aut minus, aut certè plus quam digesima lux est,*

*Et nubit decimo iam Thelesina viro.*

*Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est.*

h Gell.lib.4.  
cap.50. & lib.  
17. cap.17. Va-  
ler. lib.1. ca.1.  
Tertullian. in  
Apologet.

i Lib.3 de Be-  
nefic. cap.16.  
k Lib.8.Epi-  
gram.

## Offendor mæcha simpliciore minus.

l Cap. 6.

Terrullianus in Apologetico<sup>1</sup>. Repudium verò iam votum est, & quasi matrimonij fructus. Cui malo vt subueniret Augustus, certam faciendorum diuortiorum formam prescripsit, extra quam diuortia facta irrita essent. Itaq; quod Gaius m 1. pen. D. scribit<sup>2</sup>: *Si ex lege repudium missum non sit, sic accipiendum est ex lege olim xij. Tabul. hodic Iulia. Eodemq; modo interpretandum, quod alias<sup>3</sup> legitur, si non secundum legitimam obseruationem diuortium factum sit, donationes post tale diuortium factas nullius momenti esse, cum non videatur solutum matrimonium. Exigit autem lex septem testium numerum, ut aliquo pudore levitatis tot inspestantibus testibus diuertentes afficiantur. Nec quoslibet testes admittit, sed ciues Romanos demum, eosq; puberes. Impuberis ergo repellit, qui & in testamentis omnibusq; quæ per æs & libram fiebant mancipationibus, à testimonio arcebantur<sup>4</sup>.* Quod autem ait lex *præter libertum*, id Accursius malè interpretatur, quasi ultra septem testium numerum liberti presentia defideretur: cum ea legis sententia sit, ut à septem testium numero libertos eius qui diuerteret, repellere velit, quasi non idoneos in hac causa futuros testes.

o Institut. de  
testament. in  
princ.

## DOTALE PRÆDIVM.

p 1. i. D. de  
fun. dot.

q Tit. 22.

r 1.2. 1.3. 1.6.  
1.11. 1.13. 1.14.  
D. de fundat.s 1. 13. D. de  
fundat.t 1.14. §.1. de  
fun. dot.u 1. p. D. de  
fun. dot.

Legem Iuliam, quæ De fundo dotali vulgo appellatur<sup>5</sup>, partem suisse legis Iuliæ de adulterijs, Paulus lib. secundo sententiarum<sup>6</sup> apertissimè indicat. Lege, ait, Iulia de adulterijs cauetur, ne dotale prædium maritus inuita vxore alienet. Idemq; & ex inscriptionibus legum sub titulo de fundo dotali positarum intelligimus: quæ serè omnes<sup>7</sup> ex Iureconsultorum de adulterijs libris transcriptæ sunt. Dotale autem prædium, ut Vlpianus interpretatur<sup>8</sup>, accipere debemus tam urbani, quam rusticum. Ad omne enim ædificium lex Iulia pertinet. Sed enim dotale id demum est, cuius dominium marito quæsitus sit, ut tunc alienatio eius prohibeatur. Nec interest, ipsa mulier dederit, an alias eius nomine. Cum enim propter vxorem ad maritum fundus perueniat, dotalis est<sup>9</sup>. Sed et si marito debitorum fundi id, quod debebat dōti mulier promiserit, dotalis fundus efficietur<sup>10</sup>: si modò in matrī-dominio

minio is fuētit. Nam si alienus sit, in pendentri erit: & tunc fiet dotalis, cūm ad eum petuenerit<sup>z</sup>. Planè si fundum aut decem debenti, id quod debet, doti promissum sit, in arbitrio eius est, quod in dote sit. Hinc consequens est, si ei promittatur, qui Cornelianum, aut Sempronianū fundum debeat, vtrum eorum mallet, cum dotalē fututum: & vtūm volet, alienatum, maritum altētum alienare non posse<sup>y</sup>. Si tamen alienatum cursus redimat, adhuc in eius potestate est, an eum quem retinuissest alienari velit, ita ambulatoria erit legis Iuliæ potestas: quia & ea dotalis obligationis natura fuit. Quod si Stichum aut fundum debet, Sticho mortuo fundus in dotem erit. Sed si doti fundus estimatus datus sit, videamus, an is ad legem Iuliam pertineat quasi dotalis. Et probandum est ita demum in eo fundo legem Iuliam locum habere, si conuerterit ut electio mulieri seruetur: quo casu Seueri & Antonini rescriptum procedit<sup>z</sup>. At si marito electio data sit, aut etiam nihil de electione adiectum, contrā erit<sup>a</sup>. Nam cūm vtroque casu liceat marito, si hoc malit, fundi pretium quasi venditione facta offerte, sine mulieris iniuria fundus recte alienatur. Fundum planè sibi legatum, si mulier dotis causa repudiae-rit, vel etiam substituto viro hereditatem aut legatum omis-serit, dotalis fundus fiet. Dotali quoque seruo legatus fundus, quoniam mulieri adquiritur quasi dotalis, lege Iulia contine-tur.<sup>b</sup> Ait lex, *Prædium*. Vnde apparet in rebus tantum soli legem Iuliam locū habete<sup>b</sup>: Mobiles verò res vel se mouentes alienari posse. Quamobrem & scriui dotales inanumitti à vi-ro constante matrimonio possunt, si is soluendo sit<sup>c</sup>. Prædij appellatione etiam pars continetur<sup>d</sup>. Proinde siue totum præ-dium in dotem sit datum, siue pars prædij, alienari non poterit. Nam & pars fundi recte fundus appellatur<sup>e</sup>, eodemq; mo-do, quod prætor edixit. Eius rei de qua iusurandum delatum erit, sic accipimus<sup>f</sup>, sine de toto re: siue de parte sit iuratum.

Sequitur in lege, *Italicum*. Lex enim Iulia ad Italica dum-taxat prædia pertinebat<sup>g</sup>, id est, quæ in Italicō solo essent. Potestā verò est à Iustiniano ad prouincialia prædia. Ex eu-iis constitutionibus eadem prouincialium quæ Italicorum prædiorum causa est<sup>h</sup>. Itaque quæ in prædijs Italicis dumtaxat antea locum habebat vñcupatio, etiam in prouincialibus

x 1.14.5. p.c.  
nult.co.

y 1.9. D. de  
fun-dot.

z 1.1. C. de:  
fundot.  
a 1. quod si  
fundus.

b In Iustit. quib alienat.

c Seruo du-talem. D. de inanumitti.  
d 1.3. 5.1. D. de fun-dot.  
e 1.34. in fin. de leg j.

f 1.7. D. de iurejur.

g 1.vñ. 5. &  
cu. n. lex. C. de  
rei vx act.

h 5. per tra-  
duzione. Int. je-  
de ret. statu.

ex Iustiniani constitutione procedit vñucapio, sublata iam antiqua prædiorum mancipi & nec mancipi differentia<sup>a</sup>. Quod autem de marito hoc capite constituitur, etiam ad sponsum produci<sup>b</sup>, & quod de vxore dicitur, ad sponsam quoque pertinere<sup>c</sup> placuit. Ait lex, ne alienato. Alienatio dicitur omnis actus, per quem dominium transfertur<sup>d</sup>. Itaque non tantum distracti dotalis fundus, sed & donari, & legari, & permutari, & in solutum dari prohibetur. His enim omnibus modis dominium transit. Ac ne, si quidem miles dotalcm fundum le-gauerit, legatum propter legem Iuliam ratum erit<sup>e</sup>. Nam & quæ in militari testamento aduersus leges scribuntur, nullam vim habent<sup>f</sup>. Alienatum autem propriè non videtur, quod adhuc in dominio nostro manet: quamquam venditum re-ctè dicatur<sup>g</sup>: sed tamen alienatione prohibita eos quoq; ca-sus comprehendendi intellegimus, quibus vel à dominio separa-tum ius re aliquod transfertur<sup>h</sup>. Quare nec seruitutes dotali prædio imponere<sup>i</sup>, nec vsumfructū, vel vsum in alium transfe-re maritus poterit, siue solus, siue proprietati iunetus in do-term vñusfructus datus sit<sup>j</sup>. Simili modo dicetur nec ius ἀγρονομικόν vel ἀμβετυστρόν alienari posse, si hoc in dotem da-tum sit: quamuis ius prædij potius sit<sup>k</sup>. Hoc amplius, nec ser-uitutes prædio dotali debitas maritus remittere, vel nō vtendo amittere potest<sup>l</sup>. Alienare enim & is videtur<sup>m</sup>, qui non vtendo amisit seruitutem. Cui consequens est: libertatem seruitutis urbano prædio dotali debitat ex mariti cessione pa-tientiae non competituram, ne pér hoc deterior condicio prædij fiat<sup>n</sup>. Quamobrem si maritus fundum Titij dotali præ-dio seruientem adquisierit, eundemq; Titio sine restaura-tione seruitutis reddiderit, quia liber in eum trāsijt confusa pro-pter mariti adquisitionem seruitute, litis aestimationem mari-tus prestatre debebit, cuius factō seruitus extincta sit. Quo casu si is soluendo nō erit, utilis actio mulieri aduersus Titium ad restaurandam seruitutem dabitur<sup>o</sup>. Hic queritur, an diuidi-dere sibi fundum dotalē cum alio communē maritus pos-sit: nam diuisio alienationem habet<sup>p</sup>. Et quidem prouoca-tum à socio marito diuidere posse placet, prouocare verò ipse ad diuisionem non potest<sup>q</sup>. Illo enim casu necessaria alienatio est, hoc voluntaria. Atque eodem modo minores

xxv.annis, quorum res sine decreto alienari prohibentur, ad communis praedij divisionem sine iudice prouocare non possunt, quod alienationis speciem ea prouocatio habet<sup>c</sup>. Quod si socius prouocet, sine decreto diuisio recte fiet<sup>d</sup>. Non enim sponte eorum sit, si qua inde contingit alienatio. Secundum haec si fundus communis in dotem datus sit, & socius egerit cum marito communi diuidendo, adiudicatusque fundus socio fuerit, alienatio tenebit, & in dotem erit pretij quantitas<sup>e</sup>. Sola autem lege Iulia alienatio prohibetur, quae voluntaria est, non quae causam iuris habet necessariam. Itaque si ob id quod maritus damni infecti non cauebat, missus sit vicinus in praedij dotalis possessionem, deinde cum perseveraret non caueret, iussus sit possidere, per longum tempus dominus fiet<sup>f</sup>: quia haec alienatio non ex voluntate mariti sit, sed ex praetoris auctoritate, cuius officium est iubere, ut is, qui in possessionem missus est, longo tempore rem capiat<sup>g</sup>. Quo exemplo & pignori capi iussu magistratus, & distrahi res minorum possunt, & in eorum possessionem damni infecti legatorumque seruandorum clausa recte praetor mittit, & si non caueri ducetur, etiam possidere iubet<sup>h</sup>. Item queri potest, si fundus dotalis a marito petitus sit, nec restituatur, an litis extimatio oblata alienationem pariat. Et magis est, ut pariat. Haec enim alienatio non sponte mariti sit<sup>i</sup>. Qua ratione & creditores, qui pignori fundum, antequam dotalis efficeretur, acceperant, ius suum in eo exequi lex non impedit. Et generaliter verum est alienatione prohibita voluntariam solam prohibitam intellegi, non etiam eam, quae ex necessitate sit<sup>k</sup>: Idque in rebus eorum, qui sub tutela curae sunt, & in ijs quas testator alienari vetat, & in ijs, quatuor alienationem lex vel constitutio prohibet, seruatur. Alienationis planè appellatione etiam usucapio continetur, cum vix sit ut non alienet, qui patitur usucapi<sup>m</sup>. Et ideo ad hanc quoque speciem lex lilia pertinet. Proinde si a marito emptum, vel alia ex causa traditum sibi fundum dotalem quis acceperit, tempore dominium non acquirat: ac ne Publiciana quidem interim retinetur, quam Prætor hoc casu postulanti denegat, ne contra leges faciat<sup>n</sup>. Nec multum facit, bona fide possessor sit an non. Etenim ubi lex resistit, bona fides possidenti nihil.

<sup>c</sup> L & elegan  
ter, in l. 5. l &  
idea. D. de eo  
dict. fuit.  
<sup>d</sup> l. i. D. He  
reb. cor. Lin  
ter C. de pre  
dict. minor.  
<sup>e</sup> Leu in fun  
do. s. si fun  
dus. D. de iur  
dot.

<sup>f</sup> l. t. de fun  
dot.

<sup>g</sup> l. prætoris.  
D. de damini.

<sup>h</sup> l. 3. 6. sed et  
in possesso  
ne. de reb. eo.

<sup>i</sup> Arg. l. 3. s.  
in queri. D.  
de reb. cor.

<sup>k</sup> l. aliena  
tiones. D. fam  
erit.  
l. I. filius fam  
s. diut. D. de  
leg. j.  
m. l. aliena  
tionis. D. de  
verb. sign.

<sup>n</sup> l. 12. 4. res  
tal. D. de pu  
blica.

- o. L. b. lez. hil prodest<sup>o</sup>. Verum enim uero legis Iulie prohibitio vslucap.  
D. de vslucap. pionem quidem inchoari impedit: non tamen eam posses-  
sionem interpellat, quae per longum tempus fit, si antequam  
p. L. 16. D. de dotalis fundus constitueretur, vslucapio cepta fuit<sup>p</sup>. Sed si  
fun. dor. arg. l. 14. D. fam. er. cito.  
q. L. 16. D. de enim maritus a possesso petere neglexerit, culpae huius no-  
fun. dor. mine tenet<sup>q</sup>, periculoq; eius vslucapio implebitur, nisi si  
paucissimi dies ad vslucaptionem debeat tunc, cum in dotem  
ei fundus datus est: tunc enim nihil erit quod marito imput-  
tetur<sup>q</sup>. Quamquam autem alienari lex Iulia dotalis prædium  
veter, si tamen maritus fundum dotalis vendiderit, & tra-  
diderit, in matrimonioq; postea decedente muliere tota dos  
lucto mariti cesserit, venditio confirmabitur<sup>r</sup>, nec auelli fun-  
dus possessori poterit. Neo huic contrarium est, quod de li-  
bertate obiecit, quae alieno seruo citra domini consensum  
r. L. cum vir. D. de vslucap. I. pepl. D. de data non conualescit, quamuis postea manumissor domino  
fun. dor. heres extiterit<sup>r</sup>. Hoc enim longe disimile est: quippe cum  
s. L. si seruo. D. qui & a prior manumissio nihil egerit, noua vindictæ impositione  
quib. opus est, ut libertas competat, quae contingere ex inutili ma-  
numissione iure ciuili non potest. At illo casu non æquè ab  
initio vitiosa venditio est, quam lex in solam mulieris gra-  
tiam irritam facit. Itaque quemadmodum alienare pighori  
data pignus confirmari receptum est, si deinde dominus eius  
rei esse ceperit, qui dedit<sup>s</sup>, ita & dotalis fundi venditio con-  
firmatur, si morte mulieris dotem maritus, qui vendidit, lu-  
cratus sit. Quod quando accidat, videndum est. Accidero  
autem interpres tum putant, cum pactum de dote morte  
mulieris lucranda intercessit. Mihi verisimile non sit, de hoc  
casu l ure consultos sensisse, cum hoc utique, si ita esset, pra-  
ternitti ab eis sine scelere non potuerit. Existimo ergo in  
aduenticia dote hoc procedere, quam etiam sine villa con-  
uentione penes maritum mortua in matrimonio muliere re-  
mansisse constat<sup>t</sup>, præterquam si is, qui dedecat, sibi eam red-  
di stipulatus fuisset. Atque ita, ut semel dicam, omnes Pande-  
tarum locos<sup>t</sup> accipiendo censeo, quibus defuncta in matri-  
monio muliere totam dotem mariti luero cedere scriptum  
est. In partem vero dotem tum lucrabatur<sup>u</sup>, cum a patre pro-  
fecta dos ad eum reuertebatur, & liberi ex eo matrimonio  
supererant<sup>v</sup>. Ceterum inuita vxore fundum dotalis alienari  
t. Irem alie- nam. D. de pi- gnorat. act. u. Vlpian. In Instit. dr. de dotib.  
x. L. 5. D. de bon. damnat.  
l. in eum. cum llseq. D. de re ligio. L. si ab hostibus in si. D. solu. mar. l. vlti. D. vt leg. nom. cau. l. 7. D. de iur. disc. & I. pen. in fi. D. quod fallo- tur. & L. cum vir. D. de vslu- cap. I. pen. D. de fun. dor.  
y. I. pen. in fi. D. qd fals. tur.  
z. Vlpian. in tte. de dotib.

lex prohibet. Consentiente vero ea, vel quod a marito gestum sit, ratum habente, alienatio valet<sup>a</sup>. Transit & per universitatem praedium dotale, eo quo potest modo, veluti ad heredem mariti, cum sua tamen causa, ut alienari non possit<sup>b</sup>. Sed & vxore herede instituta utiliter a marito fundus dotalis legatur, si deductis legatis<sup>c</sup> dotis quantitas in hereditate remaneat. Quod si non tota quantitas ex hereditate refici possit, id ex fundo mulier retinebit, quod quantitati dotis deerit<sup>d</sup>. Sed et si post dotale praedium venditum vxori maritus legatum dederit, emptorisq; fidei commiserit, ut amplius premium ei restituat. Accepto legato mulier praedi venditionem irritam facere volens, doli exceptione repelletur<sup>e</sup>. Totes aurem fundi in dotem dati alienatio impeditur, quotiens mulieri de dote actio competit, aut omnimodo competitura est<sup>f</sup>. Quod si alii dos restituenda sit, lex Iulia cessat, quae solis mulieribus prospicit, ut ne indotatae summo Reipublicae malo maneant<sup>g</sup>. Enim uero si ante reuocatam fundi dotalis alienationem mulier decesserit, heredi eius legis auxilium praestatur<sup>h</sup>. Ait lex, Nene consentiente ea obligato. Lex Iulia alienationes rerum dotalium inhibet, quae inuita muliere sunt: hypothecas vero earum etiam volente ea<sup>i</sup>. Hoc ideo, quia legislator faciliter obligaturas mulieres, quam alienaturas cogitauit. Qua tamen ex re non minus incommodi plerumque ad eas, quam ex alienatione peruenit, cum ex pignore ad alienationem res perducatur. Iustinianus vero facilitati mulierum succurrens, quae vel fragilitate sexus, vel mariti amore ductae, faciliter rerum suarum alienationibus consensum accommodant, rerum dotalium alienationes, ne consentiente quidem muliere ea valere patitur<sup>j</sup>. Quas tamen pontifices iurecurando interposito firmas præcipiunt<sup>k</sup>.

Hæc habui, quæ de lege Iulia de Adulterijs dicerem, cuius multo plura suis capita non ignoro: de ea certè, quæcumque libris nostris continentur, ea a me in hunc librum ferè omnia coniecta esse credo.

a L. I. p. xxiij.  
C. de iur. dot.

b l. t. D. de  
fund. dot.

c l. i. 3. §. 1. i.  
D. de fund. dot.

d l. c. p. a.  
ter. §. qui do-  
tal. D. de leg.  
ij.

e l. 3. D. de  
fun. dot.

f l. i. D. solu-  
matrim.

g l. 3. §. he-  
redi. l. de fun.  
dot.


h l. vn. §. &  
cùm lex. C. de  
rei. v. a. Et. In-  
fle. quib. alie-  
lic.

i d. § & cùm  
lex. & s. s. qui-  
bus alien. lic.  
k e. cùm cō-  
tingat. de iu-  
re cur in De-  
cret. Epistol.  
Greg. ca. licet  
mulieres. eo.  
tit. in vj.

FINIS.

C

11  
12



B. BRISSONII  
DE SOLVUTIONIBVS  
ET LIBERATIO-  
NIBVS,  
LIBRI TRES.

V. C. PETRO SEGVIERIO PARISIENS.  
Senatus Præside, B.Brissonius s.

\*

**N** S T I T V E N T E M me nostras de iure ciuitati cogitationes madare litteris, illa potissimum ratio deterrebat, quod ea iam scriptorum mole ius nostrum oneratum est, non tam ut acceptio querenda, quam copia resecanda sanis quibusque videatur. Verum enim in uno cum ea, qua splendidissima sciëtia laborat, obscuritatem ab interpretibus ignorantie docendi inuectam esse cogitari, quorum vitio ita sunt confusa perturbataque; omnia, ut innumerabiles propè à iure cognoscendo difficultate ipsa revocati, voluntate discendi simul cum spe perdiscendi abyciat, temptandum putavi, num ordine aliquo adhibito, puritati sue Iurisprudëtia restitui posset. Itaq; ad scribendum aggressus diffusa et dissipata cuiusque questionis præcepta in certa genera cogere, & ad aliquam artem redigere ensis sum. Quod nostrum institutum cum optimus & recta sentientibus viris aperruisset, vereor ne me ipsum imprudens perdididerim. Nec enim probaret illi dumtaxat quod ordiebar, sed & auctores fuere, ut in communè vtilitatem (sic enim loquebantur) si non integrum aliquod volumen, at librum unum aut item alterum foras darem, qui veram iuris ciuilis tractandi rationem patefaceret. A quo etsi animus meus abhorrebat, cum tamen illi quo recusabam verecundius, eo vrguerent acrius, nec se auctoritate defugituros pollicerentur, placuit absissa à reliquo corpore scriptorum meorum veluti tabella aliqua, quale de toto opere iudicium homines facturi essent, expiscari. Excerpsi igitur tres bosce De solutionibus & liberationibus libros, quibus ea, quæ de tollendis obligationibus via & arte tradi possunt, breuiter complexus, questionem quæ & in usum cottidianum incurrit, et paucissimis interpretum litteris continetur, quam postu maxima facilitate exposui. Eos tibi libros, Praeses amplissime, ut nuncuparem, perpetuum meum de summis tuis virtutibus iudicium fecit: quarum ego ex celso & illustri loco sitas laudes sic suspicio, ut neque sanctius collam quemquam, neque maiore obseruantia colendum ullum existem. Vale. Lutetiae Paris. Non. Februari. 1557.




# B. BRISSONII

DE SOLVPTIONIBVS ET

LIBERATIONIBVS,

LIBER PRIMVS.



V L T I sunt ac varij ut contrahendarum , ita & distrahēdarum obligatio-  
num modi : quorum alij ipso iure liberant, alij per exceptionē. Ipso iure Solu-  
tio liberat & quæ solutionis instar habent, Ac-  
ceptatio,Nouatio,Dele-  
gatio,Confusio,Obsigna-  
tio,Compensatio , Reiq;  
debitæ ante moram à de-  
bitore sa&tam cōtingens interitus,& cetera generis eiusdem.  
Per exceptionem verò liberamur, pa&to,sententia,tempore,  
& alijs,quos postea tradituri sumus,modis. De quibus singulis  
accuratius dispiciamus. Placet autem variè dispersa ac dissi-  
pata huiusc questionis præcepta artificiosè digerere, sum-  
misq; generibus constitutis,ad quæ singula reuocentur , eum  
in tota explicatione ordinem tenere,quem in omnibus,quæ  
ratione docentur ac via , sequendum esse optimi docendi  
magistri præcipiunt. Quam rationem ad ius ciuile tractan-  
dum si maiores nostri adhibuisserint, artem aliquam iuris,quæ  
nunc planè nulla est , teneremus : mirabilesq; sui amores lu-  
risprudentia excitaret , à qua tot iam seculis propè innumer-  
abiles ob&curitas reiecit. Quæ ne macula diutius in tam  
præclara scientia hæreat , bonis omnibus artibus suo nitoris

restitutis, ipsa quoque ab his tenebris, quas superiorum temporum caligo obduxit, in antiqui splendorem vindicanda est. In omni autem disputatione si perspicuitas ea queritur, cui studere omnes par est, verborum prima cura esse debet. Itaque quando de Solutione priore loco dicere instituimus, excutienda paucis verbis significatio est.

S O L V T I O N I S appellatione omnem liberationem quoquomodo factam contineri Paulus scriptus <sup>a</sup>. Quod sic plerique omnes accipiunt, quasi eandem cum nummorum solutione ceteras liberationes habere potestatem significet.

a. I. foliorio -  
nis. D. de solu-  
tio.

b. I. si ex pla-  
ribus. D. de ac-  
ceptilatio.

c. I. qui liber-  
tū. s. nihil. D.  
de oper. lib.

d. I. 4. D. qui  
potio. in pign.  
hab.

e. I. si debi-  
tor. Lvranus.  
D. de fidelis-  
forib.

f. I. 4. \$foliis  
fe. D. de re iu-  
die. Libsigna-  
tione. C. de so-  
luto.

g. Liberatio-  
nis. D. de ver-  
bor. sign.

h. In d.l. so-  
lutionis. D.de  
soluo.

Nam & qui acceptilatione <sup>b</sup>, delegatione <sup>c</sup>, compensatione <sup>d</sup>, confusione <sup>e</sup>, & his similibus modis liberati sunt <sup>f</sup>, velut soluisse intelleguntur. Mihi propius aspicienti aliud sensisse Paulus visus est, nec tam effectum rei, quam verborum vim po- testatē <sup>g</sup>; specie: quæ si origini suæ reddantur, perspicuum fiet liberationem & solutionem solo nominis sono differre <sup>h</sup>, vim vtriusq; verbi eandem planè esse, ad eaq; omnia genera pertinere, quibus obligationis vinculum quoquomodo dis- soluitur. Quod ipsum si solutionis nomen obligationi applies, planum crit. Quid enim aliud liberatio est, quam obligatio- nis solutio? Et hoc nimurum est quod Paulus ait <sup>i</sup>: *Magi-  
sag; ad obligationis substantiam referunt, quam ad nummo-  
rum solutionem.* Quod & Seneca libro sexto de Beneficijs expresit. Quid ni, ait, cum omnis solutio non idem reddar, sed tantum dē. Nam & pecuniam dicimus reddidisse, quamvis numerauimus pro argenteis aureos, quamvis non inter- uenerint numini, sed delegatione & verbis perfecta solutio sit. Denique & solutas per nouationem summas Scœuola di- xit <sup>j</sup>, quæ nouatione abscesserant ab obligatione. Verumta- men hoc commune solutionis nomen suum fecit ac pro- prium ea liberationis species, quæ ex nummorum numera- tione, vel alia naturali eius, quod debetur, præstatione con- tingit, solaq; propriè latè patens solutionis nomen possidet. Nec verò solutam pecuniam, aliāmue rem, quæ in obligatio- nem venerit, visitato sermone dicimus, quæ acceptilatione, nouatione, delegatione deberi desierit <sup>k</sup>: nec soluisse eum, qui citra naturalē dationē sit liberatus: enīs fidēam tan- tū & adulubratam iuris intellectu imaginem superiores

<sup>i</sup> In liber-  
to. <sup>j</sup> Lucius.  
D. de anno. <sup>k</sup> leg.

k. I. solutam.  
D. de solutio.

species

species habent, propter quam solutionis potestate censemuntur, atque adeò imaginari solutiones appellantur<sup>1</sup>. Iam quod ad satisfactionem attinet, quam etiam solutionis verbo comprehendendi Vlpian. ait<sup>2</sup>, latissimè quidem eius verbī officium manare. Ut etiam ad nummotum solutionem pertineat, palam est. Satisfacere enim dicitur, qui creditoris desiderium quoquomodo implet, eiq; quò contentus sit, præstat<sup>3</sup>. Sed eo verbo sic ferè nostri auctores vtuntur, vt à solutione sciungant<sup>4</sup>, eq; modos reliquos exaudiri velint, quibus pro eo quod debetur creditori, absq; naturali numeratione fit satis, quacumque tandem via eò perueniatur. Satisfactum enim accipimus, acceptilatione & iureiurando, & nuda conuentione, & fideiussore vel expromissore dato<sup>5</sup>. Quam differentiam euidenter Marc. explicat<sup>6</sup> his verbis: *Solutam pecuniam intellegimus utique naturaliter: id est, re ipsa*<sup>7</sup>, *& vt crassius ac popularius dicam, reali numeratione. Plerumque enim ad factum corporale hoc verbum nostri præceptores referunt*<sup>8</sup>. Sequitur paulò post: *Quod si acceptum letum sit quod stipulationis nomine hypotheca erat obligata, vel sine stipulatione accepta, solutionis quidem verbum non proficiet, sed satisfactionis sufficit*. Est autem ille locus ex Marcia. ad formulam hypothecariam libto excerptus: ex eaq; , vt facile suspicari possumus, parte sumptus, qua interpretationem eius faciebat, quod vulgo dicitur, pignus, siue soluta pecunia, siue eo nomine satisfactum sit, liberari<sup>9</sup>. In quo enuntiato soluta pecunia accipitur, qm creditori numerata est. Ceteris modis si à pignore recessum sit, fideiussore puta dato, vel acceptolato, aut nouato eo propter quod hypotheca erat obligata, solutionis quidem nomen non conueniet, sed satisfactionis vel satisfactionis. Usque adeò autem solutionis & satisfactionis diuersa causa est, vt qui soluere debet, satisfactionem offerens nihil agat<sup>10</sup>: quamquam in quibusdam causis à creditore sponte admissa satisfactio<sup>11</sup> solutionis loco cedat, eandemq; quam illa utilitatem præstet. Nam & pignus satisfactione præstata,

1. s. item per acceptatio-  
nē. Inst. quib.  
mod. tol. obl.  
m. L. solutio-  
nis. D. de ver-  
bor. siga.

n. l. t. D. qui  
satis cog. l. s.

s. satis acce-  
ptio. D. de ver-  
bor. oblig.

o. Item libe-  
ratur. D. quib.  
mod. pig. l. si

r. s. omnib.  
de pign. a. l.

4. s. ait pre-  
tor. D. de re  
iud. Lquod vē  
didi. D. de cō-  
trah. emp. l. si

ita fuerit s.  
sed sita. D. de  
man. test. l. sed

& si quis s. t.  
D. de vñfr.

p. l. vt res. D.  
de cōtr. emp.  
l. si rem. s. o-

mnis. de pig.  
a. l. solutio-  
nē. l. si cū eo

lono. D. quib.  
mod. pig.

q. in l. solu-  
tar. D. de solu-  
tio.

r. l. lib. cōdi-  
cione. D. eo.

s. l. ea quz.  
D. de acqres.  
do. l. gen. D. de

solutio. l. s. s.  
aperire. D. de  
scutire. St-  
Lin. l. non fla-  
tim. D. de pe-  
cel.

t. l. si rem. s. omnis. de pigno act. Item liberatur. D. quib. mod. pig. sol.

u. l. promissor. s. vt. D. de const. pec. l. statuliber. in fin. D. de statuliber. l. quod si non soluere. de pigno act.

Tiraq. in libto Rētrati.

x. l. item liberatur. s. l. l. quibus mod. pig.

y 1 solutam. æquè ac pecunia soluta liberatur<sup>a</sup>: venditarumq; rerum do-  
de solutio. d. minium ex traditione in emptorem vel pretio soluto , vel si  
lui rem. s.o-  
mois. de pig.  
at. eo nomine satisfactum sit, transire dicitur<sup>b</sup>: & ex Impp. rescri-  
pt. pto ad honores in Rep. cui ex administratione debitor con-  
stitutus est, gerendos, qui satisfecit, non secus ac si soluisset ad-  
mittitur<sup>c</sup>. Ceterum pro solutione satisfactionē accipere in-  
uitus creditor non cogitur<sup>d</sup>: quam si volens admiserit, solu-  
tionis, quod ad aliquos casus attinet, ea vim habet. Quod  
ergo dicitur<sup>e</sup> satisfactionem pro solutione esse, solutionisq;  
verbo contineri, ex voluntate creditoris satisfactione vltro  
contenti procedit. Sed nimis multa de verbo: rem potius vi-  
deamus. Tota solutionum questio hisce capitibus contine-  
tur, Qui soluere possint, & quibus solui: Quid solui debeat, &  
quo modo: Quis solutionis & finis sit & effectus. Quibus o-  
mnes omnino solutionum causæ explicantur. Eoq; magis mihi  
hic noster ordo probatur, quod in omni artium genere is  
demum sibi rem eam, qua de agitur, planè perspectam ac co-  
gnitam adfirmare posse, qui omnes eius causas scientia co-  
gnitioneq; comprehendenterit<sup>f</sup>. Optimum autem videtur initium  
tradtationis ab eorum qui soluere possunt personis, fa-  
cere. Hæc enim est in hac quæstione efficiens causa, quam  
primum omnium tractari oportere nostri censem<sup>g</sup>, quod &  
ceteras in actione anteit, quamquam animum instituentibus  
ad deliberandum priore loco scelè finis offere soleat.

S O L V E R E quilibet rerum suarum administrationem  
habentes, debitores possunt. Nam pupilli, prodigi, furiosi, &  
id genus homines, quibus rerum administrandarum ius non  
competit<sup>h</sup>, citra eorum, quorum consilio reguntur, au&tori-  
tatem soluentes, accipientis nummos non faciunt<sup>i</sup>. Et desi-  
derat ea res plerumq; Prætoris interuentum: sine quo, quod  
ex bonis suis stipulanti pupillus spoponderit, soluere non est  
permissum<sup>k</sup>. Aliud enim admittentibus expedita ac facilis  
pateret solutionis obtentu rerum pupillarium alienandarum  
via. Quæ quamquam ita se habeant, vtilitas tamen ratione  
receptum est<sup>j</sup>, vt consumpta pecunia, quam soluerint, quia  
eius vindicande potestas iam non est, pupillis liberatio naſca-  
tur<sup>l</sup>. Tantis per certè dum auelli ei, qui accepit, potest, in fo-  
lulum pecunia non cedit. Reliqui omnes, quibus bonorum  
alliciat

d Aristo ini-  
tio Physic.

e 1 si quara-  
mus. D. de te-  
stament.

f 1.17. §.1. D.  
de iurejur.

g 1.14. in fin.  
D. de solutio.

§ vlt. Inst. qui-  
bus alien. lie.

h 1magis pu-  
to. §. si pupil-  
lus. D. de reb.

eor.

i 1.Casii. D.  
de solutio.

k 1. non nisi.  
§. vlt. D. si cer-

pet. 1.14. in fi.  
D. de solutio.

alienatione non interdicitur, soluentes se liberant, etiamsi in reatu sint<sup>1</sup>, dum ne maiestatis, perduellionisue postulentur. Hos enim placuit nihil ex bonis suis post admissum crimen minuere posse<sup>2</sup>, ut fisco integrum ius suum seruetur, qui facile ementiti æris alieni specie fraudaretur. Idem in ijs, qui repetundarum postulantur, eadem ratione<sup>3</sup> admittemus. Nec exemplum deest. Cæcilio enim Classico repetundarum damnato, placuisse Senatui Plinius scribit<sup>4</sup>, bona quæ habuisset ante prouinciam, à reliquis separari: illa filia, hæc spoliatis relinqui. Additum etiam, ut pecuniæ, quas soluerat creditoribus, reuocarentur.

Nec ipsi tantum utiliter soluunt, qui debent, verum etiam ex eorum mandato facta ab alio solutio valet<sup>5</sup>. Quinetiam pro ignorantे & inuitō soluere cuique licet<sup>6</sup>: cùm naturalis simul & ciuilis ratio alterius vel abscentis & dissentientis meliorem nos facere condicionem patiatur<sup>7</sup>. *Solutione*, ait lex<sup>8</sup>, *vel iudicium accipiendo & inuiti & ignorantes liberari possumus*. Nam qui se liti offert, & pro aliō item sine mandato excipit, inuitum eum ignorantemq; liberat<sup>9</sup>: quandoquidem in ipsum iudicati actio transscratur<sup>10</sup>, & velut nouatio fiat<sup>11</sup>. Igitur ignorantē & nolenti liberatio solutionis ab alio facta potestate contingit<sup>12</sup>, in tantum ut ad repetendum pignus inde actio ei acquiratur<sup>13</sup>. Quod enim pro regula traditum est<sup>14</sup>, inuitō beneficium non præstari, hunc sensum habet, ut quæ legum beneficio alicui præstantur, inuitō non tribuantur<sup>15</sup>. Soluta vtique pecunia, quæ debebatur, etiam inuitō debitore solutionis vi iure ipso obligatio tollitur. Verū cuncti de repetitione soluti queruntur, alia eius qui pro inuitō soluit, causa est, longe alia eius, qui pro ignorantē. Illi in totum repetitio denegatur<sup>16</sup>. Huic, si utiliter & è re debitoris soluit, parata negotiorum gestorum actio est<sup>17</sup>, qua quod sibi ex ea causa absit, consequatur. Perspicuum enim est in soluendo cum debitoris negotiorum gestis, quem à creditore suo liberavit, quo ad solutionem vrgeri potuisset. Enim uero qui pro alijs sponte sua vel etiam coacti soluunt, iure desiderant sibi aduersus eos à creditore mandari actiones<sup>18</sup>. Idq; per doli ex-

e. Emulier. D. qui potior. in pign. l. si fiduciisores. in fin. D. de fiduciisrib.

- 1. sed nec.
- D. de solutio.
- m. Lex iudiciorum. D. de accus. l. queris.
- l. qui & à quib. I. de nationes. §. vlr.
- D. de donat. l.
- vlt. C. ad leg. Iulianist.
- n. d. Lex iudiciorum.
- o. Lib. 3. epift. ad Minutia.
- p. L. qui mandat. D. de solutio.
- q. I. 13. D. eo.
- r. l. solutio.
- D. de negot. gell.
- s. l. folutio.
- D. de solutio.
- t. l. si pro patre. D. de in re vers.
- u. l. si quis.
- D. de rei vindicta. l. r. s. nō sibi.
- l. si de petiç. her. l. Plautius. D. de procur. l. 4. D. de re iudic.
- x. l. delega.
- re. D. de negotiatio.
- y. l. 23. D. de folutio.
- z. l. si p. me.
- D. de pig. act.
- a. Linus. & Linutius. in fin.
- D. si reg. iur.
- b. l. si quis in cōscribendo.
- C. de puct. l. paustum. D. eo.
- c. l. vlt. C. de neg. gest. l. qui fide. D. mand.
- d. l. cū pecuniis. & l. vlt. D. de neg. gest.

f. I.alterius.  
 in f. D.de wt.  
 & rat.  
 g. I.cſſ aler.  
 D.de fideiſſ.  
 h. Lī ſe o-  
 bligata. in f.  
 de leg.lib.  
 i. I. L. C. de  
 contr.iud.rue.  
 k. I. Modelſi-  
 nus. D. de fo-  
 luto.  
 l. I. ſoluitur.  
 g. vlt. D. quib.  
 mod.pig.  
 m. I.cū is qui.  
 D.de fideiſſ.  
 I.cū pupillos.  
 D. de wt. &  
 rat. diffr.  
 n. I.com poſ-  
 ſessor. D. de  
 eentib.  
 o. I.Papioſta-  
 nus. D.mand.  
 p. I.Scibū. ſ.  
 li mādato. D.  
 de ſolutio.  
 q. d. ſ. ſi man-  
 dato. I. ſi mi-  
 noris. D. de  
 adm.tur.  
 r. I. ſ. C. de fo-  
 luto.  
 s. I. ſ. ſ. C.  
 de cōt. emp.  
 Nec emere.  
 C.de iur.de-  
 lib.  
 t. I. ſ. C. de no-  
 uario.  
 u. I. venditor  
 actionis. D. de  
 hered.vend.

ceptionem<sup>f</sup>, antequam ſoluerint, vel in ipſa ſolutione facien-  
 da<sup>g</sup> conſequentur. Quod tamen etiſſ ſuo tempore non poſtu-  
 lauerint, æquitati conſentaneum erit, maſtratus eis iuriſdi-  
 cione ſubueniri<sup>h</sup>. Actione certè nulla efficere poſſunt, vt  
 ſibi aduersus iam liberatum actio delegetur<sup>i</sup>. aliter atque ſi  
 in hoc ſoluerint, vt ſibi aduersus debitorem numerata pecu-  
 nia preſtarentur actiones. Qua in ſpecie & poſt acceptam  
 pecuniam, ſuæ creditori tam in personam<sup>k</sup>, quam hypothe-  
 cariae<sup>l</sup> ſaluꝝ manent actiones, propterea quod pro pretio  
 magis mandatarum actionum, quam obligationis diſſolu-  
 uendæ gratia pecunia ſoluta videatur: cum inter contrahen-  
 tes hoc actū ſit, vt creditor accepta pecunia preſtaret actiones<sup>m</sup>: ideoq; quaſi nominis vendendi pretium acceperit, in  
 hoc ipsum teneatur vt preſtet<sup>n</sup>. Sed cum huiusmodi con-  
 uentio non interceſſit, ſolutione ipſa proculdubio obligatio  
 perimetur. Et ideo ſtruſtrā qui ſoluit, ſibi à creditore cedi po-  
 ſtulabit, quas iam nullas habet, actiones. Quod ita ſe habet,  
 ſi alieno nomine quis & in alienam obligationem ſoluſſe  
 proponatur. Mandatori enim, qui ſuo nomine & ex ſua obli-  
 gatione<sup>o</sup> ſoluerit, aduersus debitorem, quandocumque pre-  
 ſtari poſterunt<sup>p</sup> actiones, qui ea ſolutione non ipſo iure libe-  
 ratur, quamquam exceptione petentem creditorem, ne bis  
 idem conſequatur, ſubmoueat. Eodemq; modo tutori ob id  
 condemnato, quod à debitoribus pupillaribus non exegerat,  
 etiamſi iudicatum ſecerit, ut ille mandabuntur actiones<sup>q</sup>,  
 cum ea ſolutio debitoribus non proſit, quam ſuo nomine  
 tutor propriæq; culpea cauſa ſecit. Quas species, vt ſuperiori-  
 bus conciliet, mirum eſt, in quoſ ſe diſtinctionum laqueos  
 Bartol.induat. Planè ſponte quis alieno creditori offerens  
 quod ei debetur, cogere eum non potheſt, vt ſibi, quas aduer-  
 ſus debitorem habet, preſtet actiones<sup>r</sup>, cum initius nomen  
 vendere creditor non cogatur<sup>s</sup>: quod ſi vendiderit (vendo-  
 re autem vel inuito ac repugnante debitore potheſt<sup>t</sup>) ceden-  
 darum actionum neceſſitate adſtringetur<sup>u</sup>. Atque haec de  
 mandato actionum, quantum quoq; modo res proposita po-  
 ſtulabat, breuiter dicta ſint. Quem locum male vulgo expli-  
 catum, cum in hunc traſtatum incurriſſet, tacitum relin-  
 quendum non putauit. Sed vt cō reuocetur, vnde huic decli-  
 nauit

nauit oratio, superioribus & illud adde, filios familiās obligato  
vtiliter patrem, quod in peculio est, soluere : scilicet *sū*, quem-  
admodum lex ait<sup>1</sup>, *suo non filij nomine soluat*. Nam si filij no-  
mine, qui ex quibuscumque causis tamquam paterfamiliās  
obligatur<sup>2</sup>, soluat, nisi solidum soluere paratus sit, à creditore  
iure repelletur : cùm suo nomine inquis suam honorariam obli-  
gationem quod in peculio est, soluens liberetur<sup>3</sup>. Qui resti-  
tuere hereditatem rogatus est, ante eam restitutam credito-  
ribus hereditarijs reētē soluit<sup>4</sup>. Immò verò & ab ijs ad solutio-  
nem compelli potest, actiones, quibus hereditario nomine  
directō tenetur, excipere necesse habet, hoc minus ex causa  
fideicommissi restitutum quod in æs alienum erogauerit<sup>5</sup>.  
Sed & curator ventri datus, si graue sit debitum, quod poena  
crescat, vel pignoribus pretiosis debeatur, eius soluendi po-  
tentiam habet<sup>6</sup>. Seruus ex peculio suo, cuius ei permisla ad-  
ministratio est, creditoribus suis reētē soluit<sup>7</sup>. Dominicis quo-  
que creditoribus actor seruus mutuis dandis exigendisque; pe-  
cunijs præpositus utiliter soluit, si aduersus dominum ex ea  
causa petitio crat<sup>8</sup>. Idem iuris procuratoribus, quibus vel hoc  
ipsum specialiter mandatum, vt soluant, vel totorum bono-  
rum concessia administratio est, damus. Nam cùm quis sua-  
rum rerum procuratorem constituit, hoc quoque ei manda-  
re videtur, vt creditoribus soluat<sup>9</sup> : qui tamen ea tantum de-  
bita actoris exemplo dissoluere debet, quæ exactiōnem ha-  
bent, non quæ solam retentionem. Quæ res facit, vt natura-  
libus creditoribus non reētē soluat, quod verisimile non sit  
hoc dominum mandatūrū fuisse<sup>10</sup>. Id quod ad executores  
testamentorum à Bartolo<sup>11</sup> trahitur : cuius opinio aduersus  
contrariam Baldi<sup>12</sup> sententiā præualuit. Nec huic contra-  
rium est, quod dominus seruo legans quæ debet, quæ natura  
debet, legare intellegitur<sup>13</sup> : quia cùm inter dominum & ser-  
uum sola naturalis consistat obligatio<sup>14</sup>, inane sit futurum le-  
gatum, si ad ius ciuile debiti nomen referas, quo nos abuten-  
tes<sup>15</sup>, seruis, quibus ciuiliter deberi nihil potest, & in quos ci-  
uiliis non cadit obligatio<sup>16</sup>, & omnibus ijs, qui natura dumta-  
xat tenetur, id tribuius<sup>17</sup>. Mandato verò debitorum soluen-

x. L*si ita fit*  
pulatus sim.  
D. de solutio.  
y. I. filiusfa.  
D. de oblig. &  
act. I. tam ex  
contractibus.  
D. de iudic.  
z. Facit I. s.  
vle cum I. seq.  
D. de consti.  
Pec.

a Lane resti-  
tutam. D. de  
solutio.  
b Lita tame.

qui ex Tre-  
belliano. D. ad  
SC. Trebell.  
c I. s. in fi. D.  
de rēt. in pos.  
d Legiſti. D.  
de solutio.

e L. si es cui.  
f. de solutio.  
g. I. quodli-  
ber. D. de solu-  
tio. I. sed & id  
quoque. D. de  
procur.

h Arg. I. qui  
peculij. D. de  
pecu. & I. obli-  
gatione. D. de  
pigno.

i. In I. si lega-  
ui. D. de liber.  
leg.

j. In I. id qd.  
C. de episc. &  
cler.

k. L. quibus s.  
dominus. D.  
de cōd. & de-  
monstr.

l. I. nec ser-  
uus. de pecul.  
I. sed & i. pu-  
pilles. S. vt de  
insti. I. si id  
quod de cōd.  
indeb.

m. I. deberi.  
de verb. figura.

<sup>1</sup> I. le personam. I. quod ad ius. D. de regul. ior.

<sup>2</sup> o dec seruus. I. fideiussor. f. fideiussor. D. de fideiussor. I. At isto. f. si quis seruo. de donat.

dorum ea dumtaxat contineri præsumptum est, quorum soluendorum necessitate adstringitur, qui soluit: cùm & si ciuiliter ex vna causa, & ex alia naturaliter obligatus indistinctè solueret, in ciuilem causam soluisse videretur<sup>9</sup>. Porro qui tutelam negotiáue debitorum creditorum suorum gerunt, ipsi sibi soluere possunt. Et verò debent, vt usuris debitor relectetur, si modo pecuniam habeant, vnde soluant<sup>9</sup>.

p. I. cùm ex pluribus. iij.D. de solutio.

q. I. quoties. s. sicut. D. de adm. rot. I. peculium §. D. de pecul. l. liu. vortio. f. te neg. gest. l. d nō dantur. D. de tut. & rat. distri.

r. I. reo. D. de solut. Laufer- tur. §. in rea- tu. D. de lu. fi. s. Lvt. in fin. D. de req. re. t. Lvt. Cad. I. Iul. mact. u. I. 3. in fi. D. de duob. re. x. I. si duo rei. D. de verbor. oblig.

y. I. eum qui. §. qui sibi. I. fi ita stipulatus. §. Chryso- gonus. de verb. oblig.

z. I. 2. I. ex duobus. D. de duob. re. a. Arg. I. si plu- ribus. D. de le- gar. j. b. Idem est. ij. D. de const. pec. c. I. pupillo. D. de solutio. d. I. cœtra. D. de pactis. I. is cui. D. de verbor. obl. §. t. Init. de au- tor. tur. e. I. pupillo. D. de pig. act.

N V N C videamus, quibus solui possit. Imprimis creditori ipsi etiam criminis reo rectè soluitur, nisi is sceleris conscientia territus profugerit. Nec enim eis, qui requirendi adnotati sint, rectè solui Vlpian. scribit<sup>1</sup>: ne per hoc eorum sua instruatur. Imperator etiam Anto. Pius rescripsit, ex quo perduellionis crimen quis contraxit, solui ei à debitoribus non posse<sup>2</sup>: quasi bonis eius fisco ex ipso delicto statim vindicatis. His exceptis, creditoribus quibuscumque soluitur. Et si quidem duo sint in solidum rei credendi constituti, alterutri soluens debitor, tota obligatione liberabitur<sup>3</sup>, si modo utiliter ambo stipulati sint. Quod si alter inutiliter, ei male soluetur, cum ex ea stipulatione obligatum promissorem non habeat<sup>4</sup>: A quo uno nomine ei facta solutio consistere potest. Nec enim ad solutionem eius adiectio proficere possit, cui principaliter obligatio quarebatur<sup>5</sup>. Sed & si alter ex duobus reis stipulandi à debitore petierit, alteri postea promisor soluens non liberabitur<sup>6</sup>: quoniam occupasse debitorem præuenisse, intellegatur, qui petiit<sup>7</sup>, iusq; correi eo pacto consumpsisse. Quinetiam postquam alteri soluturum se promisor constituerit, exinde alteri soluens, à priore se non liberat: quia loco eius, qui exegit, haberi debet is cui constituitur<sup>8</sup>. Verum enim uero quod creditoribus rectè solui generaliter statuimus, sic exaudiri oportet, si suæ mentis, iustaq; atatis sint. Furioso enim, prodigo, pupillo sine tutorū curatorumque auctoritate frustra soluitur<sup>9</sup>: qua non interueniente ita demum rata habentur quæ cum his gesta sint, si inde certa atq; indubitate utilitatis spes proponatur<sup>10</sup>. In ijs verò quæ utilitatis quidem speciem habent, sic tamen, vt damnum sequi possit, tutorū auctoritas necessaria est<sup>11</sup>, sine qua supradictis personis soluentes, meritò non liberantur, propterea quod etsi eorum intersit pecuniam debitam solui, facilitate tamen exatis

tis mentisq; imbecillitate perdita vel profusa pecunia ladi possunt. Quod etsi Iureconsultorum testimonij deficere-mur, ex Cicero satis intellegemus. Non, quemadmodum ait<sup>f</sup>, quod mulieri debes, recte ipsi mulieri sine tutorc; aucto-re soluas, ita quod aut pupillo, aut pupillæ debeas, recte possis eodem modo soluere. Secundum quæ sine curatore petenti pecuniam creditam minori debitorem in integrum resti-tutionis soluere non compelletur, sed apud ædem sacram, ne vel obtentu ætatis solutio debiti differatur, vel usuris vtrâ de-bitore oneretur, pecuniam deponendam esse utrique consu-lentes prudentes censem<sup>g</sup>. Poterit tamen ira decernente ac statuente iudice utiliter minori solui<sup>h</sup>, vt nullo casu, qui quan-documque post inciderit, attentari, labefactariue ritè ac legi-timè facta solutio queat. Non enim fraudi ei esse debet, qui magistratus imperio obsecutus est, cui & parere necesse ha-buit<sup>i</sup>. Sed et si sine tutorc; iudicére sit solutum, si tamen num-mi salvi sint, eosq; penes se domi pupillus habeat, petentem cum doli mali exceptione debitor submouebit<sup>k</sup>, quod ini-quum contra bonam fidem<sup>l</sup> lucrum capte. Eodemq; modo consumptis nummis si ex his locupletior factus petat, exce-ptione repelletur<sup>m</sup>, ne alieno incommodo aduersus natura-lem rationem dicetur. Qua de causa ex omnibus cum ne-gotijs catenus teneri receptum est, quatenus eius patrimo-nium auctum sit<sup>n</sup>. Quod eo tempore dispiciendum erit, quo iudicium accipitur<sup>o</sup>. Hoc enim tempus, vt plurimum inspi-ci in huiusmodi questionib; solet<sup>q</sup>. Locupletiorem factum utrique accipiemus, si ex pecunia aliam rem comparatam habeat<sup>r</sup>, aut si quo modo in rem eius ea versa est. Itaque & qui iubente pupillo sine tutorc; pecuniam creditori eius bo-na fide numerauit, quamquam ipso iure obligatus maneat, aduersus petentem tamen exceptione tutus erit<sup>s</sup>, qui eo ipso locupletior intellegetur, quod debito sit liberatus<sup>t</sup>. Et ideo cum pupillare prædium sine decreto alienasse tutor, & ex pretio creditoribus pueri satisfecisse proponeretur, doli excepcionem pupillo quandocumque prædium cum fructibus vindicanti obstaturam Papinia respondit<sup>u</sup>, si non pretium ac medijs temporis usuras, quæ creditoribus solutæ fuissent, of-fert. Hoc amplius eti rem, quam necesse habuit emere

D 3 pupill

- f In Topic.
- g I. ait præ-tor. D.de mi-nor. Lfidesuf-for qui. D.de fiduciæ illo.
- h d. L. i. epræ-tor. in fi. prin. i Qui nullu. D.de reg. iur. k I. pupillo. D.de soluto. l I. bona fides. D.de re-gul. iur.
- m Lapid. g. si quis pupil-lo. D.de dolii except. in pu-pillo. D.de fol-uatio. S. pe. al. Institu. quib-. ali. n. h. c.
- n I. j. in prin. i. e. D. de neg-geſſi. heredi-bus. in fi. cū l. seq. D. de do-lo. l. i. in fi. D. com-mod.
- o I. in pupil-lo D. de folu. p I. si à domi-no. S. quo tem-pore. D. de pe-tit. hered.
- q I. i. i. t. D. de neg. ges. Lq. aut. D. de do-na. int. vir. I. si-mior. D. de minor.
- r I. in pupil-lo. D. de ex-cep-tio.
- s I. i. pupilli. D. de soluto.
- t I. si eū mu-lier. D. de do-nat. inter vir. arg. I. z. D. de calum. I. d. san-rem. D. de in-tem. res.
- u Ipc. § vlr. D. de reb. co.

pupillus, ex nummis sibi solutis comparauerit, licet ea non extet, quasi tamen locupletiori facto eadem exceptio nocet<sup>a</sup>: quoniam initium spectandum est<sup>b</sup>, nec querendum, quis exitus sit<sup>c</sup>: ratione minimè paciente post pecuniam semel in rem eius versam secutos deinde casus soluenti adscribi. Tanto id magis quod tantumdem de suo pupillus, etiamsi numeros solutos non accepisset, fuerat perditurus. Eadem

x Lin. pupill. D. de folia. l. 3. §. vode. D. de in re vers. y L. sed an vi tro. §. 1. de ne go. gesl. l. si ne cessarit. D. de pign. a. Et. z L. si ipsa res. D. quod met. cau. l. 3. §. suffici. D. de cor. & vt. a. c. t. ut. a. Libre natu rae. de reg. iur. b. L. apud. §. denique. D. de dolie excp. c. L. si stipula tus. D. de so lutio. d. L. si seruus decem. D. de solutio. e. L. si qui fi lii. D. de man. test. L. si fund. D. de cood. & demonst. f. L. in condi cionibus. I. pa ter. D. de cōd. & dem.

g. L. Stich. §. vsum frusti. D. de solutio. h. L. Luci<sup>d</sup>. §. nitelz. D. de admin. tut. i. L. q<sup>e</sup> si for te. §. 1. de foliu. k. L. 3. D. de admin. tut. l. L. C. de pe ricau. m. d. L. quod si for te. §. fin. autem. de fo lutio. n. L. Titum. D. de admin. tut.

pupillus, ex nummis sibi solutis comparauerit, licet ea non extet, quasi tamen locupletiori facto eadem exceptio nocet<sup>a</sup>: quoniam initium spectandum est<sup>b</sup>, nec querendum, quis exitus sit<sup>c</sup>: ratione minimè paciente post pecuniam semel in rem eius versam secutos deinde casus soluenti adscribi. Tanto id magis quod tantumdem de suo pupillus, etiamsi numeros solutos non accepisset, fuerat perditurus. Eadem omnia in furioso, prodigoue seruari naturalis ratio<sup>e</sup> postulat<sup>f</sup>. Quibus omnibus & absque tutorum curatorum auctoritate solui poterit, si solutionis gratia stipulationi adiecti sint<sup>g</sup>: contra quam si ipsorum commodo solutio cessura esset. Nam qui pupillo vel furioso condicionis implendre causa dare iussi sunt, ipsis dando liberantur, ne quae in rem eorum sit datio, ex corum imbecillitate pereat<sup>h</sup>. Tutori itaque hoc casu dari necesse est, vt liberatio procedat<sup>i</sup>. Id quod utilitatis causa contra verborum formam receptum est ob defuncti voluntatem, quae in condicionibus neglecta subtili verborum obseruatione spectanda sequendaq; est<sup>j</sup>. Apparet enim eum, qui huiusmodi condicionem adscriptis, pupillo prospicere voluisse, cui sine tutori soluta pecunia infirmitate atatis facile periret. Quod si eo casu admittimus, & illud probare consequens est, cum pupilli nomen stipulatione comprehensum est, tutori eius solui posse. Quorum utrumque subtiliter Africa<sup>k</sup> vt omnia. Generaliter autem tutoribus tempore administrandae tutelae soluentes, ipso iure a pupillis liberantur<sup>l</sup>. Nec interest, legitimi illi sint, an testamento, aut ex inquisitione dati, honorarij ue, vel ad hoc dati, vt gerant, vel notitiae causa dati<sup>m</sup>. Tam enim honorarij<sup>n</sup>, quam qui notitiae causa dantur<sup>o</sup>, licet non gerant, tutores tamen sunt, & administrationis periculo obligantur. Nec tantum omnibus simul tutoribus, si plures dati sint, sed vel vni ex his dumtaxat recte soluitur<sup>p</sup>. Quamquam si duobus tutoribus dati, verbi gratia, primo & secundo, vetuerit testator absque primi consilio quicquam geri: secundo, si solus exigat, non recte soluetur<sup>q</sup>. Quintam, si inter eos a pretore diuisa sit administratio, & alius vrbicularum, alias prouincialium rerum tutor datus sit, rerum vrbicularum administrationem sustinenti, quod ex nominibus prouincialibus debetur, non iure soluas, nisi prouincialis

cialis Romæ reddi, quod in prouincia scenerabatur, esset stipulatus<sup>a</sup>. Enim uero tutori etiam capit is postulato, si in administratione perseveret<sup>b</sup>, necnon relegato, antequam eius loco curator substituatur, vel absfutro causa Recip. vel absenti utiliter soluitur<sup>c</sup>. Iam remoto, vel ei, qui suspectus postulabatur, vel cui administratio interdicta erat, scientes qui soluunt, non liberantur. Nec tantum integra fide administrantes tutores, recte ipsi accipiūt, sed & alijs quoq; solui recte mandant<sup>d</sup>. Dominorum enim loco circa retum pupillarium administrationem bona fide versantes tutores habentur<sup>e</sup>. Et tamen aduersus solutionem, quam tutore auctore acceperit, auxilium in integrum restitutionis pupillus captus implorare poterit<sup>f</sup>: cum minoribus etiam in his quæ præsentibus tutoribus vel curatoribus gesserint, subueniri soleat si decepti sint<sup>g</sup>: propterea quod tutorum auctoritas, quæ ipforum gratia comparata est, in odium eorum verti, restitutionisq; auxilium impedit non debeat<sup>h</sup>. Itaque ex Iustinia<sup>i</sup> constitutione plenissima debitoribus pupillaribus ita quæri poterit liberatio, si iudicio precedente sententia soluant, quæ sine ullo damno, id est, ut Theoph. interpretatur<sup>k</sup>, sicut ~~negotia~~ d'æravimus tutoribus curatoribus solui permitrat. Quam tamen obseruationem idem princeps in pensionibus annuis, obuentib; usurisq; remisit: quas tutoris auctoritate pupillo sine iudice recte solui decreuit<sup>l</sup>. Ceterorum vero debitorum exemplo tutores etiam, quæ ex administratione tutela debent, curatoribus soluentes liberantur<sup>m</sup>. Atque hæc omnia de furiosorum, prodigorum, mutorum, & surdorum, & debilium pensionarum curatoribus dicta existimanda sunt. His enim solui potest quidquid ijs debetur, quorum negotia administrant. At ei qui pro tutori negotia gerit, debitores soluentes non aliter liberationem consequuntur, quæcum si in rem pupilli pecunia peruerterit<sup>n</sup>. Non enim eadem est huius quæ tutoris retum pupilli administratio<sup>o</sup>. Sed & tutori post pubertatem male soluitur: quia iam cum tutela & administrandi potestas finita est. Matri quoque filij negotia secundum patris voluntatem gerenti debitores impuberis inutiliter soluunt<sup>p</sup>: videlicet si ex hereditaria causa, non ex eius contractu prosecta sit obligatio. Nam si negotium, ex quo debitores obligati sunt, cum ipsa

<sup>a</sup> L. uero. D.  
de solutio.  
<sup>b</sup> L. quoniam.  
S. vlt. de solu-  
tio.  
<sup>c</sup> L. quod si  
forte. S. i. cum  
seq. D. eo.

<sup>d</sup> L. pupilli. D.  
eo.

<sup>e</sup> L. uero. D.  
de adm. L.  
interdi. S. que  
tutelam. de  
fuit.

<sup>f</sup> L. C. si ad-  
uers. solutio.

<sup>g</sup> L. z. C. si  
cur. vel cur.

<sup>h</sup> Argu. L. qd  
fauore. C. de  
legit.

<sup>i</sup> L. sancim.  
C. de admin.  
tor.

<sup>j</sup> In s. ex cō  
trario. Inflam.  
quib. alic. lic.

<sup>k</sup> L. sancim.  
L. conflicto-  
ne. C. de adm.  
tor.

<sup>l</sup> L. C. si ad-  
uers. solut.

<sup>m</sup> L. 14. S. cu-  
ratori de solu-  
tio. L. 17. S. pe-  
D. de iurev.

<sup>n</sup> L. 18. D. de  
solutio.

<sup>o</sup> L. apud Cel-  
sum. S. si quis  
non tutor, de  
do lecep. L. z.  
D. de eo qui  
pro tuo.

<sup>p</sup> L. qui alic-  
na. S. pen. D.  
de neg. gest.

- g. I. filiz. D. ipsa matre contractum foret, liberarentur utique qui bona si-  
 de soluissent<sup>a</sup>. Et haec est inter Papinianum & Scæuolam dif-  
 ferentia. Cui simile est quod alienæ hereditatis possessori non  
 rectè hereditaria debita soluuntur, cùm ea rectè soluuntur,  
 quæ ab ipso originem obligationis habent, licet ex rerum he-  
 reditariarum administratione pendeant<sup>b</sup>. Bene ergo apud  
 Scæuolam Claudius Tryphoninus notat<sup>c</sup>, cognitoris has par-  
 tes futuras, ut videat vtrum pretia rerum quæ distracterunt pu-  
 pillæ esse scierint argentarij an non. Nam si hoc scierunt, ma-  
 tri, quæ ius administrationis non habuit, soluentes liberati  
 non videntur: si ignorarunt, imputari illis nihil potest qui so-  
 lius personam intuiti, negotium gessere. Haec de Tutoribus.  
 S E R V I S etiam filiis eufam. qui mutuis dandis exigen-  
 disq; pecunijs præpositi sint<sup>d</sup>, vel liberam peculij administra-  
 tionem habeant<sup>e</sup>, vel quod ab eis ex peculio creditum depo-  
 situmue est<sup>f</sup>, iure soluitur. Dominorum enim voluntate, im-  
 mó & dominis ipsis soluere peculiares debitores seruis sol-  
 uentes existimantur, cùm eorum quæ in peculio sunt, posses-  
 sio apud dominum esse intellegatur, quamdiu in ea causa te-  
 nentur<sup>g</sup>. Secundum quæ si res peculiaris eis surrepta sit, pec-  
 uniam furti eis soluentem furem liberari dicimus<sup>h</sup>: quia in pe-  
 culio eorum furti actio esse videatur. Quod verò peculiari  
 nomine serui crediderint, id eis etiam post domini mortem,  
 sed & alienatis quoque vel manumissis debitores bona fide  
 soluentes liberantur<sup>i</sup>: cùm non debeat illis sua ignorantia  
 damnosa esse, qui iusta ac probabili causa ad soluendum du-  
 eti sint<sup>j</sup>. Eademq; ratione dispensatori, qui ignorantे debito-  
 re ab actu remotus est, rectè soluitur<sup>k</sup>. Dispensatorem autem  
 seruum cum nostri dicunt<sup>l</sup>, qui rationibus præst, cuiq; libe-  
 ra peculij administratio conceditur. Cui non absimilis est,  
 qui, Actor, ab ea, opinor, negotiorum procuratione admi-  
 nistrationeq; quam sustinet, appellatur<sup>m</sup>, quem Græci & πραγ-  
 ματικοῦ<sup>n</sup> & διαιρετοῦ<sup>o</sup> vocant. Huius tam ampla potestas  
 est, ut non tantum pecunias exigere<sup>p</sup>, solutionemq; accipe-  
 soluz. D. de  
 soluzio. Idemq; §. 6 quis Titio. D. amanda. I. & D. famili. eric.  
 u I. Thais. §. forore. D. de fideicom. liber.  
 x Theophilio §. penalt. Inflit. de miur.  
 y I. purc. §. actoris. D. de doli except.

re<sup>a</sup>, sed & iusurandum deferre<sup>a</sup>, & nouare<sup>b</sup>, & alia omnia,  
quæ non ad profusionem peculij respiciant, gerere rectè pos-  
sit. Sed hic admonendi sumus inter peculiares & dominicos  
debitores hoc interesse, quòd hi seruo exigendis pecunijs  
præposito post datam ei libertatem soluentes, non aliter li-  
berantur, quām si manumissum ignorent. Illi etiā inter viuos  
manumissum sciāt, si tamen peculium ademptum esse igno-  
rent, rectè soluunt<sup>c</sup>. Nam cùm peculiaria nomina in peculio  
computentur, quòd data inter viuos libertate, & ipsum da-  
ri intellegitur, nisi nominatim adimitatur<sup>d</sup>, meritò peculia-  
res debitores etiam ei, quem à viuo domino manumissum  
sciunt, soluentes liberantur, si peculium ei concessum non  
esse ignorent. Testamento verò manumissis, quibus pe-  
culium, nisi vñā cum libertate legetur, non cedit<sup>e</sup>, qui mor-  
tuum dominum non ignorantēs soluunt, bona fide soluere  
non videntur. Planè qui manumisso inter viuos peculium  
concessum non esse scientes soluerint, donasse potius quām  
indebitum soluisse intelleguntur<sup>f</sup>. At cùm dispensatori, qui  
testamento libertatem accepit, ignorantēs dominici debito-  
res ante aditam hereditatem soluerunt, quia ipsa solutione li-  
berantur de peculio dispensatoris, quod ei cum libertate da-  
tum est, id heres retinere potest, tamquam negotium eius in  
exigendo dispensator gesserit. Quòd si post aditam heredi-  
tam ei solutum sit, quia iam liber factus accepit, de pecu-  
lio nihil eo nomine retinere necesse est, cùm sit aduersus  
eum actio<sup>g</sup>, quæ superiore casu non æquo parata est, quo-  
niam ex eo quod in seruitute gessit, post adeptam libertatem  
non teneatur<sup>h</sup>. Et hoc Paul. accuratè subtiliter<sup>i</sup>; persequi-  
tur<sup>j</sup>. Ita demum autem peculiares debitores seruis soluentes  
liberantur, si non fraudulenter soluerint<sup>k</sup>. Nam & qui seruo,  
quod ex peculio ab eo acceperat, soluit, cùm iusta aliqua ex  
causa suspicari posset dominum id fieri nolle, in ea causa est,  
vt non liberetur<sup>l</sup>. A domino vtique credita pecunia seruo ex  
eius voluntate rectè numeratur<sup>m</sup>. Idemq; erit, si domini pe-  
cuniam eius permisso seruus sceneratus sit<sup>n</sup>. Sanè qui à fugi-  
tuo creditos sibi nummos, cùm eum liberum existimarent,  
ei soluerint, à domino liberabuntur. Alij verò cius iussu vel  
eo ratum habente soluentes, non ita<sup>o</sup>: quoniam hoc, non

<sup>a</sup> I.solue. L.6  
is cui.g.vlt.de  
folatio. L.6 cō  
fensit. S.i.qui-  
bus mod.pig.  
<sup>b</sup> I.seruus. L.  
quidam.D.de  
iurejur.  
<sup>c</sup> b. I.huc e-  
nim.D.de iu-  
rejur.  
<sup>d</sup> c. I.si quis ser  
uo.l.si seruus.  
D.de solutio.  
<sup>e</sup> d. I.vlt.D.de  
manum.seru.  
ad vniuersit. L.  
3.C.de solut.  
<sup>f</sup> e. S.peculij.  
Infracte legat.

<sup>f</sup> f. Qui fun-  
dus. S.seruus.  
D.pro empto.  
I.si non sorte.  
S.i.D.de con-  
di.indeb.  
<sup>g</sup> g. Arg. L.s.  
qui nimmo.D.  
si quis test.lib.  
<sup>h</sup> h. L.s. si a-  
pud.D.depos.  
L.19.S.sticho.  
de liber. leg.  
toto titulo, an  
seruus ex suo  
fac C.

<sup>i</sup> i. In Dispen-  
satori. D. de  
solutio.  
<sup>k</sup> k. I.si pro pa-  
tre. S.versum.  
D.de in rem  
ver.  
<sup>l</sup> l. Ltr.D.de-  
pos.  
<sup>m</sup> m. I. 4. C.de  
solutio.  
<sup>n</sup> n. Iquod ser  
uus. D.de so-  
lutio.  
<sup>o</sup> o. I.fugitivus.  
D.de solutio.

item illo casu domino pecunia intercipiatur.

De illo nunc videndum est, an procuratori facta solutio liberationem adserat. Et si quidem hoc ei specialiter mandatum sit, ut solutionem accipiat, expeditum est<sup>1</sup>. Quinetiam si generaliter ei omnium negotiorum administratio manda-

p. 1. v. 1. D.  
de solutio.

q. 1. qui ho-  
tinoë. § 6 Ti-  
tium. D. de so-  
luto.

De illo probabimus<sup>2</sup>. Nam qui omnibus suis negotijs ali-  
quem preponit, id quoque debitoribus mandare intellegitur,  
ut ei soluant. Ideoq; quasi iuxta mandatum soluerint, conti-  
nuò etiam, antequam dominus ratum habeat, liberantur<sup>3</sup>.

Quòd si ita est (apertè autem in lege positum extat) non in-  
iuria mirum cuiquam videri poterit, quod plerisque in locis  
non obscurè significatur, absentis procuratori factam solutio-  
nem ex domini ratihabitione pendere<sup>4</sup>. Sed prosc̄tò illi o-  
mnes loci de non vero procuratore, aut absentis negotia ge-  
rente accipiendi sunt. Nam cum quoque, qui sine mandato  
se alienis negotijs offert, procuratorioq; nomine licet falso

quid agit, à nostris procuratorem appellari animaduerti<sup>5</sup>. Ci-  
cero voluntarium procuratorē appellat<sup>6</sup>: cuius ego ad hanc  
quæstionem pertinentem iocum subiçiam. Mihi quoque, in-  
quit Brutus, & expectanda sunt ea, quæ Attico polliceris: et si  
fortassis ego à te huius voluntarius procurator petam, quod  
ipse, cui debes, incommodè exacturum negat. At vero, in-  
quam, tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, Am-  
plius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. Non  
mehercule, inquit, tibi re promittere istud quidem ausus sim;  
nam hunc qui negat, video flagitatem non illum quidem  
molestem, sed assiduum tamen & acrem fore. Huiusmodi ve-  
rò procuratori factam solutionem non ante liberationem af-  
ferre certissimum est, quād ratum dominus habuerit<sup>7</sup>, quia  
acciendi non habuit potestatem, ut ratihabitione domini  
confirmari necesse sit, quæ vel ex interculo secula retro tra-  
hi, & mandato comparari solet. Proinde & qui sic non pro-  
curatori soluit, quasi statim liberaretur, confessum condicere  
poterit: & ratum demum habente domino condicō extin-  
guitur<sup>8</sup>. Sic cueniet, vt si ante ratihabitionem se creditor ar-  
rogandum dederit, patris sit voluntas spectanda, qui prout  
ratum habuerit vel non habuerit, ita locum faciet vel non fa-  
ciet conditioni<sup>9</sup>. Oblata sanè alieno debitori, Amplius non

orato.

x. d. 1. s. go. ferēti. in pr. in.  
D. de solutio.

De illo certissimum est, quād ratum dominus habuerit<sup>10</sup>, quia  
acciendi non habuit potestatem, ut ratihabitione domini  
confirmari necesse sit, quæ vel ex interculo secula retro tra-  
hi, & mandato comparari solet. Proinde & qui sic non pro-  
curatori soluit, quasi statim liberaretur, confessum condicere  
poterit: & ratum demum habente domino condicō extin-  
guitur<sup>11</sup>. Sic cueniet, vt si ante ratihabitionem se creditor ar-  
rogandum dederit, patris sit voluntas spectanda, qui prout  
ratum habuerit vel non habuerit, ita locum faciet vel non fa-  
ciet conditioni<sup>12</sup>. Oblata sanè alieno debitori, Amplius non

y. 1. 6 quis of-  
fere. in pr. in.  
D. de solutio.

z. d. 1. s. quis  
offere. s. i.

peti,

peti, cautio, non efficit, vt inuitus ad solutionem adigatur<sup>a</sup>, qui alij quām cui obstrictus est, exoluere non cogitur. Sed nec litis procuratori, & ei, qui ad agendum tantum datus est, solui potest<sup>b</sup>, quia hoc mandato non continetur, à quo ne latum quidem vnguem recedere oportet<sup>c</sup>. Diuersam verò esse solutionis accipienda & actionis exercenda potestatem nemo tam cæcus est, qui non videat. Nec quod quibusdam sine mandato alieno nomine agere licet, idcirco illis quoque recte soluas<sup>d</sup>. Sic enim filio non iure soluas quod patri debes<sup>e</sup>, tamen si eum paterno nomine agentem non possis repellere<sup>f</sup>. Tamdiu autem procuratori solui potest, quamdiu domini voluntas durat, quæ non tantum reuocato expressè mandato, id est, si procuratorem accipere dominus vetuerit, sed & si re integra is deceperit<sup>g</sup>, vel si statum in deteriorius procurator murauerit, finiri intellegitur, quemadmodum Bart.<sup>h</sup> argumento eius qui obligationi adjicitur<sup>i</sup>, ductus, assentit: cui & ceteri assentiuntur. Quorum si aliiquid contigerit, procuratori deinceps iure non soluetur. Quamquam & eos, qui bona fide ignorantes, post finitum mandatum soluerint, liberae æquitatis ratione sit admissum<sup>k</sup>: quòd scilicet ex domini voluntate soluerint: quam si mutatam esse non diuinarunt, fraudi eis hoc esse non debet. Falso verò procuratori & ei, qui sine mandato alienis se negotijs offert, quantumuis bona fide soluentes, idcirco non liberantur<sup>l</sup>, quia tam pronus saelesq; esis eos ad soluendum non oportuit. Nec enim recte illos his compares, qui remotis ab actu administrationeq; ignorantes soluerint, cum hi iustam habeant causam existimandi se ei, qui accipit, recte soluere, quoad de mutata domini voluntate certiores siant: illorum stultitia excusationem non habet, ei soluentium, qui nullum ante mandatum habuit, cuius occasione ducti, ei tunc quoque ex domini voluntate solui crederent. Totum itaque hoc vanz suæ credulitati facilitatiq; expensum ferre debent, habituri contra euni, qui accepit, vel indebiti<sup>m</sup>, si ea mente numerauerint, vt statim liberarentur, eiusq; nummi fierent: vel ob causam, furtuamq; adeò conditionem<sup>n</sup>, si ita soluerint, vt iij ad creditorem perferrantur secundum pliores iureconsultorum de ea re distinctiones<sup>o</sup>. Procuratori verò, cui in rem suam man-

<sup>a</sup> I. z. D. vt leg. nom. cau.

<sup>b</sup> Lhoc iure,  
D. de solut. L  
sed si tamq; D.  
de paci.  
<sup>c</sup> Id diligenter,  
D. inact.

<sup>d</sup> Guid Pap.  
decis. § 26.  
<sup>e</sup> I. filius sum.  
D. de solutio.  
<sup>f</sup> I. sed & ha  
personz. D.  
de procur.  
<sup>g</sup> §. vlti. Inst.  
mand. L. q. D.  
locs.

<sup>h</sup> In I. sicum  
Cornelius. D.  
de solutio.

<sup>i</sup> Arg. I. cum  
quis. D. de so  
lutio.

<sup>k</sup> I. verd. §. r.  
I. Seius Lalifé  
fator. D. de so  
lutio. §. recte.  
Inst. mand.

<sup>l</sup> I. qui homi  
nem. §. si ou  
lo. I. si quis of  
ferenti. D. de so  
lutio.

<sup>m</sup> I. creditor.  
C. de cond. in  
deb.

<sup>n</sup> I. si proca  
rator. D. de  
cond. ob cau  
o. In I. sal. us.  
§. i. D. de furt.

- p. 1.sed. si tan  
tū. D.de pa. t.  
q. Arg.l.vlti.  
Dude trāfāt.  
r. Lg.C.de no  
uatio.
- s. 1.3.C.man  
da.  
t. l.procurat  
ore in rē. D.  
de procur.  
u. l.2. C.de  
oblig. & aet.l  
postquā. cum  
lseq. C.de he  
red.vend.  
x. Lg. C.qua  
res pig. obl.  
y. \$,planē.in  
stit. de verbo.  
oblig.
- z. 1. si Stipula  
tus. I pupillo.  
\$. viuofru  
ctum.D.de so  
lutio.
- a. Argu.l.de  
nique. \$. vlti.  
D.de minor.  
b. d.s.vium  
fructum.  
c. l.g.D.de so  
lutio.  
d. 1 Stichum.  
\$. viuofru  
ctum. in fide  
solutio.  
e. l qui here  
di.D.de cond.  
& demonst.  
f. \$,sed & cō  
factū.Inflit.de  
stip.ser.  
g. Lg. \$. qui  
sibi.D.de ver  
bor. obl.  
h. Lg. \$. que  
stum.D.de so  
lutio.
- datae fuerint actiones , solui posse certi & indubitati iuris est: cùm is domini loco habeatur<sup>p</sup>. Sed nihilominus & domino nulla delegatione interposita soluentes liberabuntur<sup>q</sup>,nisi vel denuntiauerit eis procurator, ne soluerent, vel aliquid ex debito acceperit , vel eo nomine item sit contestatus<sup>r</sup>. Alioquin cùm directas adhuc actiones dominus habeat, aduersus debitores utiliter ager<sup>s</sup>. Si tamen simul cum procuratore petat , procuratorem in pecuniam suscipiendam præferendum inter omnes conuenit<sup>t</sup> , cùm & suo nomine utiles habeat actiones<sup>u</sup> , nec mandantis nomine necessario agere debeat. Simili modo & is, cuius nomen pignori datum est, pignoranti , antequam de alterius obligatione certior factus sit , rectè soluit<sup>v</sup>. Hæc de procuratore.
- Ei etiam ; cuius nomen stipulationi insertum est , iure soluitur<sup>w</sup>. Nec interest, pupillaris an iustæ ætatis sit, seruus aut liber, filius fam. vel sui iuris. Oinnino enim dum adiecit soluitur , stipulatori solui videtur, cùm ex eius voluntate soluatur. Itaq; quamquam pupillares debitores pupillo soluentes non liberentur, si tamen sibi aut pupillo dari quis stipulatus sit, soli pupillo sine tutori utiliter soluetur<sup>x</sup>. Nam cùm pupillo ius nullum obligationis queratur , qui tamquam alij restiturns accipiat, non multum de eo laboramus, acceptâmnne ille pecuniam profusurus ac perditurus sit : qua desperita , non eo magis de suo aliquid diminuisse, iacturamq; fecisse videatur. De se enim stipulator queri debet , qui huiusmodi personam stipulationi adieccrit<sup>y</sup>: & promissor liberatus est, qui iure stipulationis soluit. Igitur & qui decem Titio vel seruo alieno dare spondit, seruo ipsi bene soluet<sup>z</sup>, ac ne quidem domino eius dando liberabitur<sup>aa</sup>, nisi ex servi voluntate dederit<sup>bb</sup>, quoniam servi tantum persona stipulatione comprehensa est: cuius persona mera hæc atque simplex accipiendæ solutionis potestas cohærens ad dominum non transit<sup>cc</sup>. Obligatio certè, si qua inde quereretur , ipsi domino quereretur. Ea enim per eos, qui in nostra potestate sunt, nobis adquiruntur quaे iuris sunt : quaे facti, ipsi cohærent<sup>dd</sup>. Vtique autem sibi aut filio pater non utiliter stipulatur<sup>ee</sup>, & filius sibi, aut patri in his causis, quibus patri stipulatio adquiri<sup>ff</sup> non potest. Frustra enim solutionis ergò pater adjiciatur tum, cùm obligatio ipsa

ipsa ei queritur. Ceterum cum adiecto secundum obligatio-  
nis legem soluatur, ei ignorantie, immo vero inuito ac repu-  
gnante stipulatore, solui potest<sup>i</sup>: quia hanc conditionem ha-  
bet obligatio<sup>k</sup>, nec ultra prohibitionis vires sunt in ea te, quae  
non ex prohibentis arbitrio pendet<sup>l</sup>. Stipulationis enim sta-  
tus in exordio constitutus ex post facto solius stipulatoris vo-  
luntate mutari non potest<sup>m</sup>. Nec aliud probaremus, si eius,  
quo cum pacti sumus, causa, alij quid restitui conuenisset<sup>n</sup>.  
Diversum in ea specie responsum est, in qua mulier post nu-  
ptias contractas de dote extraneo restituenda, cum viro pa-  
cta proponebatur. Nec enim soluto matrimonio ei vetante  
muliere recte dote soluetur<sup>o</sup>, quoniam nec ea condicio ab  
initio dotis danda dicta sit, sed postea ex permisso mulieris  
adiecta. Aliud vero est iure stipulationis alicui solui posse, ion-  
ge aliud ex permisso nostro id postea contingere<sup>p</sup>. Nam  
quod inter utrumque casum nihil interest Paul. ait<sup>q</sup>, quod  
ad eam rem attinet, de qua tractat, verum est. Atque ita in  
libris nostris perspice, effus<sup>r</sup>. & lat<sup>s</sup> huiusmodi comparatio-  
nes ad eas species, de quibus agitur, sunt coartand<sup>t</sup>. Illa sa-  
nè inter superiores casus differentia intercedit, quod ei, cui  
iure stipulationis soluere licet, vel inuito ac nolente stipulato-  
re solui potest: at ei, cui solui creditor iussit, ita deinceps, si  
in voluntate manserit. Omnibus enim integris huiusmodi  
quoque mandatum reuocari non dubium est. Qui pactum  
hoc comparamus, cuius gratia in hunc sermonem venimus,  
quo mulier dotis sua alij restituend<sup>u</sup>, marito tribuit potesta-  
tem. Ab ea enim voluntate re integra recedere mulier, si non  
donationis causa alius stipulatus sit, potest<sup>v</sup>. Nec vetante ea  
tutò maritus ei, cui reddi conuenerat, dote restituet. At qui  
. ea stipulatione, qua sibi dari quid stipulatus est, alterius quo-  
que nomen comprehendit, prohibere, ne ei soluatur, sinc  
promissioris iniuria non potest, cui semel acquisita ex sua sti-  
pulatione alij soluendi potestas ulterius inuito extorqueri  
non potest<sup>w</sup>. Quoniam igitur hanc legem obligatio habet,  
etiam si stipulatori soluturum se debitor constituerit, adiecto  
nihilominus iure soluet<sup>x</sup>, nisi se soli stipulatori soluturum con-  
stituerit. Tunc enim recessisse à iure suo videtur, nec con-  
stituti fidem frangere volens audiendum est<sup>y</sup>. Hoc amplius

i l. 17. D.de  
fiduciis.  
k l. vero, §3.

l. pen. D.de so-  
lutio.

l L Papinia-  
nus. D.de pu-  
blicis.

m Linfusam.  
D.de verbor.  
oblig.

n Arg. I. cum  
fundus. D.de  
pact.

o lsi cu Cor  
nelius. D.de  
solutio.

p l.pen. D.de  
solutio.

q l.6 ita sti-  
pularus. in f.  
D.de solutio-

r l.Scia. D.de  
dote prall. Lü  
qui decedes.  
s nuptura. de  
lega. iij. l. C.  
de iu. dor. l. p.  
in fine. D. de  
pact. dor.

s Arg. l. vly.  
D.de pact.

t l. li ita sti-  
pularus. D.de  
solutio.

u l. si verd.  
D.de constit.  
pec.

x. Lcām de-  
cēm. D. de so-  
lutio.

y. Argu. l. &  
de nouat. L. i.  
pluribus. D. de  
leg. j. Lex duo  
bus. D. de duo  
bus re.

z. In fiduciis  
sor obligari.  
D. de fiduciis.  
a. L. i. d. c. em.  
D. de solut. L. i.  
quis stipula-  
tus sit Stichis.  
D. de verbob.  
L. D. de pecu.  
leg. L. i. seruus  
comunis. D.  
de no xalib.  
si insulam. D.  
de verb. obl.  
b. Iulianos.  
g. 1. de verbo.  
obl. 2. L. eti.  
D. de solutio.  
e. l. cū quis.  
D. de solutio.  
d. Ieuam qui  
ita. s. qui sibi.  
de verb. obl.  
e. 1. Stichum.  
g. vñmfru-  
ctū. de solut.

f. l. eū quid.  
D. si cert. pet.

g. Argu. l. &  
iuu. ver. Mar.  
cellus. de pac.

etsi stipulator partem acceperit, reliquum adiecto solui poterit<sup>a</sup>. Quod si per iudicem petierit, exinde adiecto soluendi potestas adimitur: propterea quod item contestando occupasse debitorem, & in se totum obligationis ius transtulisse intellegatur<sup>b</sup>. Itaque non de nihilo apud Julian.<sup>c</sup> haec verba addita sunt, *Ante item contestatam*. Atque hoc in toto pene iure animaduertere possumus, iudicio accepto duriorem debitorum, creditorum meliorem condicionein effici, multasq; debitoribus competentes facultates amitti<sup>d</sup>. Adiecto autem facta solutio, quo minus stipulator petat, non impedit, si quid iuri solutae rei desit<sup>e</sup>. Sed & adiecto utlitter ita demum soluitur, si in eodem statu maneat, quo fuit, cum stipulatio interponeretur. Quod si post stipulationem in exilium abiebit, vel in adoptionem datus sit, vel in seruitutem redactus, ei non recte solutum iri Africam scribit<sup>f</sup>: contrà quam si emancipatus fuerit. Nec enim eiusmodi mutatio perimere soluendi potestatem ereditur, quia deteriore loco non sit adiectus constitutus<sup>g</sup>. Ideoq; quod ab Africano alibi scriptum est, cum quis vñmfructum sibi aut Titio dari stipulatus est, Titio capite minuto facultatem soluendi non intercidere ad eam speciem restringendum, ne à se ipso dissentire idem auctor, secumq; discordare videatur, vulgo obtinuit. Sed videamus ne latius patentia Africani verba tam angustis finibus male coercentur. Hoc enim ille sine scelere prætermittere non poterat, si emancipatum fuisse adiectum posuisset. Mihi certe acti & attento animo intuenti, hoc sentire Africanus, eoq; comparata tota eius ratio videtur, vt ostendat vel capite minuto adiecto solui posse, si hoc inter contrahentes actum sit. Nec enim dubium est ita stipulationem concipi potuisse, *Mibi, aut Titio cum capite minutus erit, dari*. Quod autem tacitè actum est, pro cauto habendum cōuenit<sup>h</sup>. Nec nouum hoc videri debere alijs exemplis confirmat, quando à persona, qua stipulatione expressa est, quandoque recedamus, vt quamquam hic alias homo esse post capitum minutionem videatur<sup>i</sup>, ei nihilominus propter tacitam contrahentium voluntatem solui possit. Nam & qui stipulatori aut pupillo dare spoponderit, tutori pupilli dare poterit, licet alia persona sit, quemadmodum seruaretur, et si implenda condicioneis causa

pupillo

pupillo dare testator iussisset. Quod ipsum utilitatis causa receptum est, cum alioquin facultas soluendi personam non egrediatur, in tantum, ut si scripsi persona stipulatione comprehensa sit, domino eius non recte soluatur. Evidem illud tentari posse non ignoror emancipatione, quæcumque ut adoptione, facultatem adiecto soluendi intercidere, quādoquidem utroque modo capite minuamus. Nec istud defendantibus Iulianus vlo modo refragaretur<sup>h</sup>, qui diligentius intuentibus penitusq; introsipientibus hoc tantum dicit, patrem sibi aut filio utiliter stipulari. Et in hoc proficere filij adiectionem, ut ei siue in potestate posito, siue emancipato recte soluatur, cui alioquin iure non solueretur quod patri promissum esset. Ei autem, qui in potestate tempore stipulationis interpositæ fuerit, postea emancipato iure solui arripare ex ea lege non possumus. Quæ tamen omnia, ut in re dubia proposita à me, non etiam affirmata velim. Ceterum ipsi tantum adiecto, non etiam successoribus eius solui potest<sup>i</sup>. Nec enim ei ius vllum obligationis queritur, quod ad heredem transferatur, sed nulla quedam dumtaxat, eaq; personalis accipienda solutionis facultas, quæ cum eo extinguitur. Itaq; nec debiti petendi<sup>k</sup>, nec fideiussoris<sup>l</sup>, vel pignoris<sup>m</sup>, accipiendi, nec nouandæ, aut accepto serenda obligationis ius habet<sup>n</sup>, tantumq; ei solui potest. In hoc vnum enim interpositus videtur, cum iuris ratio obligationem ei per alium queri non patiatur<sup>o</sup>. Vnde quidquid accepit, stipulatori, mautauit actione restituere compellitur<sup>p</sup>. Adiucere verò solutioni aliquem ita possumus, ut nobis pure dari stipulemur, vel alij sub condicione, vel in diem, vel alio quam nobis die<sup>q</sup>. Quæ pluribus verbis Caius persequitur<sup>r</sup>. Et hæc sermè sunt omnia, quæ de adiectis iure ciuili tradita extant. Ad alios transeamus. Hereditibus creditorum recte solui, nemo dubitat, cum in ius obligationis succedant. Et si plures sint, pro parte hereditaria cuique solutionem fecerint. Vnde si major pars heredium interpellat, &c depositum repetat, consultius factum eum dicimus, qui magistratus iussu interueniente soluat<sup>s</sup>. Heredi sanè, qui hereditatem restituere rogatus est, ante eam restitutam facta solutione debitoris liberari constat<sup>t</sup>. Quintam si instituto deliberante, substituto per errorum solutum sit, ad eum postea devoluta hereditate

<sup>h</sup> In l. cū quis  
i. s. qui sibi.  
de verb. obl.

<sup>i</sup> L. stipula-  
tus sim. D. de  
solu. cū quis.  
D. de verbos.  
oblig.

<sup>k</sup> I. fed & si  
filio. in fin. D.  
de confit. pec.

<sup>l</sup> I. si mihi. D.  
de fideiussor.  
<sup>m</sup> I. si qui pe-  
nit. D. de pf  
gno.

<sup>n</sup> I. quod sti-  
pulatus. D. de  
solutor. L. non  
ideo. D. de no  
tatio.

<sup>o</sup> I. stipula-  
tio ista. Altera de  
verb. oblig.

<sup>p</sup> I. Julianus.  
s. vt. de verb.  
oblig. s. plane.  
istid de inutil.  
stip.

<sup>q</sup> I. qui res. s.  
mihi deceas.  
de solutor.

<sup>r</sup> I. vlt. s. vt.  
D. de verbos.  
oblig.

<sup>s</sup> L. stipula-  
tus. s. l. de so-  
lutor.

<sup>t</sup> Lante. D. de  
solutor.

- u. I.pupilli. s. hereditate debitoribus liberatio nascetur<sup>a</sup>. Præter supradictas verò personas, & alijs quibuscumque, quibus solui creditor iussirerit, debitores soluentes liberabuntur<sup>b</sup>. Nam cùm iusu meo id, quod mihi debes, creditori meo soluis, & tu à me, & ego à creditore meo liberor<sup>c</sup>, soluiq; nobis id intellegitur, quod alij nostra voluntate soluatur<sup>d</sup>. Nec interest cui solui creditor iussirerit. Itaque si vxori suæ donatus debitorem suum ei soluere iussirerit, quantum nummi vxoris non fiant; propterea quòd iure ciuili donatio impeditur, exceptione tamen doli mali potentem maritum submovebit debitorem, si paratus sit, quas aduersus mulierem habet actiones, ei præstat<sup>e</sup>. Celsus quidem ea ratione tentabat<sup>f</sup> ipso iure liberatum debitorem, quòd quasi viro data breuis manus fictione videatur: propter quam, quod iusu nostro alij debitot noster numerat, & nobis datum, & à nobis ad alium peruenisse intellegitur<sup>g</sup>. Nam si donatio iure ciuili non impediretur, ita res gesta videretur, quasi à debitore in virum, ab eo porrò in vxorem dominium translatum esset. Qua ratione cùm iusu debitoris ab alio falsus creditoris procurator accipit, & debitori cum furti teneri, & nummos debitoris esse factos Pomponius scribit<sup>h</sup>, & alij plerique consentiunt<sup>i</sup>, licet eos vtique non attigerit. In illa verò altera specie summi iuris regulis nixus Africanus, ipso iure debitori liberationem cōtingere negat, quia numimi eius maneat, nec vxoris propter iuris impedimentum facti sint. Namq; dominium ab eo recessisse vix dici potest, quòd ei, in quem translatum volebat, acquiri non potuit. Paulatim tamen æquitate suggestente admittit debitori, qui viri mandatum secutus soluit, exceptione esse succurrendum, si marito conditionem, quam aduersus vxorem habet, mandet. Ita cò tandem recidunt omnia, vt si minus ipso iure, per exceptionem tamen debitor liberetur: quemadmodum euenit, & cùm vir vxori pecuniam donare volens permittit eam à debitore stipulari. Nam ea promissione, licet nihil actum sit<sup>j</sup>, si tamen post diuortium promissor bona fide soluat, doli mali exceptione tuédam eum placuit, cessis quas aduersus vxorem habet, actionibus<sup>k</sup>. Porrò & debitores pupillares liberantur, si iusu tutoris alij soluerint<sup>l</sup>. Amplius si pupillo iubente creditori eius numerauerint, licet ipso iure obligati

obligati maneat, doli tamen exceptione defendantur, quod locupletior factus pupillus videatur, qui ea pecunia à creditore suo dimissus sit<sup>1</sup>. Planè, qui à fugitiuo nummos domini i*Id pupilli de solutio.*  
creditos acceperunt, alij eius iussu soluentes non liberantur, contrà quām si ipsi fugitiuo soluerint<sup>k</sup>. Nam domino quidem solutum intellegitur, quod ipsi fugitiuo soluitur, cùm earum rerum, quas tenet seruus, dominiuin possessioq; apud dominum esse intellegatur, cui nec aliarum rerum, nec sui ipsius possessionem iuteruertere seruus potest<sup>l</sup>. Quod idem dici non potest, vbi alij iubente vel delegante eo soluitur. Ceterum si omnibus integris mandatum solutum sit, vel creditoris, qui solui iussérat, morte, vel quod eum, cui solui iussérat, postea accipere vetuisset, idq; non ignorantes debitores soluerint, suum profundunt<sup>m</sup>. Nam cùm ex voluntate creditoris, quæ vel morte finita<sup>n</sup>, vel aperte reuocata est, non soluerit, liberationem non consequuntur, nec soluti repetitionem habēt<sup>o</sup>, qui scientes alij quām cui debebant soluerint<sup>p</sup>, quod donationis speciem habet<sup>q</sup>. Similiter si contra creditoris denuntiationem<sup>r</sup>, vel ei, qui ab administratione sibi concessa remotus erat, scientes debitores soluerint, nihilominus oblicantur. In omnibus verò his casibus si ignorantes soluerint, æquitatis ratione, utilitatisq; causa liberationem eis continere receptum est<sup>s</sup>. Nec enim imputari eis æquum est, si non diuinarent mandatum solutum esse. Idq; eis notū fieri oportuit, ne eorum ignorantiam obrepens procurator circumveniret<sup>t</sup>. Ei certè, qui mandato meo sibi solui stipulatus est, me mortuo, vt & inuito iure soluitur, quia ex stipulatione sua quæsitus ei solutionis ius morte mea intercidere non potest<sup>u</sup>. Sed nec dubitandum est, quin cui post mortem meam soluere debitorem iussi, rectè me mortuo soluatur: quia quod in mortem collatum est, mandatum morte non finitur<sup>v</sup>. Itaque illum Pauli locum<sup>w</sup>, in quo hæ duæ species explicantur, malè collocatis & interpolatis verbis deprauatum esse certo certius est, atque ita restitui oportere, vt & alij quidam monuere<sup>x</sup>. Ei, qui mandato meo stipulatus est, post mortem meam rectè soluitur: quia talis est lex obligationis: ideoq; etiam inuito me rectè ei soluitur. Ei autem cui iussi debitorem meum soluere, post mortem meam non rectè soluitur: quia mandatum

*k I fugitiuus.  
D. de solutio.*

*l I rem qua.  
D. de acq. pos.  
I. filius fam. D.  
de reg. iur.*

*m I. vero. §. L.  
I. 6 seruus. D.  
de solut.  
n I. 4. D. loca.  
o I. 6 nō for.  
tem. §. qui fi.  
lio fam. D. de  
cond. indeb.  
p I. Lindehius.  
C. eo. I. in sum.  
ma. §. vlti. D.  
cod.*

*q I. cuius. D.  
de reg. iur.  
r alius. D. de  
solutio.  
s I. dispensa.  
tori. I. seruo.  
D. de solutio.  
I. cuius. D. si cer.  
pet. §. vlti. Inst.  
manda.*

*t Arg. I. 6 fi.  
deñillor. § si  
cùm debitor.  
D. manda.  
u I. vlti. D. de  
solutio.  
x I. averò rō  
remunerādi.  
§. vlt. cū I. seq.  
D. manda.  
y I. vlti. D. de  
solutio.*

*z Cuiac? ca.  
gl. lib. i. obser.  
vatio.*

*morte dissoluitur.* Et huiusmodi verbis loco suo ordineq; mortis , aliquot librorum nostrorum loci <sup>a</sup> corrupti sunt. Sed ita remotis ab actu vel reuocatis procuratoribus factam ab ignorantibus solutionem liberationem parere African.censem <sup>b</sup> , si non illi ea mente nūmos acceperint , vt eos lucentur. Tunc enim, quia furtum faciunt, nummi debitorum manent , neque liberantur : quamquam exceptione repellere potentem creditorem possint , si quas aduersus cum qui accepit habet, ei præstet actiones. Nullo verò mandato intercedente , non alijs,quām quas initio recensuimus personis,debitores inuito vel ignorante creditore soluentes liberabuntur <sup>c</sup>. Ideoq; nec si cauere quis paratus sit Amplius non peti, eo magis debitor

- <sup>a</sup> I. peto. s. mater. de leg. s; l. ouñis. s. vlt. de solut. b Lcū quæ. s. si debitorem. de solutio.
- <sup>c</sup> I. in iusto. C. de solutio.
- <sup>d</sup> arg. l. 1. D. vt leg. nom. eam.
- <sup>e</sup> Lcū mī- ritura. C. de fo lucio.
- <sup>f</sup> Lfilius fam. D. de solut.
- <sup>g</sup> Iqui homi nē. s. si gener.
- <sup>D</sup> de solut.
- <sup>h</sup> l. s. C. solu. mazim.
- <sup>i</sup> l. si filii. D. de solutio.
- <sup>k</sup> l. si filia. D. de iur. dot.

alij quām cui debet , exoluere cogitur <sup>d</sup>. Nec si viro , quod vxori debetur, sine eius consensu solutum sit , vel contrā , liberatio contingit <sup>e</sup>,non magis quām si filio,quod patri debetur, sit solutum <sup>f</sup>. Cui consequens est & generum, qui solidam dotem socero , ignorante filia , soluerit , à filia non liberari <sup>g</sup>. Cū enim dos profecticia patris & filiæ communis sit <sup>h</sup>,vtrique simul solui vel alterutri ex alterius voluntate debet <sup>i</sup>. Plani si filiasam.nuptura ex peculio,cuius administrationem habebat,dotem dederit : matrimonio, cum in eadem causa peculium esset, soluto,ipſi soli cuiuslibet peculiaris debiti exemplo re&tè dos soluetur <sup>k</sup>. Quod si genero suo quis dotis Seiæ filiæ nomine heredem centum dare damnauerit,quamquam legati emolumentum omne ad Seiam pertineat , conceptio tamen verbotum facit , vt vel inuita ea viro soluens heres liberetur <sup>j</sup>. Qui possessori,tametsi bona fide possidenti <sup>m</sup>,soluerunt, non antè liberantur, quām vero heredi quod exegerit possessor, restituat <sup>n</sup>. Ergo solutum repeteret à possessore poterunt <sup>o</sup> : videlicet si ex hereditaria causa obligatio proficiat. Nam si possessor ipse locasset,mercedis ei solutæ repetitio nulla tribueretur , propterea quod ei soluerint , cui & obligati erant <sup>p</sup>. Quamobrem qui minori bona hereditaria pro herede administranti,quam ille ex hereditate crediderat, pecuniam soluerūt, vel abstento postea eo,hi nihilominus liberantur,quoniam vero creditori soluerunt <sup>q</sup>. De illo dubitari potest, An creditori creditoris mei absq; eius mandato facta solutio mihi pariat liberationem. Et magis est , quemadmodum

modum Bartolo quoque videtur<sup>c</sup>, ut mihi exceptio prospicit<sup>d</sup>. Fortius dicemus, si cum domum conduxisse, eiusq; partem mihi locasses, ego locatori tuo pensionem soluero, me liberari<sup>e</sup>. Ceterum ei facta solutio, qui amicitia ductus sine mandato creditoris negotia gerat, debitoribus, antequam creditor ratam eam habuerit, liberationem non assert<sup>f</sup>. Ratihabitio enim cum retrotrahatur<sup>g</sup>, & mandato comparetur, eas, quæ ab initio non constituerunt, solutiones liberationesq; confirmat<sup>h</sup>. Ideoq; generaliter tenendum est, etiamsi alij quam cui debebatur, citra creditoris mandatum solutum sit, creditore tamen ratum habente, liberationem sequi<sup>i</sup>. Ratum vero habere creditor, postquam certior est factus, debet<sup>j</sup>. Quod tamen non est districte accipendum, sed cum quodam moderato temporis spatio, & q' m'ura, ut familiari<sup>k</sup> nostris verbo utar. Sed & intra tempora legitima ratum haberi posse est. Planè si fideiussor ad certum tempus acceptus, procuratori, cui iure solui potuit, intra tempora soluit, quamquam post tempus ratam creditor habuerit solutionem, fideiussor tamen iam olim liberatus intellegitur, nec repetet<sup>l</sup>. Nec enim quidquam facit, quod non in tempore interposita videatur ratihabitio, quam interuenire non erat necesse, cum ea etiam non expectata fideiussori statim atque procuratori soluit, parta fuerit liberatio. At cum praecedentis actus confirmandi causa ratihabitio desideratur, illa nisi idoneo tempore intercesserit, nullas vires habet<sup>m</sup>. Vnde quod Africa in simili prope specie respondit<sup>n</sup>, procuratorem, qui a's alienum exigens, de rato cauit, si debitore iam tempore liberato dominus, quod a procuratore gestum est, ratum habuerit, ex stipulatu vel alijs condicione teneri: de litis procuratore non ad hoc dato, ut ei solui posset, vel omnino de eo, qui sine mandato vtrò se alienis negotijs offerebat, quem nos procuratorem quoque appellari suprà notauimus, accipendum censco. Cui facta solutio ante domini ratihabitionem debitorum non liberat: quæ si seriùs, id est, postquam actionis dies exiit, & tempore debitor liberatus est, interueniat, non iure factam solutionem non confirmat. Et ad has coniecturas, (nam temerè quidquam affirmare de obscuro loco nolim) ex eo adigor, quod Africā non interposita stipulatione in-

r In non so-  
lum. §. vki. D.  
solu. matr.

s I si opera.

D. de dol. ex-  
cept. l. si bber,

D. de nego-  
ges. t. L. solutum.  
s. solut. D. de

pign. a'bo.

u. L. si ego. D.  
de neg. g. n.

z. L. vrodn. s.

D. de foliur.

y. Linquo. C.  
de solut.

z. Lratum. D.

cod. a. I pen. D. de  
cond. tric. l.  
si arbitr. D.  
de probat d.  
ratum.

b. I. cum de-  
cem. §. t. de so-  
lutio.

c. I. bonorū.

D. i. e. rat. hab.

d. L. vlt. §. vlt.

D. i. e. rat. hab.

e. Quod si fortè D. de solutio.  
f. Si procurator. D. de cōdi. indeb. l. ve-  
to. D. de solutio.  
g. Arg. Leum. is. & l. D. de cō-  
di. indeb.  
h. Infin. quib.  
mod. toll. obl.  
i. l. s. mu-  
tui. D. si cert.  
pe. t. a quo.  
C. de solut.  
k. Si domus.  
s. qui confe-  
tur. de leg. j.  
l. possessionis.  
C. comm. vtr.  
iudic. si quis ar-  
gentū. s. j. D.  
de dooat.  
l. l. D. de re-  
rum permu-  
m. Non dub-  
ium. inf. i. D.  
de leg. iij. cū  
alienam. C. eo.  
n. No. 4. s. vt.  
& Nou. cxx.  
Auth. hoc si-  
fi. C. de solut.  
o. C. s. lib. 3.  
de Bello Ciu.  
p. In Epitol.  
ad Attic.  
q. l. manife-  
sti. C. de solut.  
l. si ei comptra.  
D. de iur. dot.  
r. l. successo-  
res. C. de solu-  
tio. l. cum do-  
minam. C. de  
pigno.  
s. Leum pro  
pecunia. C. de  
solutio.  
t. l. si quis a-  
liam. D. eo.  
u. l. si pre-  
diū. C. de eu-  
atio. l. elegan-  
ter. D. de pig-  
no.

debiti conditionem competituram ait : cui vtique tunc solum locus est, cum vel procuratori solutionis accipienda potestatem non habenti, solutio facta est, vel procuratori ita solutum est, ut nisi dominus ratum haberet, condiceretur, & dominus ratam solutionem non habeat<sup>4</sup>. Nam si vero procuratori solutum sit, confessim debitor etiam ante ratificationem domini liberatur<sup>5</sup>: idcōq; non repetit<sup>6</sup>.

Hactenus qui soluant, & quibus soluatur. Deinceps quid solui possit, videndum est. Est autem vulgi ore trita sententia, solutione eius quod debetur, obligationem tolli<sup>7</sup>. Ex quo apparet, id ipsum soluendum esse, quod debetur. Altud verò pro alio inuito minimeq; consentienti creditori solui non potest<sup>8</sup>. Ac ne pretium quidem speciei promissæ loco nolenti creditori rectè præstatur, nisi ubi aliud singulare iure, fauore certarum causarum receptum est<sup>9</sup>. Aliud enim res est, aliud pretium<sup>10</sup>. Cum tamen res aliena debetur, camq; dominus vel omnino alienare vel æquis conditionibus distrahere refusat, iustum eius æstimationem debitor offerens audieundus est<sup>11</sup>. Sed etsi nummorum facultatem debitor non habeat, nec facilè suarum rerum emptores inueniat, æquisimum putauit Iustinian.<sup>12</sup> compelli creditorem in solutum debitoris possessiones accipere, inita prius à magistratu earum æstimatione, ut sine iusta vtriusque querella res procedat. Atque ita Iulius Cæsar pulso ex Italia Pompeio, cum fides tota Italia angustior esset, & pecunia non soluerentur, constituisse dicitur, ut creditoribus possessiones debitorum per creditores æstimatae traderentur<sup>13</sup>: quas ea de causa Cicero plorunque<sup>14</sup> æstimationes appellat. Enimvero volenti creditori res pro re solui potest<sup>15</sup>. Et ita pro pecunia res in solutum data liberationem affert. Nec reuocari ea datio, si non minor xxv. annis dedetit<sup>16</sup>, vel ex ea causa potest, quod bono quodam euentu multo pluris vendidisse rem is, qui accepit, dicatur, quam ei deberetur<sup>17</sup>. Toties autem res pro re soluta liberationem parit, quotiens in solidum accidentis facta est<sup>18</sup>. Euietà verò ea pristina obligatio durat, & utilis nihilominus ex empto actio creditori, in id quod eius interficit<sup>19</sup>, accommodatur. Præterea, ut in solutum datione obligatio tollatur, hoc etiam exigitur eiusdem cum eo quod debetur, æstima-  
tionis

tionis esse rem, quæ in solutum datur. Proinde si centum debens fundum ducentorum soluerit, totus fundus repeti potest, & incorrupta obligatio manet, nulla facta confusione partis rei cum pecunia, ne eo modo ad communionem præter voluntatem suam creditor compellatur<sup>x</sup>. Per contrarium quoque, si creditor pluris æstimatum fundum tradiderit, non aliter liberatur, quæcum si quod iusto pretio deest, suppleuerit<sup>y</sup>. Dari verò pro soluto res quæcumq; volenti creditori potest, siue in corpore, siue in iure consistat. Nam & in solutum dari debitoris nomen potest<sup>z</sup>: eiusq; ad eum qui sic acceperit, quamvis nulla delegatio secuta sit, periculum statim pertinere dicitur<sup>a</sup>: qui mandatis sibi à debitore actionibus, non in personam modò, sed & in rem hypothecarias habiturus est actiones<sup>b</sup>. Ac directis quidem, quæ in ipso, qui contraxit, radices egerint, non nisi procuratorio nomine experiri potest: vtiles verò etiam sine mandato, exemplo eius, qui vel emerit, vel doti nomen acceperit, ei dari crediderim<sup>c</sup>. Ceterum qui in solutum rem dare creditori promisit, non eo mihi debiti quantitatè offerre potest<sup>d</sup>, cum in eius gratiam id caustum fuerit<sup>e</sup>, nec ad necessitatem præstationis conuerti debeat. Alia causa est eius, qui creditorem rogavit, vt pignus certo pretio emptum possideat, sibiq; habeat, idq; velle scilicet ad eum missis sit testatus. Nam postea sortem cum usufruendo non eo efficiet, vt sibi possessione creditor cedat<sup>f</sup>, non magis quæcum si in solutum datam rem, & iam translatam reuocare studeat. Nec enim quicquam vetat pro debito pignus creditor iudicari, aut insolutu dari. Ratumq; & utile pactum est, quo conuenit, vt ad diem non soluta pecunia pignus creditor iure emptionis iusto pretio tunc æstimandum possideat<sup>g</sup>. Qua in re inscitè Accurs. Marcello Julianum aduersari credit<sup>h</sup>. Maneat verò quod initio disputationis huius posuimus: Rem pro re volenti solui possemolenti, non posse. Itaque quærentibus; quid solui debeat, potissimum quid debetur, inspiciendum erit, & quid cuiusque obligationis natura ferat. Quod nos generatim propositis ijs quæ in obligacionem deduci possunt, summatim persequemur.

Obligationes interdum in dando, interdum in faciendo consistunt. Dati verò vel quantitatem vel species vel genera,

x. I. si nō sortem & si centum. D. de cōdi. indeb.

y. I. si quis rē. D. de solut.

z. I. si in solutū C. de obl. & act.

a. I. pupilli. s.

foror. D. de fo-

lutiō.

b. I. si in sp

lolutum. I. pos-

quam. C. de

hered. vend.

c. I. z. C. de

oblig. & act.

I. ex nominā.

C. de hered.

vend.

d. I. quamvis.

D. de solut.

e. Arg. I. quā-

pis. de pig.

act.

f. I. Thius. D

de pig. act.

g. I. si fundus.

s. vt. D. de pi-

gno.

h. In d. I. quā-

vis. de solut.

vel illud aut illud sub disiunctione stipulantur. Quæ species separatis tractatum habent. Illud omnibus commune est, quod huiusmodi obligationibus qui tenentur, nisi rem accipientis fecerint, nullatenus liberantur<sup>1</sup>: hoc enim & verbo dandi continetur<sup>2</sup>.

Qui decem debet, partem soluendo, in partem obligationis liberatur, & reliqua sola in obligatione manent<sup>3</sup>. At autem partem debitæ pecunia, quæ in controvèrsia non est, accipere invitus creditor cogatur, valde disceptatum est.

Ego in hac questione cum communi schola contra Dec. Alciat. Ferretum sentio. Quæ res quoniam longiorē orationem, prolixiorēq; disputationem desiderat, à me in proprios locos reijectur. Inter omnes sanè constat,

promissoris heredes suæ quemque partis præstatione libera-ri<sup>4</sup>, diuisis ipso iure ex l.xij.tab.nominibus<sup>5</sup>. Hic & illa quæstio existit, Num alterius generis quam quæ promissa est pecunia, solvi possit. Et ego, licet sint qui dissentiant, solvi posse arbitror, si modò nullum inde damnum ereditor patiatur<sup>6</sup>.

Nec ferendum cum existimō, qui oblatam in probata quaque moneta solutionē recusat, cum certi generis nominatim quantitas promissa non est. Idq; ita post multas varietates obtinuisse & Parisiensi curiæ placuisse fertur<sup>7</sup>: qua de re copiose à v.c. And. Tiraq. in lib.de Retractu<sup>8</sup> disputatur, vnde

quantum quoque modo videbitur, haurire quisque poterit. Planè si ex mutatione pecunie incommodum aliquod creditori accederet, nec melius, nec æquius esset in alia forma nummos promissos cum cogi accipere. Sed id damnum esse oportet, quod patrimonij diminutionem continet<sup>9</sup>: neque enim ex nuda creditoris affectione res ista æstimanda est<sup>10</sup>,

quæ in nummorum corporibus iustum ac probabilem rationem nullam habet<sup>11</sup>, cum in his quantitatem atq; æstimationem magis quam speciem intueamur<sup>12</sup>. Eamē ad initium contractus referendam omnes consentiunt, tum quod ad bonitatem quodammodo videatur pertinere<sup>13</sup>, tum etiam

quod verba ipsa ad negotij gesti tempus vel in alijs quoque speciebus referantur<sup>14</sup>. Idq; post glossatores<sup>15</sup> etiam Guido Papa probat<sup>16</sup>. Denique ut omnia concludamus, ita res ex æquitate temperanda est, ut durus, morosusq; creditor non audiat

terram solutionē recusans, ex qua damni nihil sentiat. Se-  
nec

i. libi autē  
§ vii. de verb.  
oblig.  
k. §. vii. itaq.  
fisi. de acto.  
l. 1.p. §.i. D.  
de soluz.

m. l.s. §.i. l.  
in executio-  
ne. s.i. de ver-  
bo. obl. l.1.C.  
si cert. per.  
n. Lecter. D.  
fam. erit. c.  
o. L.Paulus ij.  
D. de solutio.  
l. vn.C. de arg.  
pret. qd. thel.  
lib. ro.C.

p. Rebaf. in  
Cōment. con-  
stitut. reg. ro-  
mo. t.

q. In §.i. gl. 8.  
r. Arg. 13. D.  
de damn. inf.  
s. Arg. Lvii.  
d. vnu & hab.  
t. Loummis.  
D. de io. lit. iur.  
u. l.t. D. de  
contr. emp.  
x. Arg. Leum  
quid. D. si cer.  
pet.

y. 4. Rorilio.  
D. de contrah.  
emp. l. medi-  
co. l. fi. ita. de  
auro & arg.  
z. Gl. in c.cū  
conquerente.  
de off. ord. &  
c. olim. & ca.  
cū canonici.  
de censib.  
a. Decisi. 493.

nè reprobata pecuniam adulterinosq; nummos pro bonis soluens, nullatenus liberatur<sup>b</sup>. Adulterinos autem nunimos veteribus fuisse plumbeos & stanneos ex eo facilè iudicare possumus, quòd eorum vsus I.Cornelia<sup>c</sup> interdictus esset: quz quòd de nummis caueret, Nummaria appellata est. Argenteos quoque vel aureos nummos propter æris mixturam reiectos indicat Scæuola<sup>d</sup> responsus<sup>d</sup>, quo pecuniam, vt ærosam, è Repub. sublatam narrat. Nam hoc significat apud eum verbum ærosa, vt in probatis codicibus legitur. Quo modo & ærosus lapis apud Plin.<sup>e</sup> & ærosa apud Festum<sup>f</sup>. Adulterari porrò ære pecuniam auream solitam & illud Petrij carmen ostendit:

*Nc qua suberato mendosum tinniat auro.*

Quod crimen etiam I.Iulia peculatus coërcebatur<sup>g</sup>. Et rafos quoque solidos<sup>h</sup>, & quorū circulus excisus esset, improbatos constat. Qua de re extat Constantini constitutio<sup>i</sup>, quz superioribus annis à principe nostro renouata est. Sed de his alijs dabitur commodior dicendi locus. Nunc ad rem.

Suos item nummos debitorem soluere necesse est, vt ex solutione liberetur. Nam si alienos inuitu vel ignorantē domino soluerit, quamdiu pecunia extat, non liberatur. Quibus tamen integris, si perget petere creditor quod debetur, nec offerat quod accepit, exceptione submouendus est<sup>k</sup>. Consumpta vcrò sine dolo malo pecunia debitori liberatio nascitur<sup>l</sup>. Nam quz ratio suadet, vt quamdiu nummi salui sunt, liberatio debitori non contingat, quòd scilicet apud accipientem remansuros eos incertum sit, cùm à domino extantes vindicari, vel mala fide consumpti ad exhibendum actione peti possint, eadem facit, vt consumptis bona fide nummis solutio conualescat firmeturq;, quoniam nulla iam ratione auferri à creditore possint: alioquin cùm debitoris iactura creditor ditaretur, improbumq; lucrum ex alieno damno faceret, quod à naturali ciuiliq; ratione abhorret<sup>m</sup>. Pari ratione si alieni nummi crediti sint, consumptione mutuum excitatur<sup>n</sup>. Nec quicquam interest, quomodo nummi soluti consumpti sint. Nam siue permutati<sup>o</sup>, siue alijs porrò in creditum solutumue dati<sup>p</sup>, vel in corpus patrimonij versi, vel alijs ita permixti fuerint, vt discerni non possint<sup>q</sup>, consumpti videbuntur.

b. I.elegiter.  
g. qui repro-  
bos. D.de pig-  
. aet.  
c. I.g. §.r. D.  
ad I.Corn.de  
fals.

d. I.creditor.  
§.t.de solue.

e. Lib.34.ca.r.  
f. Lib.2.

g. I. D.ad I.  
Iulpc.  
h. I.s.ad leg.  
Corn.de fals.  
i. Tit.de his  
qui solidi cir-  
culi.in Codic.  
Theod.lib.9.

k. I. si is cui  
nummos. D.  
de solutio.  
l. Non ois.  
§.v.t.D.si cer-  
pet.I.Casius.  
D.de solut.

m. I. n. hoc  
natura.de cō-  
di.indeb.l.iu-  
re natura.de  
reg.tur.

n. I.nam & s.  
D.si cer.per.

o. §.cōstitu-  
tur.Institu.de  
ritus.

p. I.oon ois.  
§. v.t. si cer.  
per.

q. I.si alienis.  
D.de solutio.

- r. 1. si is cui buntur. Communibus verò nummis solutis, pro parte confe-  
 nūmos. D. de  
 solu. arg. l. ser-  
 ui elecione.  
 s.t. de leg. j.  
 s. Arg. l. d. s. o.  
 cius. D. si cert.  
 pet. l. nemo.  
 D. pro soc.  
 r. 1. 2. § mu-  
 tui. si eet. pet.  
 u. 1. 3. D. cod.  
 x. 1. 1. § vlt.  
 D. de aur. arg.  
 y. l. vbi aut.  
 §. vlt. de verb.  
 oblig.  
 z. l. fi ita si.  
 pulanus. §. t. de  
 verb. obl.  
 a. Letiam. D.  
 de solutio.  
 b. Leum qui.  
 g. si à re. de  
 verb. obl.  
 c. L. re. de  
 verb. sign. l. ei  
 per iusurandu.  
 m. §. illud.  
 decepit.  
 d. LMxuius.  
 §. pende leg.  
 ij. l. si à reo. §.  
 ff. reo. D. de  
 fideiussor.  
 e. l. eū filius.  
 g. domin. de  
 legat. j. l. qui  
 vsumfructu.  
 de verb. obl.  
 f. d. l. q. vsum  
 fructu.  
 g. l. pen. D. de  
 euic. seruo le  
 gato. §. si fu-  
 dus. de leg. j.  
 h. Lelegater.  
 §. non solum.  
 D. de dolo.  
 i. l. Julianus.  
 §. vlt. de verb.  
 obl. l. qui fibi.  
 D. de solut.  
 k. Ind. Letia.  
 l. l. si rē mea.  
 D. de solut.  
 m. l. qui res.  
 D. de solut.
- buntur. Communibus verò nummis solutis, pro parte confe-  
 stim debitor liberatur<sup>r</sup>: pro solidō nō liberatur, cùm suā tan-  
 tūm partis alienationem habeat<sup>s</sup>. Ceteris rebus, quæ ponde-  
 re, numero, vel mensura continentur, debitūs, non ambiguū  
 est quālibet ex eodem genere rem solui possit propter na-  
 turalem huiusmodi retum inter se functionem<sup>t</sup>: tantumq; vi-  
 dendū esse, vt eiusdem bonitatis cum ea quam accepimus  
 reddatur<sup>u</sup>. Nec omittendum est eum, qui certū argenti pon-  
 dus debet, pecuniā numeratam eiusdem estimationis soluen-  
 do liberari, si non certum argenti genus debeat<sup>v</sup>.
- Qv i fundum dare promisit, in hoc tenetur, vt domi-  
 nium stipulatoris omnino efficiat<sup>w</sup>: nec aliter vlla parte obli-  
 gationis exoneratur, quām si pleno iure fundum eius fecerit<sup>x</sup>.  
 Sed & si quid iuri rei promissæ desit, etiam post solutionem  
 integra ex stipulatu actio manet<sup>y</sup>. Proinde si detrac̄to vſusfru-  
 ctu fundum soluat, non liberabitur<sup>b</sup>, sed adhuc ab eo fundi  
 vſusfructus recte petetur. Vſusfructus enim, licet dominij pars  
 non sit<sup>c</sup>, ius certè tei atque emolumentum continet<sup>d</sup>, &  
 partis instar habet<sup>e</sup>, adeò vt fundus. datus non intellegatur,  
 cuius vſusfructus absit<sup>f</sup>. Non idem de ceteris seruitutibus pla-  
 cett. Nam cùm fundum liberum ab omni seruitute præstare  
 promissor nō teneatur, nisi optimum maximumq; promise-  
 rit<sup>g</sup>, licet prius quām traderet, fundo promisso imposuerit ser-  
 uitutem, ex stipulatu cessabit actio. Sed quia dolus intercessit,  
 de dolo dabitur<sup>h</sup>, quæ hoc casu necessaria est, propterea  
 quod solutione ex stipulatu actio sublata sit, quæ post solutio-  
 nem ita demum manet, si aliquid plenæ dominij translationi  
 desit. Nam certè vel fundo tradito ex stipulatu agere, vt de  
 euicione eius caueatur, licet<sup>i</sup>. Et hoc est quod Vlpia. his ver-  
 bis significat<sup>k</sup>: *Fundum possum petere, licet mihi traditus sit, si  
 ius quoddam cautionis supererit.* Quæ verba Accurs. non in-  
 tellexit. His consequens est, & eum, qui alij obligatum fun-  
 dum soluerit, non liberari, cùm possit hypothecaria actione  
 etiam in solidum à stipulatore auocari<sup>l</sup>. Solutione quoq; rei  
 sub condicione legatæ non antè heres liberatur, quām cer-  
 tum erit remansuram eam rem apud eum, qui accepit<sup>m</sup>. De-  
 nique si res aliena, cuiusue aliena possessio est, vel cui ius ali-  
 quod desit, soluta fuerit, obligatio non tollitur. Nec tantum  
 si stipul

stipulatori, verum etiam si adiecto res soluta euincatur, pri-  
stina obligatio duta<sup>a</sup>. Sed enim qui alienas res soluerunt, he-  
redes à dominis instituti, vel aliás dominium naēti, desinent  
teneri<sup>b</sup>. Ideoq; si ex peculio castrensi filij rem aliquam pater  
soluerit, filio intestato mortuo perinde ac si rei domino heres  
exitisset<sup>c</sup>, liberabitur<sup>d</sup>. Planè qui Stichum promisit, Stichum  
qualis est dando, fidem impletio videbitur<sup>e</sup>. Ita sit, ut statuli-  
berum soluēs liberetur<sup>f</sup>, quia eum vtut est, promisit: nec si  
heres à domino scriptus fuerit, amplius quicquam præstabat<sup>g</sup>,  
cūm absque eius facto hoc contingat<sup>h</sup>. Alia causa est, si in ge-  
nere homo promissus fuerit. Imputari enim hominis pro-  
missori potest quod alium hominem non dederit, qui latissi-  
mam omnium hominum soluendorum habuit facultatem<sup>i</sup>,  
etiam Stichi promissor alium soluere, nec si velit, possit. Verum  
ita statulibero dato, Stichi promissor liberatur<sup>j</sup>, si Sticho ex-  
trinsecus libertatis contidicio obtigit. Nam si à promissore ei  
libertas in aliquem casum destinata est, contra dicendum so-  
rit. Quare enīm factō suo obligationem suam reus tollat? Et  
hoc casu procedet singularis Neratij casus<sup>k</sup>. Igitur qui Sti-  
chiū debet, cūm quo statu, quāq; condicioneq; est, soluens  
obligationi satisfacit. Quare nec furtis noxilue solutum præ-  
stare necesse habet<sup>l</sup>. A se planè vulneratum dando minimē  
liberabitur<sup>m</sup>, cūm factum suum præstare debeat. Porro Stichi  
parte soluta in pattern obligationis liberatio nascitur<sup>n</sup>. Quod  
si plures species stipulatus quis deceperit, inter heredes eius  
stipulorum corporum sectione obligatio diuidetur<sup>o</sup>. Idem  
seruabitur & si communis seruus stipulatus proponatur<sup>p</sup>.

<sup>10</sup> Qui hominem incertum promisit, quemlibet hominem  
soluere potest, cūm ea promissio orationis compendio sin-  
gulos homines complectatur<sup>q</sup>. Sed eum quem soluet, in ple-  
num facere stipulatoris debet. Ideoq; statulibero, vel eum;  
eū ex causa fideieommisi libertas præstanta est<sup>r</sup>, soluēs non  
liberatur. Ille enim implicitum habet casum libertatis, quo  
existente à stipulatore auferetur, huic omni iuris libertas  
danda est, ad quam etiam ex Senatus consulo herede mō-  
ram interponente eripitur. Sic neutrum habere stipulatori li-  
bet: quāmquam in statulibero, si eq; viuo condicio libertati  
statuta descerit, consentaneum est processuram liberatio-

<sup>a</sup> I. qui fibi.  
D. de solut.  
<sup>b</sup> Arg. lsi Ti-  
tio. D. de pig-  
act.

<sup>c</sup> p. 1.2. D. de  
castr. pec.

<sup>d</sup> q. l. qui res.  
s. rem autem.  
D. de solut.

<sup>e</sup> r. l. si à sub-  
stituto. s. vlti.  
de leg. j.

<sup>f</sup> t. l. qui mihi  
a. pen. & vlti.  
de solut.

<sup>g</sup> x. l. Mævius.

<sup>h</sup> s. duobus. de

leg. ij.

<sup>i</sup> y. J. Neratius,  
de condi.ind.

<sup>j</sup> z. l. si à sub-  
stituto. in fin.  
de leg. j.

<sup>k</sup> a. l. qui fibi.  
s. 1. de solut.

<sup>l</sup> b. 1.9. s. 1. de  
solut.

<sup>m</sup> c. l. in stipula-  
tionibus. de  
verb. obl.

<sup>n</sup> d. 1.19. D. de  
solut.

<sup>o</sup> e. l. Mævius.  
s. duobus. de  
leg. ij. l. cō-  
certus de le-  
git. j.

<sup>p</sup> f. l. qui fibi.  
in prin. de so-  
lutio.

<sup>q</sup> g. l. qui dece.  
s. pen.co.

- b. I. cū quis. s. qui hominem de solu-
- nem<sup>b</sup>. Alienum quoque hominem, vel cum, in quo vſusfructus alienus est, soluens, non liberatur, quoniam uno casu nihil accipientis fecit: altero non totum, quod utique necesse est. Si tamen viuo seruo vſusfructus extinguitur, quia totus incipit ad stipulatorem pertinere, debitori liberatio nasceretur<sup>i</sup>. Morte certe serui ipsius, vſusfructu finito liberationem competitur nemo dicet, quod nullo umquam tempore hominem dedito videri posuit. Sed & cum alienus datus est, vſucapo eo debitor liberatur<sup>k</sup>. Hominem enim iam habet stipulator, qui ei auferri non possit. Præterea noxæ deditum vel nondum noxa solutum soluens, non liberatur<sup>l</sup>: quia ha-  
causæ serui habendi potestatem admunt, cuius caput noxa sequi vulgo dicitur<sup>m</sup>. Hoc amplius & serui, qui alij pignori te-  
neatur, solutione debitori liberatio ante pignus dissoluteum non aequiritur: cum propterea accidere posuit, ut ne ha-  
beat<sup>n</sup>. Generaliterq; euicto homine legato pristina actio ma-  
net, cum solutum non videatur. quod ita datum est, ut habe-  
ri non possit<sup>o</sup>. Et ut in pauca conseram, qui hominem de-  
bet, eum soluat necesse est, quem stipulatori habere, & ad  
plenam libertatem, si velit, perducere licet<sup>p</sup>. Turpi verò, i-  
li, infamiq; homine vtputa vespillone dato, non eo minus li-  
berari cum lex ait<sup>q</sup>: Vespillo, aut, ut in Florentinis libris le-  
gitur, vispellio, vilium atque abiectorum cadauerum latorem  
significat. Sueton. in Domitia. Cadauer eius populari sanda-  
pilte per vespillones exportatum. Apuleius lib. 111. Floridor.  
Atque ita vespillonum manibus extortum velut ab inferis  
postiuniorum domum retulit. In Pandectis etiam aliâs<sup>r</sup> hoc vo-  
cabulum occurrit. Cuius tamen loco alicubi<sup>s</sup> vespertilionem  
malè Alecia. reposuit<sup>t</sup>: quod Æsopi apolo defendere fru-  
stra quidam conantur. Fulgentius autem in lib. de vocib. An-  
tiq. Vispillones ait dictos baiulatores, quamvis Antidamus Heraclites Vespillones dixerit cadauerum nudatores, sicut  
in historia Alexandri Macedonis scriptis. Vespas quoq; dictos  
eos, qui vilissimi vulgi cadauera efferebant, Festus auctor  
est. Cuiusmodi homines abieci ac famosi erant, propterea  
quod ignobilium hominum cadauera efferebant, quibus pro-  
pter egestatem funus publicè duci non poterat. Indignaque;  
fuisse homine ingenuo talia ministeria satis ille Satyrici lo-  
cus
- i. d.s. qui bo-  
muncum.
- k. Lis quid. D.  
de solut.
- l. I. qui dece-  
s. penae.
- m. L.L.D. si ex  
nox. cau. L.L.  
s. A.D. cōmod.
- L. qui cum.  
D. de furt. loll.
- n. L. homi-  
nem. D. de so-  
lucio.
- o. I. qui con-  
cubioam. s. fi-  
heres. de leg.  
inj.
- p. d. I. qui de-  
cem. s. vle.
- q. d. I. qui de-  
cem. s. pen.
- r. Cap. 17.
- s. In I. sed scie-  
d. D. ad Tre-  
belli. si ita quis  
stipulator. D.  
de euictio.
- t. In d. si ita  
quis stipulat.
- u. Lib. 4. de  
verb. sign.

cus<sup>a</sup> arguit, quo ridet conductos ad *Purgandam cluuiem* & *portandum ad busta cadaver*. Sed eorum hominum solutio  
ideo hominis promissorem liberat, quod datum hominem  
inficiari non possumus: & nostrum factum esse sufficiat, vt  
cumque vile sit eius ministerium. Atque haec omnia, quae de  
promisso homine dicta sunt, ad legatum licebit transferre<sup>y</sup>.  
Porro qui hominem debet, Stichi parte data, in nullam par-  
tem obligationis liberatur, ab eoq; adhuc homo peti potest<sup>x</sup>.  
Ideoq; si duo rei stipulandi hominem dari stipulati fuerint, &  
promissor vtrique partem diuersorum hominum dederit, ab  
vtroque non magis liberatur<sup>z</sup>, quam si eidem diuersas duo-  
rum partes soluisset, quia vna eademq; vtriusque obligatio  
est<sup>b</sup>. Quod si decem homines stipulatus, duobus heredibus  
relictis decesserit, singuli cuique homines praestabuntur, con-  
tra quam si communii seruo homines decem promisi sint.  
Nam cum ambigua ea verba sint, Decem homines, eorumq;  
dimidium duobus modis intellegi possit, numero scilicet, vel  
singulis corporibus intellectu partitis, si quidem communis  
seruos ita stipulatus proponatur, vnicuique ex dominis sin-  
gulorum hominum partes praestandas Vlpia probat<sup>c</sup>: quatenus  
hoc promissoris stipulatorisq; menti magis consentiat.  
Constat enim communem duorum seruum simpliciter stipu-  
lantem hoc agere, vt vnicuique ex dominis pro partibus do-  
minicis, quas indiuis in eo habent, acquirat: eamq;, quam  
in seruo habent communionem, consentaneum est eorum  
quoque omnium, quae per eum stipulando vel per traditio-  
nem accipiendo acquiruntur, communionem inducere. Ut  
ergo sine cuiusquam iniuria & iusta querella diuisio proce-  
dat: magis esse censet Vlpia. verborum ambiguitatem ex ve-  
risimili contrahentium mente reiq; commoditate dissoluens,  
partes corporum singulis deberit. At si decem homines stipu-  
latus duos heredes reliquerit, numero inter eos fieri diuisio-  
nem Iulianus scribit<sup>d</sup>. Qua ratione defendi poterit pugnan-  
tia vtrumque non loqui, aliamq; quod ad hanc rem attinet,  
plurium heredum, aliam plurium dominorum causam esse.  
Quod ita esse iuris ratione ductus affirmare no dubito: eoq;  
fidentius, quod eam sententiam his, qui de iure civili recta  
sentire solent, placere ex familiariter sermone intellexi. Planè si

d. In stipula-  
tionibus. de  
verb. obl.

e. L. si certū,  
D. de verbō.  
oblig.  
f. I. plerūque.  
in f. D. de iur.  
dot. l. 3. D. qd  
cert. lo. l. 6. in  
emptione. s.  
vlt. D. de cōcr.  
empe.  
g. s. huic au-  
tem. Inflit. de-  
actio.  
h. Leum qui  
certarū. s. vlt.  
de verb. obl.  
i. l. illud aut  
illud. D. de  
const. pec.  
k. Lhuifino  
di. S. Stichum.  
de leg. j. l. fla-  
nularibz. s. vlt.  
de leg. ij.  
l. Lapud Au-  
fidiū. de opt.  
leg. l. à Ticio.  
D. de furt.  
m. l. i. C. cōm.  
de leg.  
n. l. traditio-  
nibus. C. de pa-  
ctis.  
o. l. qui sibi.  
s. t. D. de solu.  
p. l. fi in em-  
ptione. s. vlt.  
de contemp.  
q. l. nō vtiq.  
D. quod cert.  
loc.  
r. l. hæc cor-  
dicio. D. de  
contr. emp. cō-  
similibus.  
s. Leum res.  
s. si Stichus.  
de leg. j.  
t. l. Stichom.  
s. i. de solut.  
u. In d. l. Sti-  
chum. s. i. &  
seq.  
x. l. hoijimo  
di. s. Stichum.  
de leg. j.

decem homines, quos elegisset, stipulatus, post electionem fa-  
ctam decesserit, quia iam species certæ debentur singulis he-  
redibus, singulorum hominū dimidiz partes præstabuntur<sup>c</sup>.

Illa aut illa re promissa, electio est promissoris vtrā soluat<sup>d</sup>: adeò ut alteram purè petens creditor plus petere videatur,  
quòd reo adimat electionem<sup>e</sup>. Vna autem re electa, etiam  
ad alteram transire, & voluntatem in eo quod præstatur sit,  
debitor mutare non prohibetur<sup>f</sup>, nisi se alteram soluturum  
stipulatori constituerit. Nam aliam deinde eligere salua fide,  
quam posteriori conventione dedit, non potest<sup>g</sup>. In legatis  
planè disiunctiuis, aliud quām in stipulationibus in hac parte  
seruatur. Postquam enim semel elegeritis, cui electio attribu-  
ta est, mutandæ sententie amplius non habet potestatem<sup>h</sup>,  
propterea quòd eam optionem confessim dominij translatio  
sequatur<sup>i</sup>, legi ipsa ad exitum extremas voluntates perducen-  
te<sup>j</sup>. Quod de stipulatione æquè dici non potest<sup>k</sup>. Vtique  
autem alteram ex rebus disiunctiue promissis à se deteriorem  
factam vel debilitatam promissor offerens non audietur<sup>l</sup>. Sed  
nec altera ante electionem perempta, superstitem soluere  
probè recusabit<sup>m</sup>: quasi ius electionis adhuc duret. Quod in  
disiunctiua obligatione alterius morte consumi placuit, ne  
si integrum id reo serues, in arbitrium eius conferas, an do-  
beat<sup>n</sup>: quod iuris ratio non patitur<sup>o</sup>. Demortuæ tamen rei  
preium, quæ longè vilior superstite suerit, præstare ei licere  
Vopian. censem<sup>p</sup>. Quæ sententia æquitatem habet, si modò  
cum per eum non steriles quominus daret, casu res interie-  
rit. Nam si factio eius ea perierit, qua tandem fronte eius æsti-  
mationem offerret<sup>q</sup>, cuius soluendæ sibi ipse facultatem ade-  
mit<sup>r</sup>? Igitur omnimodo speciem, quæ superest, præstare de-  
bet, quæ & ipsa, si antequam per eum factum esset quominus  
daret, decesserit, quatinquam obligatio in totum sublata sit,  
ne tamen impune admissum suum ferat, doli actio in eum  
merito desiderabitur, cuius factio desierit species prior dari  
posse. Et hæc est Pauli<sup>s</sup> sententia, quam obscuriorum vitium  
librorum impressorum facit, in quibus totus hic locus male  
punctis distinctus est. Planè ea re, quam promissor elegerat,  
circa culpam eius extincta, tota obligatio tolletur, quasi ea so-  
la promissa fuerit quæ electa est<sup>t</sup>. Enimvero si Stichum aut

Pamphilum, qui meus erat, mihi dati stipulatus sim, nec si  
meus esse desierit, Pamphilus nihil recte soluetur<sup>1</sup>: in quo  
cum obligatio ab initio non constituerit<sup>2</sup>, nec ad solutionem  
proficere potest, si quo casu à stipulatorē dominium eius dis-  
cesserit: propterea quod in disiunctiva obligatione utraque  
res ad obligationem ponitur, non ad solutionem<sup>3</sup>. At ex con-  
trario & qui hominem dari stipulatus sit, vnum etiam ex his  
qui stipulationis tempore ei seruiebant, si postea eius esse de-  
sierit, promissor soluens liberabitur<sup>4</sup>. Amplius & cum, qui  
duos homines promisit, & Stichum soluit, posse eiusdem Sti-  
chi dominium postea consecutum dando eam liberari Mar-  
cellus scribit<sup>5</sup>. Et huius differentiae ratio non est obscura.  
Quamquam enim plerumque inter se haec obligationes com-  
parentur, ijsdemq; iuris regulis consistant, in hoc tamen ipso  
vel longe lateq; distant, quod qui hominem stipulatur, cer-  
tam nullam rem in stipulationem dedit, & ex solutione  
demum quid in stipulationem venerit, declaratur. Itaque ni-  
hil impedit eum, qui stipulationis tempore stipulatoris erat,  
hominem ei solui, quia non fuerit hic obligatione nominata  
comprehensus: ut proinde eius ratione non possit dici  
ab initio obligatio non constituisse. Quod in disiunctiva stipu-  
latione secus est: in qua utraque res obligatione continetur.  
Ideoq; si earum alterutra stipulatoris sit, protinus obligatione  
eximatur. Sed ut paulo ante, ita hic quoque legata à stipula-  
tionibus separanda esse iuris ratio suadere videtur. Hominis  
enim legato aliter atque stipulatione, singuli homines conti-  
nentur, cum eorum, qui in familia relikti sunt, optio vi ipsa  
data videatur<sup>6</sup>. Cui consequens est, ut nec in ijs qui ab ini-  
tio legatarij fuerunt, nec in ijs qui postea eius facti sint, lega-  
tum consistat, inutilisq; sit etiam eorum, quorum dominus  
esse legatarius desierit, solutio. Quatnobrem, fatendum est  
enim, probare non possum ea verba que apud Papin. interse-  
cuntur<sup>7</sup>: eademq; ratio stipulationis est: nam & ei sententia  
tam Africanus quam Marcell. repugnat: ad quorum concili-  
ationem nihil assertur quod sani hominis animum expleat:  
cum & Accursianam solutionem probata Pandectarum Flo-  
rentinarum lectio refellat, & ceterorum ridiculæ sunt conie-  
cturae. Tum vero quae à Papiniano subiectur ratio stipulatio-

y I. qui dece.  
§. Stichum. de  
solutio.  
z I. nemo re  
suam. de ver-  
bor. obl.  
a I. si duo rei.  
D. de verbo.  
oblig.

b d. I. qui de-  
cem. §. Stichū.

c I. si quis  
duos. D. de fa-  
lutto.

d I. 3. D quib.  
ad liber. proc.  
I. 2. D. de opt.  
leg. I. M. ruius.  
§. duorum. de  
leg. ij.

e d. I. M. ruii.  
§. duorum. 1.

ni nullo modo conuenit, utrumque membrum sumas. Et omnino nihil hominis legatum cum stipulatione hominis simile habet. Ego tamen Amplius pronuntiandum censeo. Non enim satis liquet.

Interdum in stipulationibus sub disiunctione conceptis electionem sibi creditor reseruat: quæ alioquin vel recenti debitori iuris interpretatione deferretur. Et hoc casu interese dicimus, ita stipulatio concepta sit. *Illum aut illum quem voluero, an, quem volam.* Illo enim casu semel dumtaxat eligere stipulator, hoc verò sententiam mutare, subindeq; varia re propter tractum temporis; quem ~~magistrum~~ ea verba habent<sup>c</sup>, poterit, quoad iudicium dictauerit<sup>d</sup>. Nam altero certè petitio, electionis ius consumitur<sup>b</sup>: quemadmodum & in alijs similibus speciebus obtinet<sup>e</sup>. Altero etiam mortuo, qui viuit, solus petetur, nisi in eo, qui mortuus est, creditor moram passus fuerit. tunc enim perinde solus ille, qui decessit, debetur, ac si solus in obligationem deductus fuisset<sup>k</sup>: utiliterq; perpetuata ex mora obligatione; perinde ac si extaret, petetur. Vnde si ante moram à debitore interpositam sine eius facto electa species petiisset, liberati debitorem, nec eam quæ superest, pcti posse diceremus<sup>f</sup>. Ceterum parte vnius ex rebus sub disiunctione promissis, soluta, né pro ea quidem parte liberatio contingit<sup>m</sup>. Ideoq; si Stichum aut Pamphilum stipulatus, duos fideiussores accepero, & alter Stichi, alter Pamphili partem soluerit, vt terq; manet obligatus<sup>n</sup>. Aut si antequam quicquam accepissem, duobus heredibus relictis decessero, non aliter obligationi satisfiet, quam si heredibus idem homo in solidum præstet, ne in diuersis hominibus contra stipulatorum mentem solutio fiat<sup>o</sup>. Quod si mihi Stichum aut alij Pamphilum dari stipulatus sim, Pamphilo alij soluto à me promissor liberabitur<sup>p</sup>. Idemq; est, si mihi decera aut hominem Titio dari stipulatus sim, & homo Titio datus sit<sup>q</sup>. Utroque tamen casu non ipso iure promissor, sed per exceptionem demum liberatur<sup>r</sup>. At si sibi decem aut quinque Titio dari stipulatus sit, non æquè absoluere respondebimus, quinque Titio solutis totius obligationis liberationem nascet, sed ita demum, si hoc expressum actum fuerit, vt quasi pena in stipulantis persona adiaceat, si Titio solutum non esset.

Nam

f. 1.6. in f.D.  
ad Tertyl.

g. 1. si quis sibi

pulatus sit. D.

de verb. obli-

li. 1. si in qui-

D. de procur.

i. 1. si decebat in

melle. D. de

solut. I. t. D. de

pena leg.

k. 1. Stichum.

D. de solut.

l. 1. si ex lega-

ti. de verb. ob.

argu. I. huius-

modi. 5. Sti-

chū. de leg. g.

m. 1.2. g. & ha-

rum. de verb.

obli. I. si no-

tem. 5. pen. de

cond. indeb.

n. 1. qui homi-

nem. 5.6. de-

cem. de solut.

o. 1. in execu-

tione. 5. pro

parte. de ver-

bor. obl.

p. Lqui res. 5.

inibi Romae.

de solutio.

q. 1. qui homi-

nem. 5. stipula-

tas. D. de so-

lutio.

r. 1. vlti. 5. & 6.

mihi. D. de

verb. obl. I. o-

bligationis fe-

re. 5. acceptio.

de obl. & act.

Nam si simplicitet eo non acto stipulatio huiusmodi intercesserit, etiam quinque Titio solutis reliqua quinque in obligatione manent<sup>1</sup>. Cuius differentiaz rationem vel minus accurata cogitatio suppeditat. Nam qui sibi decem aut alij quinq; dari stipulatur, utique minuendæ eius summa causa, quam sibi dari stipulatus est, Titij personam adieccisse intellegi non potest, sed in hoc tantum, ut vel alij pars, quinque ex decem solui possent, quatenus hoc promissori commodius foret. Vna enim summa est quæ in stipulatum deducitur, cuius partem Titio solui permisit. Aliam eius esse causam qui sibi Stichum aut alij Pamphilium vel sibi decem aut alij Stichum dari stipulatus est, res infiniti non possumus, cum eiusmodi stipulatione diuersæ penitus & inæquales species concludantur, quarum non posset altera alterius pars videtur. Sed & si ex contrario sibi quinque aut alij decem stipulatus quis fuerit, ex conceptione stipulationis appareret quinq; Titio solutis promissori liberationem non contingere, quippe qui Titio decem dare promiserit. Plane qui hominem aut decem tibi aut Titio dare spoderit, post partem hominis Titio traditam, si tibi decem numerauerit, partem homini, quæ decem solutis indebita est tibi, cuius contemplatione & voluntate soluit, recte condicet<sup>2</sup>. Quemadmodum autem illa aut illa re promissa in potestate electione<sup>3</sup>, debitoris est, utram praestet, ita & utrum per errorem soluta liberum repetendi quam velit, arbitrium habet. Quæ Juliani & Papiniani sententia fuit, quam Iustinianus recensita contrà sentientium<sup>4</sup> opinione magis probat<sup>5</sup>. Ei porro qui sub alternativa debet, non multum absimilis est, qui decem in melle promisit. Eligere enim potest, utrum mel an decem praestet. Sed hoc, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur. Nam iudicio accepto sola decem soluere poterit<sup>6</sup>. Et hec de obligationibus, quæ ad dandum obstringunt. De faciendo vero obligationibus quæ traduntur, hec sunt. Facto pro facto soluto liberationem non contingere<sup>7</sup>. Et idco eum, qui insulam vel nauem a se fabricandam promiserit, si hoc specialiter actum sit, ut suis operis eam perficiat, ab alio extructa insula non liberari<sup>8</sup>: quod omnium artificum nec eadem industria sit, nec æqualis peritia<sup>9</sup>: ut aliud plane quam promissum esset, solutum videatur.

Atque

Liqui res. s.  
q. stipulatur.  
D. de solut.

t. d. s. stipula-  
tr.

u. s. q. homi-  
nem. D. de so-  
lutio. Arg. l. si no  
sor. s. liber-  
tos. in fin. de  
cond. indeb.

z. l. si decem  
in melle. D. de  
solutio.

a. Liqui res. s.  
michi Romæ.  
de solut.

b. l. inter arti-  
fices. D. de so-  
lutio.

c. Arg. l. si no  
sor. s. liber-  
tos. de condi-  
tione.

Arque hic etiam haud aliter quam in stipulationibus dandi; qui in tuo aut Titij loco insulam fieri spoponderit, electionem habebit, quo loco edificet: & alterutro edificauerit, liberabitur.<sup>d</sup>

d. d.i. qui res:  
s. mihi Ro-  
mz.

e. 1.2. C.de fo-  
lur. l. i. i. is qui-  
D. quod cert.  
loc.

f. 1.3.5. Iulia-  
nus. D. quod  
cert. loc.

g. d. l. 3. s. ide  
Iulianus.

h. l. qui res. s.  
mihi Romze.  
de solut.

i. In Lice illa.

j. vlt. de con-  
flict. pec.

k. s plus su-  
tem. Inflit. de  
actio.

l. l. si cui ex  
empto. in fin.

D. de verb. sig-  
m. 1. solidum.

D. de solut.

n. l. quod in  
diē. D. de so-  
lutiō.

o. l. cām rem  
pus. D. de reg.  
iur.

l. stipula-  
tio ista. s. in-  
ter certam de-

verb. oblig.

p. l. in diē. D.  
de condi. tnd.

q. l. cedere.  
D. de verb. sig.

r. Qui Ro-  
mz. D. de ver-  
bor. obli. l. est  
qui. D. de ann.

leg. l. si ita re-  
lictiū. s. Pega-  
sus. de leg. l.

s. l. 3. s. Sri-  
chan. D. de fla-  
tulib.

Ex his perspicuum sit, quidam quoque genere obligationis sit præstandum. Ut autem id ipsum, quod debetur, ita & eo quo debetur modo, solvi necesse est. Quia sit, ut alio quam in quem promissum est, loco, inquit & differente stipulatori soluere promissor non possit<sup>e</sup>, nisi & quod ratione loci eius intersit, simul offerat<sup>f</sup>. Ac nec si alibi ei, cuius persona stipulatione comprehensa est, sit solutum, libertatio sequitur<sup>g</sup>, nisi ut id liceret, stipulatione causam sit<sup>h</sup>. Alioquin id estiore in accipiendo stipulatoris capsam facere, aut eas quas obligationi insunt, causas condicioneis, mutare ei non permititur. Idem in factis sequitur, ut si insulta alibi quam ubi promiserat extructa sit, in nihil promissor libetur. Quod si locus in obligatione dictus non sit, hic erit distinctionibus Bartoli locus, quas multis verbis persequitur<sup>i</sup>, ex quo assumenta erunt, quae ad hunc locum pertinebunt. Quod in diem promissum est, sua die solvi debet: post diem male soluitur. Ve enim bis dat qui citò dat, & plus pietat qui ante diem petit<sup>j</sup>, ita & minus dat, qui tardius dat<sup>k</sup>. Et hoc est quod nostri Callistratus scribit<sup>l</sup>, Solidum non solvi non minus quantitate quam die. Ante diem utique solvi poterit, quod in diem debetur<sup>m</sup>: quandoquidem pro promissore dici dilatio adiciatur, cui potum medium tempus ad soluendum liberum relinquitur<sup>n</sup>. Quod tamen non efficit, ut per extremam ante diem solutæ pecuniae conditionem debitor, quasi plus soluerit, habeat<sup>o</sup>: cum ex ea promissione quae in diem collata est, praesens nasci obligatio sola in diem dilata exactio credatur<sup>p</sup>. Cum vero creditoris gratia prestacioni facienda dies dictus est, idq; ipsum vel nominatum comprehendens est, vel evidenteribus argumentis apparet, tunc præmaturre soluere. volentem repellere posse omnes consentiunt, quia creditoris intersit diem expectari<sup>q</sup>. Quae res implicitas quasdam difficultates habet, quas nunc non est narrandi locus. Eum planè, cui libertas ita adscripta est, si annua, biennia, tripla die decem dedisset, tota ea simul heredi non expectata die offere posse expostac<sup>r</sup>: cum sine

fine iusta creditoris querella hoc fiat , qui dilatione sublata, illico accipit , quod nisi post tempus aliâs non esset consecutus: celeritate præmatûra solutionis medijs temporis commodum, quod ex seruo parari posset, compensante <sup>1</sup>. Nec hanc vnam benignam sententiam fauor libettatis expressit , cuius causa semper & vbique precipua est. Condiconalis debitor pendente adhuc condicione soluere potest : & ea existente iam olim liberatus suisse intellegetur: deficiente ea, repetet <sup>2</sup>: hoc ita, si volens creditor accipiat. Cogi enim eum accipere quod certum non sit debitum iri, satis inciuite esset, si neque diem, neq; condicionem obligatio habeat, statim solui oportet , nisi ex re ipsa tacitam dilationem promissio capiat <sup>3</sup>. Quod tamen cum aliquo temporis laxamento intellegendum est <sup>4</sup>. Non enim omnia ad viuum sunt rescanda, sed ex bono & æquo interpretanda. Iudicatis quidem certè ex xij. Tab. triginta dies iusti erant. In constitutoria actione decem dies promissori indulgentur <sup>5</sup>. In ceteris causis nihil est expressum. Humanum tamen est tantum temporis dari , quo res conquiri commodeq; solui potuerit <sup>6</sup>. Verùm enim uero tempore opportuno solutio offerenda est, noctu enim solutio intempestiuè fiat <sup>7</sup>. Videndū & illud est, vt totum illud, quod debetur, non imminutum neque deterius factum soluatur <sup>8</sup>, qui locus antea à me tactus est. Ex quibus efficientem solutionum causam , materiam item , ac formam explicatam habemus. Restat quarta pars , quæ solutionum finem & effecta complectitur, cuius explicacione libellus hic concludetur. Finis autem solutionis est liberatio, & solutionem recte factam hic effectus sequitur. Nam cùm ea res, quæ debetur, vel alia volenti creditori eo quo debet modo soluta est, debitori proculdubio liberatio nascitur. Qua in re statui hoc in vniuersum potest, vt ex solutione liberatio contingat accidentis fieri nummos oportere. Fient verò proculdubio, si dominus sit qui numerat : atque adeò vel solo positæ ante oculos pecunie aspectu <sup>9</sup>. Alioquin sola vñucapiendi condicio ex numeratione transferetur <sup>10</sup>, ac nec obligatio tolletur. Omnino enim soluti nummi non videntur , qui creditori auelli posunt <sup>11</sup>. Ideoq; alienis nummis solutis ante consumptionem debitor non liberatur <sup>12</sup>. Eademq; ratio facit, vt à pupillo sa-

t. 1. si ka. §.  
pe. D. de man.  
test.

u. 1. sub con-  
dicione. D. de  
solutio.

x. 1. interdū.  
D. de ver. obli.  
§. loca. Instit.  
eo.

y. 1. quod di-  
cimus. D. de  
solutio.

z. 1. promis-  
sor. §. 1. D. de  
conf. pec.

a. 5. vt. Infi.  
de inost. filip.  
arg. si. dom.  
§. in pecunia  
de leg. j.

b. Bartol. in I.  
more. D. de fe-  
rijs. Bald. in I.  
acepiam. C.  
de vñr.

c. 1. 3. 5. fredi-  
dita. D. com-  
mod. l. 1. §. fi-  
res. D. deposi. l.  
et. 5. D. de so-  
luto.

d. 1. pecunia.  
D. de solut.

e. 1. proculh.  
D. de in. dot.  
titu. pro solu-  
to. D.

f. 1. 3. 5. si emis-  
seruim. D. de  
flanib.

g. 1. Casios.  
D. de solut.

Etiam solutionem, liberationem parere negemus, nimirū quia eos alienare non potuit, qui nullius rei alienationem habet.

Etiam secundum hæc, si suos nummos creditor accipiat, liberatione non sequetur<sup>1</sup>, quoniam nihil in accipientem transdaerit. D.

<sup>h</sup> l.12.6.6 mī  
dasaerit. D. seat, sed suos nummos incipiat creditor habere<sup>1</sup>. Sed & ita

māndā. i Arg. Lī in  
area. D. de cō  
di. indeb.  
k. Līum i.e.  
l. D. de conti  
ndl. 34. S. vlt.  
D. de solut.  
l. 1.55. D. de  
solutio.  
m. L. cepisse.  
Laliid. de ver  
bor. sign.

n. l. si quis  
duos. D. de s  
lutor. o 1.25. D. de  
solut. lex te  
stamento. 5.1.  
de fideiussor.  
p. l. pro here  
ditarij. C. de  
her. act. Lpa  
to C. de pac.  
q. 1.44. D. de  
solutān.

r. l. cū quis.  
s. de peculio.  
D. cod.  
t. L. in omni  
bus. D. co.  
u. l. Vranias.  
D. de fideiuss.  
v. 1.3.5. vlt. de  
duobr.  
x. 1. Modesti  
nus. D. de so  
lutio.

accipientis fieri nummos oportet, vt apud eum remancant:  
contrariaq; hæc nostri faciunt Repetere & Liberari<sup>2</sup>: ex quo

efficitur & cum, qui sic soluit, vt statim recipere, non libe  
rari<sup>1</sup>, cùm cepisse creditor non videatur quod apud eum re  
mansurum non sit<sup>3</sup>. Quæ tamen ratio non impedit, quomini  
nus & acceptis nummis, & retro redditis ei, qui soluit, libe  
ratio præstari poscit<sup>4</sup>, cui cùm ita nunimos non numeret,

qui soluit, quasi statim recepturus, neque id in soluendo aga  
tur, sed hoc creditor sua sponte faciat, qui etiam nulla re ac  
cepta potuisset debitorem liberare. His consequens & illud

est, ex parte heredem institutum, qui tota decem, quæ defun  
ctus promiserat, soluerit, pro ea tantum parte, pro qua heres

est, liberari<sup>5</sup>: quia quod amplius soluit, repescere potest diui  
sis ipso iure ex l.xij. Tab. nominibus<sup>6</sup>. Vna autem numeratio  
ne, interdum plures obligationes tolluntur<sup>7</sup>: nec quicquam

prohibet in plures causas eandem pecuniam solui<sup>8</sup>. Rei cer  
tè solutione & pignora, & fideiussores, appromissoresq; inter  
cessores<sup>9</sup>, mandatores<sup>10</sup>, & eiusdem obligationis socij<sup>11</sup> libe  
rantur. Quamobrem ex duobus tutoribus alter solidum,

quod ex causa tutelæ debebatur, soluens, in ipsa solutione po  
stulare debet sibi aduersus collegam mandari actiones<sup>12</sup>, fru  
stra postea id desideraturus, nisi de eo quoque antè conue  
nisset, quod ea solutione creditoris actiones extinctæ sint,

quemadmodum initio huius libri perstrinximus. Aliter atque  
si ideo tutor damnatus sit, quod à debitore pupilli non exe  
gisset. Nec enim post solutionem ipsam male petet sibi aduer  
sus debitorem, cuius obligationem dissoluit, mandari actiones<sup>13</sup>:

y. 1. Sticham.  
s. si mandato.  
D. de solut.  
z. Arg. l. bo  
na fides. D. de  
reg. iur.

quod priore casu inutiliter idcirco postulat, quia non tam in alienam, quam in propriam causam soluisse videatur,

licet exceptione aduersus creditorem bis idem exigentem<sup>14</sup> alter se tueri possit. Sed eti quod ego debeo, alias non no  
uandi animo promiserit, licet vterq; teneatur, alterius tamen

solutio alteri quoque afferet liberationem<sup>15</sup>. Versa vice fide  
iu sforum

iussorum mandatorumq; solutionem reis proficere non dubitatur. Si tamen seruus sibi susefam. non ex re peculiari suscepta obligatione fideiussirer , & soluerit, non antē is , pro quo intercessit , liberabitur , quād dominus vel pater ratam habuerit solutionem<sup>b</sup>. Nam in hanc causam peculiares numeros alienare in aliena potestate constitutis personis non licet<sup>c</sup>. Sed enim mandatoris solutio ipso iure reum non liberat, quod suae obligationis causa, cuius potestate ad solutionem compulsus est , suoq; nomine magis quād liberandi debitoris causa soluisse videatur<sup>d</sup>. Ideoq; ei, quas aduersus reum habet actiones, præstare creditor vel post solutionem necesse habet<sup>e</sup>. Qua ratione & quod alienæ hereditatis possessor creditoribus soluit, ipso iure vetum heredem non liberat<sup>f</sup>, videlicet quia suo, non hereditatis nomine soluit , vt meritò velur indebiti soluti cuicta hereditate, ei repetitio tribuatur<sup>g</sup>. Hic autem non incommodè velut excessus loco subiungitur, quotiens actione aliqua plures tenentur, quæ rei, vel eius quod interest, persecutionem respiciat, vnius solutionem ceteris omnibus prodicte, cum in penalibus vnius solutio alios non liberet<sup>h</sup>, quia sui quisque delicti pena sufferat<sup>i</sup>. Etiam illud adiungam, quod non dissimili causa nititur, litis aestimatione ab eo soluta , qui ex aliena hereditate quid dolo posidere desit , possessorem non liberari<sup>k</sup>, quoniam doli pena præstatur ab eo, qui possessionem dolo amisit<sup>l</sup>. Verum eiusdem, quod in obligationem deductum erat, solutio ad liberationem proficit<sup>m</sup>. Nam quod pena nomine à debitore dependitur, lucro creditoris cedit , nec debito imputatur<sup>n</sup>. Ideoq; quod propter pignus surreptum debitor furti actione creditoris præstitit, pecunia debite non assert liberationem<sup>o</sup>. Verè autem soluta pecunia, non eo minus debitor liberatur, quod inductum chirographum non sit<sup>p</sup>, quod post solutionem etiam utiliter condicetur , quasi iam sine causa sit apud creditorem<sup>q</sup>. Hic videndum est, si ex piuribus causis debitor soluerit, quæ potissimum obligatio tollatur. Primum quidem is ipse qui soluit, dicere potest , quo se potius debito exonerare velit<sup>r</sup>, nec quod in formam se dare dixerit, in usurias iuste creditor retinebit<sup>s</sup>. Certam enim legom ei quod soluit dicere cuique licet. Ideoq; & ita soluere, ut ex duobus fideiussori-

b 1.6 servos.  
D.de fideiuss.

c 1.3. §. si fi-  
lius fam.D.de  
pecul.

d 1. Papiniu-  
nus. D.madz.

e 1.Stichum.

§.si mandato.

de solut.

f 1. si quid  
possessor. D.  
de per. hered.

g 1.6 pena.

§.1. D.de cōdil.  
indebi. Lcum

quis. §.de pe-  
culio. D.de fo-  
luti.

h 1.4.C.de rō  
di.furt.1.1.6. si  
plures. D. de  
eo per quem  
fact. et.1.1.6.  
vthi. D. quod  
mer. eau.1.1.6.

i 4. D. de his  
qui deiecer.

j 1. Lt. § planē.

D. de tu. & ra.

k 1.Stichum.  
§. dolo. D.de  
solut. Letiam.  
io si. D.de pe-  
titihered.

l Arg.1.1.6.  
§.condemna-  
tio. D.de tab.

exhib.

m Ins. quib.

mod. xii. obl.

in priu.

n 1.iid quod.  
D.de so. ut.

o 1. si debi-  
tor. D.de fute.

l. si pignore.

D.de pig. act.

p 1. inductū.

C.de solut.

q 1.vthi. C.ad  
exhib.1.vthi.C.

de condic. si-  
ne can.

r 1.1. L Pan-  
lus. D.de folu.

s 1.creditor.

§.J.D.de folu.

- Lin his. s. i. bus vnum liberet, reus potest<sup>b</sup>: quo casu non ex vniuersitate  
 D. eod. debiti decedet quod solutum erit, sed ei soli proficiet cuius  
 u. I quotiens nomine sit solutum : quemadmodum seruatur, & cum vnu  
 D. de solut. ex fideiussoribus partem suam soluit<sup>c</sup>. Quod sic accipien-  
 dum est, vt alter ex fideiussoribus, quo minus residuat portio-  
 nis iudicium accipiat, recusare non possit. Nec enim quic-  
 quam prohibet etiam eum, qui soluit, in id, quod deest, con-  
 ueniri, cum non ipso iure inter fideiussores ab initio actio di-  
 uidatur, sed per exceptionem demum eius quantitatis diui-  
 sio fiat, quā litis contestatē tempore singuli debent<sup>d</sup>. Quam-  
 quam humanius sit, si & alter litis contestatē tempore soluen-  
 do sit, exceptione ei, qui soluerit, succurri. Quod si simpliciter  
 atq; indistincte debitor soluerit, nec dixerit in quam cau-  
 x. L. Inter eos. sam solutum vellet, conuertitur electio ad creditorem<sup>e</sup>, cui  
 s. t. D. de fide- lex arbitrium dat in re praesenti statuendi, cui debito accep-  
 iusso. ptum ferat, quod solutum est: ita tamen, vt in id constituant  
 y. L. C. de so- solutum, in quod ipse, si deberet, esset soluturus<sup>f</sup>. Nec enim  
 luto. meræ eius voluntati res permittitur, qui proculdubio in in-  
 firmiorem leuioremq; causam solutum imputaturus esset, vt  
 est hominum ingenium: sed velut in viri boni arbitrio ponitur.  
 Quæ res efficit, vt in duriorem semper causam, & cuius  
 dissoluēdæ necessitate debitor premebatur, sibi accepto fer-  
 a. L. 3. D. eod. re debeat. Ita enim in suo constitueret nomine<sup>g</sup>. Aliter atque  
     de pretio ex pignoris venditione redacto statuatur, quod vel  
     in ea, quæ natura tantum debentur, creditor imputare po-  
 b. L. ob tri- test<sup>b</sup>. Cuius differentiæ causa in illo posita est, quantum ego  
 ginta. I. Paul<sup>h</sup>. iudicare possum, quod apud creditorem constitutum pignus,  
 g. r. D. eod. quamquam simpliciter, vel etiam in certam speciem datum,  
 c. I. quæsiū. in fi. D. de pi- in omnes tamen causas retineri potest<sup>c</sup>: vt meritò ex eius  
 gno. l. natura- venditione cōsēctam pecuniam creditori in quodecumque  
 liter. in fi. prīn. debitum referre licet, cum id pignoris retentione seruare  
 D. de cōd. and. potuisse<sup>d</sup>. At in contrarium summa ratione sit, vt soluta in-  
 d. I. per reten- distincte pecunia in eam causam conuertatur, ex qua ad solu-  
 tionem vrgeri debitor potuisse<sup>d</sup>, quod eam esse soluentis  
 mentem, ex qua huius rei definitionem petendam lex cen-  
 suit, auguremur<sup>e</sup>. Cuius personam quasi creditor induat, vel  
 magis quasi rem eius agat, ita statuere debet quod debitum  
 relevatum velit. Vtriusque verò demonstratione cessante, id  
 est,

est, si neque debitor quod potius debitum solutum velit, expresserit, neque id creditor constituerit, in grauiorem nihilominus durioremq; causam pecunia semper imputabitur. Itaque in vslurarium prius debitum, quam non vslurarium, & in vsluras prius, quam in sortem soluta censembitur, quæ ei prægrauent magis & debitum augeant, incrementoq; suo paullatim nec sic opinantem debitorem obruant, ut tritum iam sit vctustate prouerbium. <sup>f</sup> θεῖον ὁ τόκος ἡρεκλέτω πειθαρίῳ τριχεῖ. <sup>g</sup> Referatur à Suidz.   
 Etenim, vt est eleganter à Demosthene <sup>h</sup> scriptum, οἱ δὲ αἰτησοῦσι τὸν ἔρεδον ἀπὸ μηχανῆσι τόκοις μικρῷ ἐν πορθμοῖς, χρόνον ὑστεροῦ καὶ τὴν αρχέων ἀριστεῖν. Ex quo est apto epitheto à poetis vorax, veloxq; vslura appellata. <sup>i</sup> Lucan. lib. I.

*Hinc vslura vorax, audumq; in tempore fænus.  
Et Auson. in Egloga de Ambig. vita: - Si turpia lucra*

*Fœnoris, eo velox inopes vslura trucidat.*

Idemq; aperte apud Aristophanem creditor ille significat, qui interrogatus quid esset τόκος, responderet, πίστις αλλογγαγή, καὶ μᾶνα ίγή λαζην μεραρη πλιόνη πλεόνη τελεύταις γίνεται νοσοφρονίας τοι γόνοις, vt ad ea quæ causæ nostra propria sunt, veniam, illa quam initio posuimus ratione, & in famosam potiis, quam non famosam causam, & in id prius quod satisfatto, quam quod sine cautione debetur, & in id quod proprio nomine potius, quam quod alieno debetur, simpliciter soluta pecunia accepto feretur. Qua in re, vt certos quosdam gradus faciamus, sic statuo, ante omnia in id quod proprio nonuinc debetur, pecuniam solutam videri. Et cum multis ex causis suo nomine quis teneri possit, in eo numero primum cius, quod ex prænali, famosaq; causa, vel quæ infitiatione crescit, habendam esse rationem. Deinde cius, quod sub pœna, vsluris, fideiussoribus, pignorisq; debeatur. Postremò in chirographarijs pecunijs in eas priore loco solutionem proficere obligationes, ex quibus ad solutionem reus tunc compelli potuisset, id est, quæ præsentes sint, & utriusque iuris vinculo sustineantur<sup>j</sup>. Enim uero quod dicitur in vsluras prius quam in sortem pecuniam accepto ferendam esse, ita procedit, si utroq; iure vsluræ debeantur, vt ad eas soluendas compelli debitor posset<sup>k</sup>. Nam si quedam naturaliter tantum debeantur, neque peti possint, utputa solo pacto in stricti iudi-

<sup>f</sup> I.3. & s.D.  
de solut.

<sup>g</sup> Referatur à  
Suidz.  
<sup>h</sup> Olynthia-  
ca 1.

<sup>i</sup> I.6 quid. I.  
cum ex plurimi-  
bus j. & i. D.  
de solutio.

<sup>k</sup> Lin his. §.  
Imperator. D.  
eod.

cij contractu promissæ, ex quo citra stipulationem vñuras non  
 deberi constat<sup>1</sup>, non repetetur quidem nominatum in eas soluta  
 pecunia : sed non eo titulo soluta, ex creditoris arbitrio  
 in eas vñuras non imputabitur , quarum nomine non aliter  
 solutio facta intellegitur , quām si hoc nominatum sit expressum.  
 At in contrarium, si duabus ex causis debitor pignus de-  
 derit, ex quarum una pacto, ex altera per stipulationem vñura  
 debeantur, pretium ex distractione pignorum consecutum  
 æqualiter ad utramque causam pertinebit. Nam licet earum  
 aliæ naturaliter tantum debeantur, poterat tamen & has per  
 m I. per retene-  
 tionem. C. dc  
 vñur. I. solutū.  
 §. siue autē. D.  
 de pig. act.  
 n. Lob. trigin.  
 ta. I. pupillo. s.  
 t. D. de solut.  
 o. I. pignori-  
 bus. C. de vñur.  
 p. In Iin his.  
 s. Imperator.  
 de solut.  
 q. I. debitor.  
 D. de ver. fig.  
 r. Lnc. ser.  
 uis. D. de pe-  
 cul.  
 s. I. fideius. \*  
 for. §. fideiuf-  
 for. D. de fide-  
 iuslo.  
 t. I. si stipula-  
 tus. in fidelita-  
 stipulatus. de  
 ver. obli.  
 u. I. s. vlt. cū  
 lseq. de solut.  
 x. Arg. Leim.  
 pater. §. fidei-  
 de leg. ij.  
 y. In I. nec  
 enim. D. de so-  
 lutio.  
 1. I. quamvis.  
 C. de vñur.

qui liberum pre-  
 tij in eam quam elegerit causam, conuertendi habet<sup>2</sup>. Nec  
 ambiguum est pignore interueniente ex pacto vñuras licito  
 iure retinéri<sup>3</sup>, quarum petitio circa stipulationem non detur.  
 Atq; hic est rescripti illius satis intricati, quod Vlpian. refert<sup>4</sup>,  
 sensus. In quo indebitas vñuras & eas appellat, quæ naturaliter  
 tantum debentur, quod scilicet peti non possint, licet solutæ retineantur.  
 Deberi enim propriæ id demum videtur,  
 quod peti, & ab inuito exigi potest<sup>5</sup>. Ideoq; & seruos<sup>6</sup>, & eos  
 qui natura dumtaxat tenentur, per abusionem debitores di-  
 ci<sup>7</sup> nostri consentiunt : & deberi pecuniam intellegunt, quæ  
 statim peti potest<sup>8</sup>. Cùm vero vñura iure debentur, et si cre-  
 ditor solutionem accipiens cauerit se in fortē & vñuras ac-  
 cipere , prius tamen in vñuras cedet quod solutum erit, post  
 deinde in fortē<sup>9</sup>. Nec enim ordo scripturæ causam iuris &  
 voluntatis eius, qui soluit, mutare potest<sup>10</sup>, cùm non arbitratu  
 creditoris in eam, quæ libuerit, obligationem pecunia con-  
 uertatur, sed hoc tantum ei permittatur, ut secundum juris  
 definitionem constituat, quæ potissimum obligatio solutione  
 tollatur. Atquin ex tacita soluentis voluntate lex statuit vñuris  
 prius proficere simpliciter solutā pecuniā, quām sorti. Eamq;  
 juris interpretationem sequi creditor neceſſe habet. Ac pro-  
 inde licet scriperit se in fortē accepisse, post deinde in vñur-  
 ras præualet tamen scripture ordini juris ratio, & ea cautio-  
 ne actum id intellegitur quod ius commune dicitur. Et ita in-  
 terpretandum est quod Paul.<sup>11</sup> ait : *Nec enim ordo scripturæ  
 spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur.*  
 Eademq; ratione, si centum utroque iure debens, & tantum-  
 dem

dem ex alia causa, quæ petitionem non tribuat, sed retentio-  
nem solam, eam summam soluent, quæ ad quantitatem vnius  
debiti sufficiat, licet creditor cauerit ex vniuerso credito so-  
lutum, ea tamen sola dissoluta videbitur obligatio, quæ peti-  
tionem tribuebat<sup>a</sup>. Planè si nummorum xxx. creditor, in xx.  
fideiussorem, in reliqua decem pignus acceperit, pignoris di-  
straicti pretium in id quod solus reus debet, accepto ferre po-  
test, vt in reliquum fideiussorū maneat obligatus<sup>b</sup>: cum indi-  
stinctè soluta pecunia in id quod sub fideiussoribus debere-  
tur, magis efficit imputanda. Quòd si nihil eorum quæ suprà  
diximus, intercedat: si omnia nomina similia sint, vetustior  
contractus antè tolletur, in antiquoremq; causam potius id  
quod solutum est proficiet, quām in supremam<sup>b</sup>. Proinde si  
fideiussor pro duobus in dena acceptus quinque soluerit, si  
non appareat vtrum ex reis relevare voluerit, ex antiquiore  
contractu quinque decedent<sup>c</sup>. Simili modo si in diuersas dies  
ex duabus stipulationibus obligatus post diem vtriusque ce-  
denter, soluerit, nec pro qua stipulatione solueret, dixerit:  
quod solutum erit, eam stipulationem exonerabit, cuius dies  
antecessit<sup>d</sup>. In liberto porrò antiquior esse contractus, quām  
operarum, quæ ei libertatis causa sunt imposita, nullus po-  
test<sup>e</sup>. Nam quæ in seruitute gesit, cùm manumissus præstare  
non cogatur<sup>f</sup>, antiquiore obligatione quām quæ vñā cum li-  
bertate contracta est, teneri non potest. Atque hūc puto ex  
Modestino transcriptum caput<sup>g</sup> pertinere, quod alioquin ni-  
hil ad titulum faceret. Postremò si par & dictum & contra-  
etuū causa sit, ex omnibus causis pro portione videbitur so-  
lutum<sup>h</sup>. Quæ omnia vti quoq; ordine exposui, in obscura

solutientium voluntate sunt sequenda. Ceterū pecu-  
niax solutio testibus vel apocha probatur<sup>i</sup>: ha-  
bet & ad eius probationem aliquod  
momentum chirographi in-  
ductio. Sed hac  
haetenus.



F I N I S.

<sup>a</sup> I. si co i.f.  
Flavius. D.de  
solutio.

<sup>a</sup> Ioh trigin  
ta.D.desolut.

<sup>b</sup> I.f.eim ex  
pluribus.I.cre  
ditor. §.Vale  
rius. D.de so  
lutiō.  
<sup>c</sup> I.vbi.D.de  
solutio.

<sup>d</sup> I.si ex pla  
ribus. §.vi.de  
solutio.

<sup>e</sup> I.in liber  
to.D.cod.

<sup>f</sup> Leū aſſū.  
D.de neg.ge  
toto tie.C.an  
ferus ex suo  
fac.

<sup>g</sup> d. l. in li  
berto.

<sup>h</sup> I.lilod. D.  
de solut.

<sup>i</sup> Ipecuniz.  
C.cod.

B. B R I S S O N I I D E  
SOLVTIONIBVS ET LIBE-  
RATIONIBVS, LIBER  
SECUNDVS.

\*

## DE ACCEPTILATIONE.



a In l.l. D.de  
acceptil.

V E M A D M O D V M solutione liberaremur , satis explicatū arbitror libro superiore : sequitur, vt alios liberationum modos persequar , qui solutionis loco & ipsi cedunt . Quo ex genere Acceptilatio est , cuius nobis ex Modestino in hæc verba definitio proponitur <sup>a</sup> : *Acceptilatio liberatio est, permutuam interrogationem*. Quod sic accipendum est , vt ad acceptilationem sine duabus vltro citroq; interpositis interrogationibus perueniri non posse significet , quarum prior à reo stipulandi ad obligationem , posterior à reo debendi ad liberationem quærendam concipiatur . Nec cnim accepto rogari potest non verbis contracta obligatio . Et ideò cùm ei , qui aliàs quām verbis tenetur , Aquilianæ stipulationis remedio acceptum sit , duplex interrogationis interuenit . Verbis certè iam ab initio obligatus vnica interrogatione accepto liberatur . Quæ res ita geritur , interrogante verbi gratia debitore , *Decem quæ tibi promisi, accepta habes vel facis?* Et creditorc respondente , *Habeo, vcl facio*<sup>b</sup> . Vel Græcē sic<sup>c</sup> , *Ἐχεις λαβών γράμμα τοῦτα;* *Ἐχεις λαβών.* His ἀσ πύτων propositis , subtilius singula quæ ad acceptilationes pertinent , eo quem antea secuti sumus ordine , pertractemus .

b I. pluribus.  
I. sive. D. de  
acceptilatio.

c Iam inue-  
lis §. i. D. de ac-  
ceptil.

d item  
per acceptila-  
tionem. In illis.  
quibus mod.  
toll. obl.

d I. & pef in-  
jurandū §. vlt.  
D. de acceptil.

A C C E P T V M scire hi demum possunt , quibus vcl ex negotio secum gesto , vel cum co , cui civili honorariōuc iure successerunt <sup>d</sup> , debetur . Et ita si patresam . suiq; iuris sint . Nam pupilli & his similes personæ liberare per acceptilationem debitorcs , nisi tutorū curatorumq; auctoritate interue-  
niente

niente non possint<sup>a</sup>: sine qua nihil de suo iure utiliter min-  
nuunt. Ac nec tutores quidem curatorēsue solos accepto  
ferre, quod his debetur, quorum negotia administrant, pos-  
se, sed nouare debere Vlpianus scribit<sup>b</sup>. Hoc cur tam varie?  
Mihi quidem in hanc quæstionem incumbenti, cùm se spe-  
ciosæ quædam differentiæ rationes offert, quæ facile im-  
peritis blandirentur, subductis tandem omnibus, summam fe-  
ci cogitationum mearum, quam huius scrupuli euellendi cau-  
sa quæ planissimè potero exponam. Regula iuris civilis est,  
Neminem alieno nomine agere posse<sup>c</sup>. Quæ cùm latif-  
simè pateat, ab Accursio valdè coangustata est. Hunc autem  
meo iudicio sensum habet, Neminem alieno nomine legiti-  
mos actus exercere posse. Itaque nec per alium adoptare<sup>d</sup>,  
emancipare, manumittete<sup>e</sup>, hereditatem adire<sup>f</sup>, nec alias  
legitimorum actuum sollemnitates peragere quis potest. Eaq;  
vætæ ratio est, cur per tutorem hereditas pupillo non adqui-  
ratur<sup>g</sup>, sed ipsem et, nisi fandi inpotens sit<sup>h</sup>, tutori auctore  
adire debeat<sup>i</sup>. In legitimis autem actibus acceptilatio nume-  
ratur<sup>j</sup>: ideoq; nec accepto ferre rogareue quod vel pupillus  
debet, vel pupillo debetur, tutor potest, sed ipse pupillus eo  
auctore accepto ferre debet. Ac ne iussu quidem domini  
seruum acceptum ferre posse apud Caium extat<sup>k</sup>. Verū  
cùm euenire plerumque possit, vt pupillus vel absit, vel aliæ  
accepto ferendi non habeat potestatem, intersit tamen eius  
eo modo obligationem dissolui, remedium iureconsulti, quo-  
rum in cauendo munus consistit<sup>l</sup>, monstrauerunt, quo salua  
légum auctoritate pupillo prospici poscit. Consilium ergo tu-  
tori dant, vt si acceptilatione liberare debitores pupillares  
velit, quia nouandi ei pupillaria debita citra fraudem pote-  
stas datur, idcirco nouandi animo ab ijs stipuletur quod pu-  
pillo debent, & sic trans fusam in se obligationem accepto  
ferat<sup>m</sup>. Et è contrario si pupillus à creditoribus libetandus sit,  
eius obligationem in se nouatione suscipiat, quæ mox ei à  
credito accepto feratur. Sic ad acceptilationem nouatio-  
ne peruenient, translatumq; in suam personam obligatio-  
nem suo nomine acceptam rogarunt, vel ferent. Idem in  
procuratorum persona seruandum esse ducta ex eodem son-  
te ratione Vlpianitate<sup>n</sup>. Quam obrem dissimulate non possim

e L.C.co. s.

f I&per ius-  
jurandum. g.  
tutor.co.g I.nemo a-  
lieno.D.de re  
gul.iur.h I.post mor-  
tem. s.vki.de  
adoptio.i I.3. C. de  
vindictib.k I.per pro-  
curatorē. D.  
de acq. her.l I.potu. C.  
de iure delib.  
m I.su man-  
ti.C.eod.n I.more. D.  
de acq. her.o I.actus le-  
gitimi. D. de  
reg.iur.p I.pen.D.de  
acceptul.q Cicero. de  
Orat&in To  
pic.r I.&per ius-  
jurandum. g.  
tutor.

<sup>a</sup> In p. pro-  
curatore. D.  
de acceptil. mihi valde suspectum esse quod ex Paulo transcriptum est<sup>b</sup>, per procuratorem sine mandato nec accepto liberare, nec accepto liberari quemquam posse. Nam quò bonum est hic mandatum exigere, cùm & absentem, ignorante, inuitum, liceat extraneo cuilibet sine mandato liberare? Aut si mandatum alij accepto rogandi ius tribuit, cur non tutoribus idem ipsum concedimus, quibus laxissima liberrimaq; rerum pupillarum administratio mandata est? Et certè ex glossa  
cuiusdam, qui rationem iuris non tenebat, in ordinem verborum Pauli irrepsisse ea uerba, Sine mandato, suspicor, eiusmodi q; imperitis adiectionibus multos iuris locos foedatos esse non dubito. Ceterū vel vni ex duobus reis stipulandi accepto ferre licet, cùm in vno quoque corum solida resi-  
deat obligatio<sup>c</sup>, vt vnius acceptilatione etiam ab altero libe-  
ratio contingat<sup>d</sup>. Non idem ei, qui obligationi adiicitur, per-  
nitti nemo ambigit<sup>e</sup>: cuius persona in hoc tantum adiicitur,  
vt ei solui possit. Accepto verò ferri tam debitori quam eius  
heredibus<sup>f</sup>, & vel vni<sup>g</sup> ex his potest. Nec alij, quām qui de-  
bet, vel qui debitori iure potestatis adquirit, rectè accepto  
fertur. Ac proinde quod filius fam. debet frustra patri accepto,  
feratur<sup>h</sup>, quia ex filij contractu nulla pater vel naturali vel ci-  
uili obligatione adstringitur, quamquam peculio tenus in  
cum prætor actionem ex negotijs cum filio gestis tribuat<sup>i</sup>.  
Nec quasi in rem filij facta interrogatio vires habitura est,  
cùm filio nihil per patrem adquiri possit<sup>j</sup>. Acceptum ergo  
rogare ipsemet filius fa. debet, in cuius persona radices egit<sup>k</sup>,  
obligatio. Planè qui in aliena sunt potestate, his quorum iuri  
subsunt, acceptū rogare possunt ea ratione, qua cetera quo-  
que his possunt stipulari. Vnde fructuarium, vel cum cui vsus  
datus est<sup>l</sup>, vel cum à quo bona fide possidetur, vel cum qui  
apud hostes est, vel futurum heredem seruus acceptum ro-  
gando liberare potest. Ex rc enim fructuarij, vfruarij bona fi-  
de possessoris seruus adquirere videtur, dum eos obligatione,  
liberat<sup>m</sup>. Iacente verò hereditate seruus accepto rogans, he-  
reditati liberationem quærit, quæ interim defuncti personam  
sustinens, hereditaria omnia iura conseruat<sup>n</sup>. Sed & commu-  
nis seruus vni ex dominis acceptum rogans cum in solidum,  
liberat<sup>o</sup>. Nam & vni ex dominis nominatim serpus commu-

t. I. s. D. de  
duob. re.

u. L.6 rem. 9.

1. d. de nosat.

I. & per iusfor.

g. vle. D. de ac-  
ceptil.

x. I. qd quis.

D. de foli.

y. d.l. & per

iusfor. g. vle.

z. I. sed esti.

D. de acceptil.

a. I. an inuti-

lis. § filiosfa-  
co. tit.

b. Inst. quod  
cum co.

c. § ei vero.

Inst. de inuti-  
lis. filip.

d. I. tam ex  
coerctib. D.

de iude.

e. I. si debi-

tor. D. de foli.

l. item p. D. de  
vfr.

f. I. species. D.

de acceptil. I.

si debitor. D.

de pact.

g. I. heredi-

tas. D. de acq.

rer. dom.

h. I. an inuti-

lis. §. I. D. de  
acceptil.

nis

nis stipulari, ut ipsi soli adquirat, potest<sup>4</sup>. Ipsius quoque seruū <sup>i. s.t.D.de</sup> utiliter accepto fertur, quod promisit, tollunturq; eo modo <sup>flipser.</sup> honorariæ, quæ aduersus dominū ex ea causa competitissent, actiones<sup>5</sup>. Sed non tutori curatoriq; quod eorum fidei commissæ personæ debent, utiliter accepto seras<sup>6</sup>. Ea enim res inter ipso met creditorēs debitoresq; geri debet, nec alieno ministerio, ut paulò ante posuimus, expediri potest. Pupillo sanè ipsi per acceptilationem sine tutoris auctoritate libera-<sup>k d. I. an im-</sup>  
tio efficaciter præstabitur<sup>7</sup>. Meliorem enim ei sine tutorē <sup>utilit. s.vlti.l.</sup> conditionem suam facere licet<sup>8</sup>. Aut si pupilli copia non est, <sup>species verbi:</sup> tutorem ipsum vel extraneū quilibet creditor adhibeat, <sup>sed eti. eo.</sup> à quo nouandi animo quod pupillus debet stipulatus, deinde <sup>I. & per infi-</sup>  
accepto serat. Hoc enim modo & ignorans & inuitus obliga-<sup>tior. D. tu-</sup>  
tione dimittitur<sup>9</sup>. Estq; hoc absentium liberandorum causa <sup>o. I. si debi-</sup>  
remedium proditum, ut à præsente quod nobis absens debet, <sup>tor. D. de sol.</sup>  
nouandi animo stipulemur, mox ei acceptum feramus: quo <sup>p. I. si ex plu-</sup>  
facto vterque liberatur, & creditori res perit. Vni autem ex <sup>ribus. D. de ac-</sup>  
pluribus eiusdem obligationis socijs acceptatio facta, & ijs <sup>ceptil.</sup> qui codem vinculo tenentur, proficit<sup>10</sup>, nisi in eorum perso- <sup>a. I. s. t. D.</sup>  
na iuris impedimento acceptatio liberationem patere non <sup>de donat. int.</sup>  
possit<sup>11</sup>. Quamobrem si alteri dumtaxat ex duobus debendi <sup>vir.</sup>  
reis consultum quis velit, pacto eum debet, non acceptilatio- <sup>r. I. 4. s. nunc</sup>  
ne liberare<sup>12</sup>: quod ad alias personas quam quæ eo compre- <sup>de efficiu. de</sup>  
hensæ sunt, pactum non portigatur<sup>13</sup>, acceptilatione contrà <sup>liber. leg.</sup>  
solutionis exemplo tota dissoluatur obligatio<sup>14</sup>. Sed hæc ita <sup>s. I. si vir. s.</sup>  
vera sunt, si vni ex his qui eadem obligatione in solidum ad- <sup>ante omnia.</sup>  
stringuntur, acceptum fiat, ut accidit in duobus reis. Nam <sup>D. de pac.</sup>  
cum solidum singuli debeant, eorum vni facta acceptilatio so- <sup>e. I. si die. D.</sup>  
lidam quoque obligationem tollit. At cum hominis promis- <sup>de accepel.</sup>  
for plures heredes reliquit, quia singuli partes tantum de- <sup>u. I. si exon-</sup>  
bent, licet partium solutione non liberentur<sup>15</sup>, ideo si vni ac- <sup>tione. s. pro</sup>  
cepto latum sit, ceteris liberatio non contingit, sed sua dum- <sup>parte. D. de</sup>  
taxat parte exoneratur is qui accepto rogauerit<sup>16</sup>. Alia enim <sup>verb. obl.</sup>  
hæc solutionis, alia acceptilationis causa est, quoniā quæ <sup>x. I. s. si ta-</sup>  
partis solutionem vitiat ratio, eadem acceptilationem partis <sup>mē. D. de ver.</sup>  
æquæ non impedit, ut mox ostendemus. Fideiussori, si ac- <sup>obl. I. si eti.</sup>  
ceptum feratur, reo quoque liberatio competit<sup>17</sup>, etiam si re sit <sup>D. de accepil.</sup>  
obligatus, non verbis<sup>18</sup>. Nam quod dicitur Acceptilatione <sup>y. I. si ex plu-</sup>  
<sup>7</sup> <sup>ribus. in s. D.</sup>  
<sup>8</sup> <sup>de acceptil.</sup>  
<sup>9</sup> <sup>si scadutor.</sup>  
<sup>10</sup> <sup>D. que i fraud.</sup>  
<sup>11</sup> <sup>credite.</sup>  
<sup>12</sup> <sup>z. I. 8. per infi-</sup>  
<sup>13</sup> <sup>jur. s. eti. s.</sup>  
<sup>14</sup> <sup>de iussori. co.</sup>

tantum tolli quae verbis contracta sunt, eo pertinet, ut acceptum rogari tantum possit qui verbis teneatur. Ceterum verbis obligato factam acceptilationem, etiam ijs, qui in eandem causam alio obligationis genere constricti tenentur, prodesse nihil prohibet. Verum enim uero acceptilatione per fideiussorem ita reus liberatur, si iam ante efficaciter fuerit obligatus. Proinde si fideiussori in eam pecuniam accepto, quae Titio crederetur, ante creditam Titio pecuniam accepto latum fuerit, quandocumque post credita sibi pecunia, frustra Titius ex acceptilatione fideiussori praestita liberacionem sperabit, cum antiquiore acceptilatione quam obligatio eius sit, liberari non possit<sup>a</sup>. Itidemque si fideiussori sub condicione ita obligato, ut ad tempus usque vita dumtaxat teneretur, pendente condicione accepto latum sit, & is antequam ea extisset, decesserit, consentim a reo re esse petetur<sup>b</sup>. Nec enim liberatus fideiussor intellegitur, qui nec debuit<sup>c</sup>:

<sup>a</sup> d.l. & per iuslur. §. qui ita.  
<sup>b</sup> l.pen.D. de fideiuss.  
<sup>c</sup> Arg. lde-  
cem. in fi de  
verb. obl.

quandoquidem ut existens post eius mortem condicio obligationem propter stipulationis legem constitucere non potuit, ita aliquid egisse nulla subiecta obligatione acceptilatione potuit. Eadem ratione si fideiussori legatorum sub condicione relictorum accepto latum sit, existente quandocumque post legatorum condicione heres obligabitur, qui cum acceptilationis tempore nihil dum deberet, ex ea ante liberari non potuit, quam obligaretur<sup>d</sup>. Nec aduersatur quod Vlpia respondit<sup>e</sup>, si fideiussori, qui iudicatum solui promisit, accepto latum sit, liberari & iudicatum. Hoc enim ex ipsis verbis euidenter appetit sic intellegendum esse, si post condemnationem, iudicioque iam sententia finito accepto latum sit. Quod superioribus nullatenus repugnat, licet Accursio nescio qua de causa ita videatur. Consequenter videamus, quid accepto feratur. Accepto ferri, ut solui, id ipsum oportet, quod debetur. Consentire enim cum obligatione libertatio debet<sup>f</sup>, & alio accepto late, quam quod debetur, imperfecta acceptilatio est<sup>g</sup>. Enimuero post moram a promissore factam mortuus homo accepto ferti potest<sup>h</sup>, quoniam adhuc debetur, ut & peti, & nouari, & in constitutum deduci possit<sup>i</sup>, perpetuata propter moram obligatione<sup>k</sup>: tametsi is rei exitus futurus est, ut in estimationem hominis retis danectur, quia iam per rerum

<sup>d</sup> d.l. & per iuslur. §. si le-  
garorum.  
<sup>e</sup> l. si ex plu-  
ribus. in fide-  
acceptil.

<sup>f</sup> lnisi. D. de  
acceptil.  
<sup>g</sup> L. per ius-  
iurand. §. cum  
qui.co.  
<sup>h</sup> l. ficeru. §.  
vt. de verbo.  
oblig.  
<sup>i</sup> l. promis-  
for. D. de con-  
stit. pec.  
<sup>k</sup> l. si is qui  
solutions. D.  
de rfur.

terum naturam desierit dari posse<sup>1</sup>. Non tantum autem i nte-  
gra obligatio , sed & stipulationis pars accepto ferri potest,  
sive numerata pecunia,sive certum corpus debeatur<sup>2</sup>. Quin-  
etiam hominem aut decem stipulatus , si quinque accepto  
ferat,partem stipulationis consumit<sup>3</sup> , & quinque, aut homi-  
nis partem tantum petere potest. Similiq; modo cum plures  
hominis promissor heredes reliquit,quamquam parte homi-  
nis soluta in nihilum liberentur , si tamen yni ex his accepto  
latum sit, pars dumtaxat ceterorum obligationi supererit<sup>4</sup>.  
Neque enim hic est verendum, ut stipulatori diuersorum ho-  
minum partes prestentur:quod cuenire posset, si partium se-  
parata solutione liberatio promissori continget, contra ipsam  
planè stipulatoris mentem, qui sibi vnum aliquem hominem  
dari stipulatus est<sup>5</sup>. Enim uero si quod in stipulationem de-  
ductum est , diuisio nem sui natura non recipiat , inutilis erit  
partis acceptatio<sup>6</sup>. Ita promissam prædij seruitutem in par-  
tem frusta accepto feras<sup>7</sup>. Vsusfructus planè , quia diuisio-  
nem adimit<sup>8</sup>, in partem rectè accepto settur, manetq; resi-  
duz partis vsusfructus. Ex vsusfructu quoque vsus accepto fer-  
ri potest, ut solus fructus maneat. Nam & fructus sine vsu ha-  
beri potest<sup>9</sup>. Fundum autē stipulatus inutiliter vsusfructum,  
ut & viam vel iter , accepto facit , quia hæc iura tantum rei  
sunt, non partes<sup>10</sup>: in tantum , ut qui fundum stipulanti dare  
spoponderit, vsusfructu solo nulla parte obligationis libere-  
tur<sup>11</sup>. Quamquam alioquin partis solutio in eiusmodi obliga-  
tione pro parte adserat liberationem<sup>12</sup>. Quæ omnia illa ge-  
nerali ratione continentur, quòd qui accepto facit , vel rem  
ipsam, quæ debetur, totam vel eius partem aliquam accepto  
facere debeat<sup>13</sup>. Non absimili autem ratione , qui fundi pro-  
prietatem legauit, iter adimens legatum non minuit , quia  
partem de legato detraxisse non intellegitur<sup>14</sup>. Sed & qui viam  
stipulatus est , iter tantum vel actum acceptoferendo nihil  
agit. Quamquam enim viæ iter & actus , quasi separatae duc  
seruitutes inesse videantur<sup>15</sup> , quia tamen in partem viæ ac-  
ceptatio<sup>16</sup> , vel ademptio<sup>17</sup> , nullius momenti est , propter iu-

1. I. præmis-  
for. ij. §. vi. de  
confir. nec. l*b*  
decessio. D.  
qui facit cog.  
in. I. pars fil-  
pulationis. D.  
de acceptil.  
in. I. qui homi-  
nem. D. eo.

o. I. 2. §. ex  
bit. §. si tame.  
de verb. obl.  
p. Lin execu-  
tione. §. pro  
part. eo.

q. I. & per ius  
iur. §. t. de ac-  
cepil.

r. Lviz. D. de

seruit.

s. I. 1. §. ap  
vsusfructu. D.  
ad. I. Falcid. I.

vus part. D.

de vsu & hab.  
t. I. huius filiu-  
lationi. D. vus  
fruct. quæ ad-  
eau. I. sed si de  
fructu. D. de  
vsi & habit.

u. I. recte. de  
verb. signifi. I.  
Meyns. §. pe.  
de leg. ij. I. si à  
rea. §. si reo.  
de fiduciis.

x. I. si ita fili-  
polatus. §. i. de

verb. obl.

y. I. a. §. t. I. in  
executione. §.  
1. de verbor.  
obligat.

z. I. & per ius  
iur. §. ihud. de  
percepil.  
a. I. g. si lo-  
el. D. de adiud.  
leg.

b. I. D. d' erudit. rusli. not. in I. sitam angusti. D. de seruitub.

c. d. I. & per iusfrandum. §. 1.

d. I. D. de adiudicat leg.

254

e. L.6 i. q. p. s. quādā. D. ad l. Falciid.

f. d. l. & e per iusur. s. eum qui.

g. l. doli. D. de verb. obli. nonissima. D. iudicē. s. in stipulatione. D. rem. r. habet. sed hoc ita. in fin. D. de re iud.

h. l. habet verba cui rei. D. de verb. sign.

i. l. vnuus. s. sed si stipula- tūs. D. de part.

x. L.6 quis si stipulatus sit. D. de verb. obli. l. s. id qui Stichū. D. de pro curato.

l. l.6 ita stipu latus. s. n. de verbo. obli. l. s. id quod. D. ad l. Falciid. l. viñū. in h. D. si cert. pet. l. si quis stipula tus fuerit. D. de solut.

m. l. amplior. D. s. e. rat. hab.

ris ipsius (vt cum Caio dicam<sup>c</sup>) individualitatem, idcirco alterum eorum, ex quibus via constat, vite promissori frustra accepto ferimus. Itidem nec cum, qui fundum stipulatus sit, doli clausulam accepto ferre posse Vlpiian. ait<sup>f</sup>, non ea quam sibi Accursius hincit, ratione, quod dolus nondum commissus pacto remitti non possit: quid enim hoc ad acceptilationum questionem & ante positam regulam pertinet? sed quia in partem debiti ea clausula non consistit, cum accepto ferenda vel res ipsa sit, vel pars eius. Doli vero clausulam nostri appellant extremam illam stipulationis partem, qua Dolum maius abesse, absfuturumq; esse, stipulamus<sup>g</sup>, vel ita, Cui rei dolus malus absuerit, aberit<sup>h</sup>. Illud aut illud stipulatus, altero accepto lato totam obligationem consumit. Sic enim de huiusmodi stipulatione loquens Paulus<sup>i</sup>, ait: *Vt solutione, petitione, acceptilatione unius rei tota solueretur obligatio, ita pacto quoque conuento de una re non petenda interposito totam obligationem summoueri.* Et quoniam nos huc prouexit oratio, non erit alienum, quae de eo loco sentiam, in medium proferre. Nam quod ad interpretationem eorum verborum attingit, varietate sua incertiores Accursius lectors dimittit, quam acceperat. Mihi certè s. à Franc. Connano dissentire licet (dicebit aures) per aequos iudices, cum verum inuestigantibus præiudicium cuiusquam auctoritas facere non debat) ea verba, *Petitione acceptilatione*, punctis distinguenda, ut quae separatas species contineant, censuerim, non continenter, quemadmodum ille censet, coniunctimq; legenda: qui petitionis verbum quam apte ad accepti rogationem transferat, eorum erit iudicium, qui Iureconsultorum phrasēs cognitas habent: noua quidem & inaudita hec interpretatio est. Didici vero & petita una re per iudicem quandoq; totam obligationem disiunctiuam tolli. Nam si Stichum aut Pamphilum, utrum ipse veller, stipulatus Stichum petierit, vel ab alio procuratorio nomine petitum ratum habuerit, stipulationem confirui nostri auctores tradunt<sup>k</sup>, quoniam eligendi potestas post petitionem, id est acceptum iudicium, evanescat. Et hanc interpretationem verba ipsa suadent. Nam ad iudiciales interpellationes petendi nomen rescribi solet<sup>l</sup>, atque adeò lite demum contestata petitum intellegitur<sup>m</sup>.

Hac

Hac eadem dicendi forma Iauolenus vñus<sup>o</sup>, cūm duo can-<sup>in l.s.</sup> D. de  
dein pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt, ipso iure <sup>duob. re.</sup>  
& singulis in solidum deberi, & singulos solidum debere,  
ideoq; petitione & acceptilatione vnius totam solui obliga-  
tionem dixit: id est, siue vñus accepto tulerit, siue iudicio pe-  
tietur, alteri adimi exactionem<sup>o</sup>. In proposito verò extra o-  
mnem dubitationem est, vna re acceptolata, totam sub dis-  
iunctione conceptam obligationem perimi, quoniam & vna:  
parte soluta idem contingit. Nec aliud admittendum censet  
Iulian.<sup>p</sup> Si is, qui hominem stipulatus erat, Stichum accepto  
tulerit. Quod enim, ait ille, inuitu promissori solui potest, id  
accepto latu liberationem parit. Cur ergo, querò, æquè  
tota hominis obligatio pacto conuento de vno homine non  
petendo interposito, non subimouetur? Nam hoc Paul.ne-  
gar<sup>q</sup>. Certe cum simpliciter hominem quis stipulatus est, quia  
tacite actum intellegitur, ut quemlibet hominem soluendi  
promissor habeat potestatem, tum vno aliquo homine acce-  
pto late tota generis obligatio soluitur, quoniam inuitu stipu-  
latori cum hominem soluere promissor potuisset. Quæ enim  
alia ex ea acceptilatione utilitas accipi potest, cūm nec ad eū  
hominem soluendum promissor utiger potuisse? Et ita Iulia.  
Sententia procedit. Paulum verò in ea specie intellegendum  
contendo, qua creditori electio competit, quod enenit si ho-  
mo legatus proponatur<sup>r</sup>. Hoc enim casu si de Sticho non pe-  
tendo creditor pactus sit, de Sticho quidem efficaciter agere  
non poterit, alium verò hominem petenti, pāti exceptio  
non obstat. Nec enim hic superiori rationi locus esse potest  
quia inuitu creditori Stichus solui non poterat, & ex pacto  
hoc commodi debitor capit, quod ad eum hominem soluen-  
dum cogi iam, vt antea poterat, non potest. Itaque non dixit  
Paul. si hominem generaliter sim stipulatus, quemadmodum  
de disiunctiva obligatione loquens antè dixerat, sed se homi-  
nem generaliter, mihi debeas, quod sic iuris ratione ductus  
accipio, ex legato scilicet vel stipulatione ita concepta, vt ad  
me electio pertineat. Secundum quæ & accepto late Sticho  
ab eo, qui hominem quem velle, erat stipulatus, Stichum  
deinceps peti non posse, alium quemlibet hominem peti  
posse cessante hio contraria Iuliani ratione desendetar. Non  
soliusq;

o Lex duo-  
bus. D. de duo-  
bus re.

p L & per ius  
iur. s. si is qui  
D. decepul.

q L. vñus. s.  
led si stipula-  
tus de pāte.

r Legato ge-  
neraliter. de  
leg. r

sum

sum neceius quosdam illius nodi extricandi causa diuersam  
paeti & acceptilationis causam constituisse. Quod etsi in  
multis verum sit, in hac tamen parte sine villa probabili ratio-  
ne inducitur, cum in disunctiuā obligatione, que ijsdem se-  
rē regulis iuris cum incerta stipulatione consistit, acceptila-  
tioni pactum comparati non inficiantur. Porro si Stichum aut  
decem sub condicione stipulatus, Stichum accepto tulerit, &  
is deinde pendente adhuc condicione deceaserit, decem  
post euentum condicione petenti, que sola in obligationem  
peruererunt, acceptilatio super ea re interposita, qua nullo  
momento debita intellegitur, non nocebit. Accepto autem  
lata fideiussoribus Ob rem iudicatam clausula & ceteræ stipu-  
lationis iudicatum solui partes<sup>1</sup>, evanescunt. Illud non du-  
biū est, simili plures res accepto fieri posse, & vno ex plu-  
ribus vel certis vel incertis contractibus, vel quibusdam ex-  
ceptis cetere vnam acceptilationem fieri<sup>2</sup>. Sed iam ad ac-  
ceptilationis formam accedamus. Verbis autem fieri accepti-  
lationem constat. Nec interest quibus, Peccatis an Assyriis,  
Latinis an Græcis, dummodo sensus congruat, & uterque vel  
per se vel per vetum interpretem linguam intellegat<sup>3</sup>. Hoc  
enī iure vtimur, ait Vlpia<sup>4</sup>, vt acceptilatio iuris gentium sit,  
& idcirco quocumque sermone fiat. Quod ab illo antece-  
dente, ut consequens, bene Vlpia dicit. Nam quæ sollempnis  
& legitimi & Quintum proprij iuris erant, Latina dumtaxat  
lingua olim utiliter explicabantur. Et verò summo semper  
Romanos linguaꝝ suꝝ propagandæ desiderio flagrasse Vale-  
rius non diffidetur<sup>5</sup>, vtque adeò, vt vel in ipsa Græcia à magi-  
stratibus sine reprehensione (quam Cicero non effugit) nisi  
Latinè responsa non darentur. Imperatorem quidem certè  
Tiberium Græco sermone, cuius peritissimus erat, ita absti-  
nuisse historiarum monumentis proditum est<sup>6</sup>, vt monopo-  
lium nominaturus prius veniam postularit, quod sibi verbo  
peregrino vñendum esset, sed & nomine emblematis à lege  
quam serebat, reciecerit, testimoniūq; interrogatos non nisi  
Latinè respondere passus sit. Claudiū quoque Suetonius<sup>7</sup>  
Dione<sup>8</sup> consentiente reseruit, splendidum virum Græcæ pro-  
vinciæ principem, ob Latini sermonis imperitiam non mo-  
dò alio iudicium erasillo, veramitiam in peregrinitatem tex-

s. Iudicatu  
solui. D. iud.  
sol.

t L& vno.D.  
de acceptil.

u Argu. l.1.5.  
vlt. D.de ver-  
bor. obl.  
x Ian inut-  
lis. 5. vlt. D.de  
acceptil.

y Lib. 2. cap. L

z Sueton. in  
Tiber. cap. 71.  
& Dio. lib. 57.

a In Claudi.  
cap. 16.

b Lib. 58.

degisse. Quamobrem Latinis verbis à Praetoribus decreta interponi debuisse cum Tryphonino<sup>c</sup>, dissentiētibus licet acutis quibusdam interpretibus, censeo. Legata quoque Latinè tantum relinqui potuisse Vopianus auctor est<sup>d</sup>. Eademq; dum taxat lingua tutelas & libertates directò dari potuisse argumento est, quod, ut idem Græca lingua facere liceret, postea sancitum reperitur. Nam post translatum Constantinopolin imperium, vbi Græca lingua vernacula erat, & decreta Græcè pronuntiari<sup>e</sup>, & testamenta Græcè scribi<sup>f</sup>, & legata, libertates<sup>g</sup>, tutelas<sup>h</sup> directò Græcè dari Imperatores permiserunt, quorum de ea re hodieq; extant in Iustiniani Codice Constitutiones. Sed nescio quo modo de spatio & curriculo suo nostra deflexit oratio, sensimq; hūc deducta est. Nunc ad instituta pergamus. Acceptilatione ea tantum perimuntur, quæ verbis contracta sunt<sup>i</sup>. Naturæ enim consentaneum est eo genere dissolui vnumquodque, quo & ligatum est<sup>k</sup>. Sic quæ consensu contracta sunt, contrario consensu dissoluuntur<sup>l</sup>. Verbis quoque ipso iure tolli, nisi quod verbis contractum est, nequit. Et ideo vt re, vel consensu, vel alijs ex causis obligato accepto fieri posset, C. Aquilius Gallus, homo iutus consultissimus, & qui ciuibus suis multa in iure cauit<sup>m</sup>, stipulationis formulam prodidit, in quam quæ non verbis contractæ essent obligationes translatae, acceptilatione deinde permanerentur<sup>n</sup>. Præbet autem nobis ea Aquilij stipulatio certissimum anxiæ veterum in cautionibus componendis diligentia argumentum, in qua ne quid omissum videretur, multa ex abundanti sunt adiecta. In ea ita est, *Quidquid te mibi ex quacunque causa.* Causa negotiorum significat & obligationem<sup>o</sup>: contractuq; latius patet. Nam & ad eas obligationum species pertinet, quæ ex delicto vel quasi proficiuntur<sup>p</sup>. Adduntur & generalia verba, *Dare facere*, quæ sine coniunctione proferti solent<sup>q</sup>, quemadmodum & hæc *Vti frui, ire agere, Agi fieri, Dare legare*<sup>r</sup>, aliaq; pleraque. Cie. 111. Of ficiot. Arbitrum illum adegit, quidquid sibi dare facere oportet, sicut in scriptis codicibus legitur. Nam impressi in hac parte corrupti sunt. Eodemq; vitio laborans Valerij Max. de eadem re locus emendandus est, in quo sic vulgo legitur: M. Porcium Catonem incliti Catonis patrem arbitrum cum

- c. I. de cœta.
- D. de re iud.
- d. In infinit.
- de fideicom.
- e. I. iudices.
- C. de sent. & interr.
- f. I. haec con-
- sultissima. §.
- vñ. de testam.
- g. I. directas.
- C. de testam.
- man.
- h. Lvli. C. de
- testam. tit.
- i. Lan. inori-
- lis. §. acccep.
- D. de acceptil.
- k. In nihil tam
- naturale. D.
- de reg. iur.
- l. I. prout. D.
- de solut.
- m. 1Gall<sup>p</sup>. D.
- de lib. & po-
- stam. Cicer. 3.
- Officior.
- n. L & vno. §.
- o. I. de acte-
- peil. §. ite per
- acceptilatio-
- n. Infir quib.
- mod. roll. obl.
- o. I. credito-
- res. D. de ver-
- bor. Sigoif. I in
- bond. C. de
- reb. cred.
- p. Icerti con-
- dictio. D. si
- cer per.
- q. I. cū rem.
- D. r. pīp. sal. L
- duo societa-
- tē. D. pro loc.
- I. si à colono.
- I. qui Romar.
- Scallimach<sup>z</sup>.
- de verb. obli. L
- emper. D. de
- nouar.
- r. I. 1. §. 1. D.
- quod cū uisq;
- vniuersit.
- s. I. 1. §. 1. D. ad
- leg. Falcid. .

t L'xe. D.  
de verbor.ū  
grafic.

u Lverbū fa  
cere, facien  
di. D. de verb.  
signific.

x Iequilibra  
tinus. D. de  
oper. lib.

y Libro t. ab  
v. c.

z l. si ita sti  
pulatus fue  
rim. s. a. l. si à  
colono. D. de  
verb. obli. l. si  
ita scripsisset.  
de leg. ij.

a l. verbum  
oportet. D.  
de verb. sign.

b l. verbum  
oportet. D.  
de verb. sign.

c l. oportet. D.  
de obl. & aet.  
l. pecunia. s.  
actionis. de  
verb. sign.

d l. Quintus.  
ij. s. argenteo.  
D. de aur. arg.

e l. recte. D.  
de verb. sign.

f l. habere.  
D. de verbor.  
sign. l. stipula  
tio ista s. hæc  
quoque. D. de  
verb. obli. l. a. s.  
habere. D. ne

quid in loco  
pub. l. l. s. qd  
autem. D. de  
vi & vi ar.

g l. patē. l. ad  
ea. s. semper.  
de reg. iur.

h l. & per iuslurandum. D. de accepul.

i l. vt iuslurandi. de oper. lib. l. si quis pro eo. D. de fiduciis. Causis libis. Inflit. sit. pen.

Claudio adduxit, ut formulam daret, quod sibi de ea re facere oporteret, legendum enim est, Dare facere. Quæ verba in actionum formulæ usitata Vlpianus sic interpretanda dicit<sup>1</sup>, ut quamvis soluta sint, pro separatis tamen accipiuntur, & quodvis eorum sufficiat probare. Faciendoq; appellatione omnis faciendi causa contineatur, siue soluendi, dandi, numerandi, iudicandi, reddendi<sup>2</sup>. Dicitur autem interdum<sup>3</sup> Date, facere præstare. Et apud Liuum<sup>4</sup> in antiquis belli indicendi sollemnibus, dari fieri solui. Sequitur, Oportet oportet, præsens in diemue: ut non præsentia tantum, sed & quæ in diem debentur, contineantur. Nam priore verbo præsens tantum debitum demonstratur<sup>5</sup>: posterius etiam utrumque comprehendit<sup>6</sup>. Oportet, autem, non ad facultatem iudicis, qui potest pluris vel minoris condemnare, sed ad veritatem resertur<sup>7</sup>. Quarumq; mibi rerum tecum actio, petitio, persecutio. Actio in personam est, petitio in rem, persecutio ad extraordinarias magistratu cognitiones pertinet<sup>8</sup>. Sensus ergo est, Quidquid actione in personam consequi, vel vindicare, vel magistratu cognoscente extra ordinem persequi potes. Quod du tu meum, hæc abundant. Ex superioribus enim satiis intellegebantur. Meum est, cuius vindicandi ius habeo<sup>9</sup>. Meum est & id, cuius proprietas ad me pertinet, licet usus fructus alienus sit<sup>10</sup>. Habes, tenes, possides. Tenere ad factum resertur, Possidere ad ius: Habere & iure dominij, & iure possessionis, & mera detentione dicimur<sup>11</sup>. Ait, Dolere malo. Dolus enim pro possessione est: semperq; possidere intelligitur, qui dolo fecit, quo minus possideret<sup>12</sup>. Cetera plana sunt, nec interpretatione nostra planius exprimi, vel ornatius explicari possunt. Ad rem redeuntibus summè notandum est, & iure iurando à liberto contractam operarum obligationem rectâ accepto ferri posse, quia ab initio verbis constituit. Idq; Paulum sentire censeo, cum ait<sup>13</sup>, Per iuslurandum liberti interpolatio operarum obligatio per acceptationem tolli potest. Et hæc iurisfurantri obligatio in solis libertis recepta est<sup>14</sup>. Quod si ei accepto feratur, qui re, non verbis sit obligatus, ipso quidem iure non liberatur, sed pacti exceptione vel doli (quæ de reg. iur.

subsid.

subsidium est pacti exceptionis<sup>k</sup>) se tueri potest, quasi tacita  
paetione id actum sit, ne quidquam petatur<sup>l</sup>. Iuutilis enim  
acceptilatio vtile paetum habet, nisi in hoc quoque contra  
fensem sit<sup>m</sup>. Valeant itaque ridicula interpretum de forme  
ac materiae vtilio traditiones, quos in errorem corruptus VI-  
piani locus induxit, nobis hodie Florentinarum Pandecta-  
rum beneficio restitutus: ut iam de eo qui dubitet, ipsam le-  
gem quae certissima est, semperq; fuit, in dubitationem ad-  
ducere videatur. Secundum haec si emptor venditori acce-  
ptum faciat, non potestate acceptilationis obligatio tolletur,  
sed perinde valebit quod actum est, ac si inter eos conuenis-  
set, vt neuter ab altero quicquam peteret<sup>n</sup>. Ideoq; si omni-  
bus integris acceptilatio interposita sit, ipso tamen iure obli-  
gatio tolletur, quod ea sit eorum negotiorum quae solo con-  
fensi contrahuntur, natura, vt ipso iure contrario consensu  
dissoluantur<sup>o</sup>. Et quamquam ab alterutra tantum parte ac-  
ceptilatio intercesserit, utrinque tamen obligatio soluetur<sup>p</sup>:  
sed hoc, vti dixi, nisi contraria accepto ferentis mens appro-  
betur. Nam ea ratione inutilis acceptilatio vi ac potestate  
conventionis valet, quod in liberationem consenserit, qui  
accepto tulit. Qui si sciens ac prudens nihil valere acceptila-  
tionem sic accepto tulerit, proculdubio paetus non videbi-  
tur, qui cum animum non habuit, cuiusque in huiusmodi  
actu talis cogitatio fuit, vt nihil agi existimaret<sup>q</sup>. Nec quic-  
quam facit, quod accepto serre se locutus sit, cum in paetis  
non verba, sed cōsensum placitumq; solum intueamur<sup>r</sup>: nec  
verborum vlla vis sit, nisi obligationis contrahendae animus  
accedat<sup>s</sup>. Quia ratione & eum, qui inutiliter stipulatus est,  
cum stipulari voluerit, non constitui sibi, de constituta expe-  
riri posse negatur, quia non animo pro constituentis, sed pro-  
mittentis hoc factum sit<sup>t</sup>. Itaq; ad agentium voluntatem tota  
haec res referenda est.

In diem vel sub condicione acceptilatio fieri non potest,  
quoniam, ait Vlpia,<sup>u</sup> solutionis exemplo liberat. Quae ratio,  
nisi propinios oculos admoueras, absurdum videbitur. Potest enim  
sub condicione solutio fieri<sup>x</sup>, vt ei male in hac parte acce-  
ptilatio comparetur, sed ea legis sententia est: Acceptilatio-  
nem, cum statim atque ipso iure solutionis instar liberet, nul-

k. I. restripit.  
g. plerumque.  
de paet.  
I. si vnu. g.  
vlt. D. de paet.  
m. Lanibutil-  
lis. D. de ac-  
cepit.

n. I. s. D. de  
rescind. vend.

o. I. ab em-  
ptione. D. de  
paet.  
p. I. vlt. D. de  
acepit.

q. Arg. I. non  
folium. D. de  
oblig. & sc. a.  
r. I. t. D. de  
paet.

s. I. s. t. de  
oblig. & aet.

t. I. t. s. cum  
qui. D. de con-  
stit. pec.

u. I. in diem.  
D. de acceptil.

x. I. sub con-  
dicione. D. de  
solutio.

lam temporis vel condicionis moram ferre posse. Nec enim natura patitur, ut quæ ipso actu ex præsenti contingit, in diem suspendatur liberatio. Ridiculumq; & ineptum eum esse nemo diffitebitur, qui se liberare aliquem Kalendis proximis, hodie dicat, vel qui acceptum ferens, dicat se, si Titius Consul fiat, id facere. Nam actus ipse voluntati eius repugnat: nec absimilis est ei, qui parietem dealbans, vel quid pingens, ex Kalendis futuris se dealbare vel pingere dicat. Quæ & germana ratio est, cur ex die vel in diem constitui seruitutes non possint<sup>1</sup>: nimisrum quod earum constitutione qualitas quædam fundo imprimatur<sup>2</sup>, quæ semel insita haeret, statimq; viget, nostra vt voluntate non possit non insita videri. At quin sub condicione solui potest. Sed eo modo hoc non agitur, vt in diem numeratio traditioe fiat, quod natura fieri non potest, sed ipse dationis effectus in diem vel condicionem consertur. Nec enim quidquam vetat ita rem tradi, vt ea existente aliqua condicione accipientis fiat<sup>3</sup>, vel ita pecuniam numerari, vt statim quidem in accipientem transferat, in solutu tamen tum demum cedat, cum condicio aliqua cœnerit, condicatur, si defecerit<sup>4</sup>. Quod postremum tum fit, cum obligatio ipsa condicionem habet. In summa factum ipsum soluendi in diem differri non potest: dominij translatio, quæ ex ea numeratione contingeret, incerto condicionis cœntu inhiberi potest. Quæ omnia causam non habent difficultem, & in naturali sensu atque intelligentia posita sunt. Ceterum quod dictum est, condicionis adiectionem acceptilationem non recipere, de expressa vtique condicione accipiendo est. tacitam enim non æquè respuit<sup>5</sup>. Nec nouum est, vt ea non expressa non noceant, quæ aperte comprehensa vitium adserunt: nam & in compluribus alijs iuris partibus idem est admissum<sup>6</sup>. Itaque ei, qui sub condicione promisit, utiliter acceptum ferri nemo ambigit, quamquam vi ipsa sub condicione ea acceptilatio fiat, cum ei tacita haec condicio insit, si obligationis condicio existat. Nam deficiente ea, cum non obligetur, per consequens nec accepto liberari reus potest<sup>7</sup>, nec antè egisse aliquid acceptilatio intellegitur, quam condicio promissionis venerit<sup>8</sup>. Addam ego & alium ab interpretibus silentio prætermisatum casum, quo rati-

y L. 4. D. de  
seruit.

z. Icum ven  
deres. D. de  
contr.empt. I.  
quid aliud. D.  
de verb. signo.

a. I. qui ab  
senti. §. 1. de  
acq. poss. I. §.  
si pecuniam.  
de donatio.

b. I. sub con  
dicione. de so  
luto.

c. I. actus Ic  
gitimi. de re:  
g. I. iur.

d. I. nonnum  
quā. D. de cōd.  
& dem. Lex  
pref. D. de  
regul. iur. I. ei  
qui in f. D. de  
verb. obl.

e. Arg. I. de  
cem. i. fin. de  
verb. obl.

f. I. quod in  
diem. I. si sub  
condicione. D.  
de acceptil.

cita condicione acceptilatio suspenditur. Pone dotis causa debitori accepto fieri : acceptilationi vtique tacita hæc condicio inest. Si nuptiæ sequantur <sup>b</sup> : nec aliâs mulieri actio petrit, non secus ac si hoc expresum esset <sup>h</sup>.

Consentire autem cum obligatione acceptilatio debet <sup>i</sup>, & idem ipsum accepto ferri quod rogatum est. Stichi tamen promissor si ita acceptum roget, *Quod Stichum promisi, Stichum & Pamphilum habefine accepta?* superiacùe Pamphili mentione acceptilationem non corrumpet <sup>k</sup>. Nec enim superflua adiectiones aliâs vtiliter gesta negotia vitiant <sup>l</sup>. Ita verò, vti singillatim persecuti sumus, facta acceptilatio eandem omnino cum solutione vim habet, vna hac differentia intercedente, quòd illa verbis, hæc re fiat. Acceptilatione enim liberatio omnimodo contingit etiam si pecunia non interuererit <sup>m</sup>. Quo nomine & ab apacha differt, quæ nisi vere soluta pecunia debitorem non liberat, cum contra veritatis fidem ea scriptura lœdi quis non possit, qua cautum sit accepta ea quæ tradita non sunt <sup>n</sup>, vt vel post huiusmodi expositam scripturam, adhuc creditori petere sit integrum, si spe futura numerationis, quæ deinde secuta non sit, scriptissime intendat <sup>o</sup>. Apocha porrò Græcis dicitur ea cautio, qua sibi solutam pecuniam creditor profitetur <sup>p</sup>. Quod nomen Latinum suum quoq; fecerunt, eoq; iam vt Latino vtimur <sup>q</sup>. Quamquam à posterioribus Imperatoribus pessimis Latinitatis auctoribus securitas appelletur <sup>r</sup>. Ceterum vt maximi acceptilatio sine pecuniæ interuentu liberet, non tamen gratuitam semper remissionem continet: cum non donationis tantum causa <sup>s</sup>, sed & transigendi <sup>t</sup>, & dotis constituendæ <sup>u</sup>, & voluntatis defuncti adimplendæ <sup>v</sup> gratia, & vt aliud nobis detur vel fiat <sup>w</sup>, acceptilatio interponatur.

## DE NOVATIONIBVS.

**C**ONSEQVENS est de Nouatione dicere, quam tertiam liberationis speciem initio huius artis possumus. Et hoc ordine cùdum est, vt Quid sit nouatio, Qui nouare possint, Quæ obligationes, Quo-

cet. D.de iur. doc. l. si mulier. D.de condi. ob cauf. lat. peator. s. si cum mulier. D. quæ in fraud. cred.

x. l. 4. § tade liber. l. g.

y. lob. eam. D. de i. r. ref. ver. l. si quis accepto. D. de condi. ob cauf.

K 3 modo

g. I. pl. n. q. s.  
si ante. de iur.  
dot. l. 4. § l. de  
paet.

h. l. nō enim  
alias. D. de iu.  
dot.

i. lnisi con-  
tentia. D. de  
acceptil.

k. l. si is qui  
Stichū. D. eo.

l. l. nō solet.  
D. de reg. i. r.  
l. quæ extir-  
secus. de ver-  
bor. obl.

m. l. si accep-  
to lau. in fi.  
D. de acceptil.

n. l. neq; scrip-  
ptura. C. de cō-  
peniat.

o. l. in cōtra-  
stib; s. sup-  
per. nō nu-  
mer. pec.

p. l. pecuniz.  
C. de solutio.

q. l. vlt. § Ti-  
tius. de cond.  
ind. l. qui tabu-  
las. § apocha.  
de furt. l. plu-  
res. D. de fide  
instrum.

r. l. si quidlo-  
s. &c genera-  
liter. C. de in-  
offic. l. vlt. C. si  
cert. pet.

s. l. si in filiu-  
latum. D. de  
donatio. cum  
similib.

t. l. vt respon-  
sum. C. de trāf  
action. l. l. D.  
cod.

u. l. promis-  
tendo. s. l. li-

a 1. D. de modo nouentur, Quæ sint nouationis effecta, videamus. Nouatio Vlpiano auctore<sup>a</sup>, est prioris debiti in aliam vel ciuilem vel naturalem obligationem transfusio atque translatio. Quæ definitio paucis totam nouationis substantiam euoluit atque explicat, cuius ea vis ac potestas est, ut priore perempta nouum constitutat obligationem.  
 b 1. nouare.  
 Dale nouit.  
 c 1. l. nouare.  
 re. D. eod.  
 d 1. Cetera. D.  
 de pacis. 1. s.  
 cui. D. de ver-  
 bor. oblig.  
 e 1. si pupil-  
 lus. D. de no-  
 vatio.  
 f 1. g. Drem  
 pup. sal.  
 g 1. m. D.  
 de adm. tut. l.  
 & per iustici-  
 dū. s. si tutor.  
 de acceptil.  
 h 1. nouare.  
 D. de nouat.  
 i 1. vlti. s. a-  
 gentiū. D. co.  
 k 1. nō ideo.  
 D. de nouat.  
 l 1. cui recte.  
 D. co.  
 m 1. si vnu.  
 D. de paf.  
 n 1. si rem. s.  
 vlt. D. de no-  
 vatio.  
 o 1. ex duo-  
 bus. D. de duo-  
 bus re.  
 p 1. & per ins-  
 furandū. in s.  
 D. de accept.  
 q 1. dñb. D.  
 de iurior.  
 r 1. quod q.  
 D. de solutio.  
 l. cui recte. D.  
 de nouatio.  
 s 1. si debito-  
 rem. D. de no-  
 vatio.  
 t 1. fugitiu.  
 D. de solut.  
 u 1. quod ser-  
 nus. D. de pec.  
 x 1. seruos. l.  
 filius. 1. non  
 ideo. D. de no-  
 uat. 1. si vnu.  
 D. de paf.

Nouare creditores ipsi quod sibi debetur possunt, aut etiam alij ex eorum iuslū<sup>b</sup>. Pupillos prodigosq;<sup>c</sup>, & his similes personas semper excipio, quibus absq; tutorum curatorūmuc auctoritate nouandi ius non est, nisi eo modo meliorē suam condicionem faciant<sup>d</sup>: qua in re aliorum auctoritate non indigent<sup>d</sup>. Quinetiam si rem saluam fore stipulatus pupillus, pubes factus eam stipulationem nonandi causa ratam habuerit, tutela actionem tolli Vlpian. mittit<sup>e</sup>, cùm eadem omnia stipulatione illa contineantur, que in tutela iudicium veniunt<sup>f</sup>. Tutori vtique pupillares obligationes nouare licet<sup>f</sup>, si hoc pupillo expediat<sup>h</sup>. In his enim quæ ad administracionem rerum pupilli pertinent, domini penè loco est. Idemq; in prodigorum furiosorumq; curatoribus probandum est<sup>i</sup>. Ceterū non cui recte soluitur, is protinus & nouare potest<sup>k</sup>, quamquam hoc aliquoties verum sit<sup>l</sup>. Et hoc sentiens Paulus<sup>m</sup>: *Nam nec altum nouare, ait, quamquam ei recte solui posse.* Quæ verba, qui ad alterum ex duobus reis stipulandi referunt, in magno errore versantur: huic enim nouandi ius esse non ambigitur<sup>n</sup>, cui & solidi petendi<sup>o</sup>, & accepto serendi<sup>p</sup>, & iurisurandi in iudicio deferendi<sup>q</sup>, ijsq; omnibus modis communem debitorem in solidum liberandi ius est. Sed Paulo propositum fuit ostendere à solutione ad ceteras liberationum species non recte argumentum duci: solutionemq; possè quem iure accipere, ut tamen nouandi non habeat potestatem: sic enim ei, cuius nomen stipulationi insertum est, recte soluitur, nec tamen is nouare potest<sup>r</sup>. Item si debitorem mecum tibi soluere iussero, non propterea tu etiam stipulando id nouare potes, quamvis debitor soluendo tibi liberetur<sup>s</sup>. Fugitiu quoq; creditam à se pecuniam accipiendo non etiam nouando debtoribus liberationem præstare potest<sup>t</sup>. Et omnino his, qui in nostra potestate sunt, peculia-  
 ria debita recte soluuntur<sup>u</sup>, nouare tamen non possunt<sup>v</sup>, nisi libera

libera eis peculij administratio sit permissa : hoc enim easū & alienandi<sup>a</sup>, & iuriurandi deferendi<sup>b</sup>, & delegandi<sup>c</sup>, & non donationis causa paciscendi<sup>d</sup>, & nouandi<sup>e</sup>, potestas eis competit maximè. Ait lex<sup>f</sup>, *Si etiam meliorem suam condicionem eo modo faciant. Quod idcirco adiectum credo, quia si deteriorem eo modo debiti causam sacerent, plusculum dubitationis res haberet, quoniam perdere ac profundere viderentur.* Non autem ad hoc eis concessa intellegitur administratio, vt perdant<sup>g</sup>. Ideoq; nec donationis causa pacisci ne petant<sup>h</sup>, vel ne res pignori sit<sup>i</sup>, nec pro alio rem peculiarem obligare<sup>j</sup>, nouationēc, aut quo alio modo ad donationem magis, quād ad administrationem respiciente, deteriorem eorum, quorū iuri subiecti sunt, causam facere non possunt<sup>k</sup>. Libera verò administratione non data peculiares obligaciones circa domini voluntatem non rectē seruus nouat<sup>l</sup>. Ex quo notandum est, solutionis accipiendae datam potestatem non cō vsq; esse porrigidam , vt alias quād naturaliter numerata pecunia debitori liberatio præstari possit<sup>m</sup>. Secundum quod , ad exigendas pecunias datus procurator nouatione debitorem non liberabit<sup>n</sup>. Planè cui plena liberaq; rerum administratione commissa sit, aut, vt nostri plerumque loquuntur, qui totorum bonorum procurator sit , ei nouandi potestas non denegatur<sup>o</sup>. Nam & aliud pro alio permutare<sup>p</sup>, & pignori dare<sup>q</sup>, & pacisci ne petat<sup>r</sup>, & iuriurandum deserrc<sup>s</sup>, & non diminuendi causa transfigere, sed & bona fide, si hoc administratio postulet, alienare potest<sup>t</sup>, maximè eas res, quæ facile corrumpi possunt<sup>u</sup>. Non enim ei vsquequaque omnia plenè licent, sed quatenus & bona fides patitur , & negotiorum exigit administratio. Sed & si quis sine mandato me absente à debitore in eo nouandi animo stipulatus sit, & ego ratum habuero, obligatio nouabitur<sup>v</sup>. Alioquin nemo stipulando sibi quod mihi debetur, actionem mihi ausert, nisi ex mea voluntate stipuletur<sup>w</sup>.

<sup>1</sup> Nouationē etiam absens, ignorans, inuitusq; debitor haud aliter atque solutione liberatur<sup>y</sup>, interposito videlicet aliquo,

<sup>x</sup> I. procurator totorum. D. de procuratoribus.

<sup>y</sup> Si quis absentia. D. de nouatio.

<sup>z</sup> LG Stichum. in fl. D. cod.

<sup>g</sup> LG debitor. D. de solutio.

<sup>y</sup> L. si quis hac legē. §. viii. de rei vend.

<sup>z</sup> Seruus qd D. de iurein.

<sup>a</sup> L. libera. in fl. D. de pecul.

<sup>b</sup> L. si qd vero. §. vii. seruus.

<sup>c</sup> D. de furt.

<sup>e</sup> L. huic etiā. D. de iurein.

<sup>d</sup> L. lib. D. de nouatio.

<sup>e</sup> L. filius.

<sup>D</sup>. de doce.

<sup>f</sup> L. contra. §. viii. de pac.

<sup>g</sup> L. iustus. §. iii. paesiē. D. qb.

<sup>mod. pig.</sup>

<sup>h</sup> L. i. s.t. D.

<sup>qui res pig.</sup>

<sup>i</sup> L. 4. D. ad Msced.

<sup>k</sup> L. seruus.

<sup>D</sup>. de nouat.

<sup>l</sup> Arg. l. viii.

<sup>C</sup>. de his qui ven. xt.

<sup>m</sup> L. 4. C. de nouatio.

<sup>n</sup> L. nouare.

<sup>in fl. D. de nouatio.</sup>

<sup>o</sup> L. procurat.

<sup>or eui geot.</sup>

<sup>raliter. D. de</sup>

<sup>procur.</sup>

<sup>p</sup> L. vel vni-

<sup>tierorum. D.</sup>

<sup>de fuit. att.</sup>

<sup>q</sup> L. n. & no-

<sup>cere. D. de pa-</sup>

<sup>ctis.</sup>

<sup>r</sup> L. iuriur. qd.

<sup>quod. §. viii. D.</sup>

<sup>de iurein.</sup>

<sup>s</sup> L. creditor.

<sup>§. lucius. D.</sup>

<sup>mand.</sup>

z. I.3 per ius  
 iurandum. s.  
 tator. D.de ac  
 cedill. si Si-  
 chum in fin.  
 D.de nouat.  
 a. d. si Sti-  
 chum. s. si de-  
 cem.  
 b. I. si is cui  
 decem. D.o.  
 c. I. si duo. in  
 fi D.de verb.  
 oblig.  
 d. I. a te ho-  
 minem. D.de  
 nouat.  
 e. I. t. D.de  
 nouatio.  
 f. I. si in stipu-  
 latu. D.de do-  
 nat. l.4. s. si ex  
 conuentione.  
 D.de re iud.  
 g. I. minor an-  
 nis. xxv. cui fi-  
 deic. D.de mi-  
 nor. d. s. si ex  
 conuentione.  
 h. I. si Stichu.  
 s. i. D.de no-  
 uatio.  
 i. I. laliam. D.  
 eo. l.2. in fi. D.  
 de priuilegio.  
 k. I. 2. D.de  
 nouatio.  
 l. I. vlt. in fin.  
 D. ood.  
 m. I. & vno.  
 D.de acceptio.  
 n. I. naturali-  
 ter. s. vlt. cum  
 lseq. D.de co-  
 di. ind. I. pupil-  
 lus. D.de aust.  
 tu. l. c. illud. s.  
 heres. D. quan-  
 do dies leg.  
 o. I. 1. in fi. D.  
 de nouat.  
 p. I. si Titius.  
 D.de fideiua.  
 q. Arg. 1. s.  
 verba. D. ad  
 Velkia.

à quo nouādi animo quod absens debeat stipulemur<sup>a</sup>. Quintam si à duobus debeatur, à tertio, quod ille aut ille debet, stipulari possumus. Quod cùm fit, neutrum statim nouatur; sed in tertij potestate est pro quo soluat<sup>b</sup>: si modò id actum proponatur, vt alterutrum detur vel fiat<sup>b</sup>. Hic enim cùm alterutrius tantum debiti nouandi causa obligationem intercess<sup>c</sup> sive appareat, neutrum propter incertam promittentis voluntatem nouatur. Ceterum si hoc actum non est, meritò cùm vtrumque in stipulationem deductum sit<sup>c</sup>, nouatum etiam intellegitur, si hoc nouandi animo factum est<sup>d</sup>. Et ita commode iureconsulrorum sententiae conciliabuntur, quæ neglegentius aspicientibus contrariae viderentur.

Nouantur obligationes quæcumque, sive ciuiles, sive na-  
 turales, sive honorarie: nec interest re, an verbis, an consen-  
 su sint contractæ<sup>e</sup>. Quare vel ipsam iudicati obligationem in  
 stipulatum nouandi causa deduci posse non ambigitur<sup>f</sup>, quo  
 facto ad initium nouæ petitionis parta ex causa iudicati exe-  
 cutio redigitur<sup>g</sup>. Legata etiam<sup>h</sup>, & priuilegiarias quoq; obli-  
 gationes utrilibet nouari non dubium est, amittiq; eo modo  
 prioris debiti priuilegium<sup>i</sup>. Denique, ne necessie haberem  
 dicere de singulis, omnia omnino debita, omnesq; res in no-  
 uationem transire possunt<sup>k</sup>: & vel vna stipulatione plures  
 obligationes nouari nihil vetat<sup>l</sup>. Quod Aquiliana stipulatio-  
 ne fit percommode, cuius verba ad omnes obligationum  
 causas sunt concepta<sup>m</sup>. Nec verò ad nouationem quidquam  
 restat, sequens obligatio vtroque iure, an altero dumtaxat  
 teneat. Itaque si quod alius debet, à pupillo, ad quem ex alia  
 causa tantum dē peruererat, stipuler, cùm pupillus natura obli-  
 getur<sup>n</sup>, nouatio fieri<sup>o</sup>. Sed et si dolo creditoris inductus mi-  
 nor alienam in se obligationem nouandi animo suscepit,  
 quamquam posterior stipulatio inanis sit, prior tamen obli-  
 gatio tolletur<sup>p</sup>, & res creditori peribit, qui sibi in veterem  
 debitorem actionem restituì non probè desiderauerit, quām  
 ipse voluntate sua anuisit, omni iuris auxilio propter dolum  
 suum indignus<sup>q</sup>. De se enim queri debet, qui hoc agens ut  
 minorem falleret, se ipse imprudens fecellit. Alia causa est,  
 si à seruo quis stipuletur, quod alius debet. Nihilominus  
 enim prior obligatio manet, perinde atque si stipulatio nullā

interc

intercessisset<sup>1</sup>. Quod non iniuria mirum alicui videri possit. Nam si pupillo interueniente nouationem contingere admittimus, cur non idem in seruo statuimus, qui atque atque ille naturaliter obligatur<sup>2</sup>? Et non omnino male dicetur, quia tam ciuili<sup>3</sup>, quam honorario<sup>4</sup> iure pro nullo seruus habetur, sitq;<sup>5</sup>, vt cum Theophilo dicam, ἀπόστολος, nimirū tamquam persona nulla subsit, in suo statu obligationem manere, ut nouandi animo seruus interuenient. Esse enim personam op̄ortet, in quam obligatio nouata transferatur<sup>6</sup>, quam seruus nullam habere intellegitur. Adde quod alienam in se obligationē nisi ex peculij causa suscipere seruo non est permisum<sup>7</sup>: in tantum, vt si interueniendi animo non rem peculiarem agens quid spoponderit, quasi nulla inde naturali obligatione nata, & in dominum de peculio actio denegetur<sup>8</sup>, & soluta pecunia repetatur<sup>9</sup>. Quod argumento est<sup>10</sup>, vt naturaliter quidem tenere eam obligationem, qua se seruus pro alio nouandi causa, non ex utilitate peculij obligauerit. Non tantum autem iam constitutas & præsentes, sed & futuras obligationes in stipulatum animo nouandi deduci posse sciendum est, dum tamen intellegamus non ante fieri nouationem, quam obligatio constiterit. Prius enim obligationem esse oportet, quam in aliud statum ea transferatur: & naturali ratione, quæ nondum est, nouari obligatio non potest. In diem planè obligatio etiam antequam dies venient, nouatur<sup>11</sup>, licet agi ante diem non queat. Præfens enim obligatio nascitur etiam ex ea stipulatione, quæ diem habet, statimq; deberi ex huiusmodi causa intellegitur<sup>12</sup>, sola in diem constitutum petitione dilata. Sed si quis à Seio nouandi causa stipulatus sit, quod à Titio stipulatus fuerat, tunc fieri nouatio, cum à Titio fuerit stipulatus: eodemq; tempore & nascetur & nouabitur obligatio<sup>13</sup>. Condicionales quoque obligationes non ante nouantur, quam earum condicio extiterit. Atque ut planè perfecte q; intellegamus, quando nouatio contingat, admonendi sumus, interesse, utrum purè in diei<sup>14</sup>, vel sub condicione quod nobis debetur, stipulemuntur. Cum purè stipulamur, pura quoque præcedens obligatio est, nouatio statim fit. Nec aliud probabitur, si ea quæ nouandi causa interponitur stipulatio, diei<sup>15</sup> habeat<sup>16</sup>. Non enim propter

r. §. præter-  
causis, quib.  
mod. toll. obli.

s. I. naturali-  
ter. D. de cōd.  
ind. l. nec ser-  
uus. D. de pe-  
cul.

t. I. quod am-  
net. D. de reg.  
iur.

u. I. D. de iu-  
delib. L. qui te  
stamēto, §. ser-  
uus. de testa.

v. I. quotiēt.  
in fi. D. de no-  
vatio.

y. I. in perso-  
na. §. I. D. de  
paſt.

z. Illicet. §. fi-  
lius sua. D. de  
pecul.

a. I. seruus in  
scio. D. de fi-  
deiūs lōrb.

b. I. naturali-

ter. D. de con-

dīndeb.

c. I. in diem.  
I. Stichum.

§. i. de nouat.

d. I. g. D. ve-  
leg. nom. cau-  
l. cedere. de  
verb. sign. l. in

diē. D. de con-  
di. indeb.

e. I. Stich. §. i.  
§. ii. quis ita-  
de nouatio.

f. d. I. §. Se-  
chuan. §. i.

g. I. in diem. dici adiectionem obligatio suspenditur<sup>a</sup>, licet antequam dies  
 D. de cōd. in- deb. si cōnē- venerit, agi non possit, aut (quod quibusdam nūagis placet)  
 dēm. de ver- perperam maleq; agatur<sup>b</sup>. Quod vtique de die certo acci-  
 bor. obl. piendum est. Nam dies incertus pro condicione est<sup>c</sup>: ideoq;  
 h. I. i. in f. D. nouationem moratur, si non solum, quando exiturus sit, sed  
 quando dies etiam, an omnino exiturus sit, pro certo haberi non possit.  
 leg. vñfl. 3.5. Nam qui sub condicione stipulatur, non statim nouat pro-  
 si quis ita stipulatur. D. qd̄ pter. loc. pter ipsius condicionis incertum: cuius quia anceps & du-  
 i. L. D. de cond. & detn. bius euentus est, obligationis ortus suspenditur. Quam-  
 obrem si condicione omnino exituram certum esset, nouatio illic fieret. Nam quæ necessariam & in naturali ordi-  
 ne positam causam habent, condiciones, obligationem non  
 magis differunt<sup>d</sup>, quæ in præteritum vel in præsens  
 k. I. si pupil- lus. g. i. D. de nouat. Quod si sub ex. D. conseruntur<sup>e</sup>. Vnde & quod ad obligationis ortum attinet,  
 de condi. iud. pro pura habetur ea stipulatio, quæ sub huiusmodi condicio-  
 ne concipitur, nec nouationi moram facit. Cùm verò ambi-  
 guo & incerto euentu condicio suspenditur, in suspenso quo-  
 que sunt stipulationis nouandi causa interpositæ vires. Ridicu-  
 lum enim est, & penè memoratu indignum, quod qui-  
 dam tentant dicere, ex condicionali quoque stipulatione,  
 m. I. vñfro- fatus. de stipu- præsentem obligationem nasci, eo moti quod Paul. scripsit<sup>f</sup>,  
 f. ser. ex præsenti tempore vires capere condicioneal stipulatio-  
 nem. Quod alio longè sensu à Paulo dictum esse alias com-  
 modius ostendemus. Nam à re proposita eius loci sententia  
 paulo longius abhorret, illud institutæ est scriptio[n]is ac tem-  
 potis, etiam puram stipulationem, quæ ad nouandam sub  
 condicione conceptam stipulationem interponitur, non an-  
 tè aliquid agere, quæ prioris condicio extiterit: qua pen-  
 dente si res promissa intereat, existens postea condicio noua-  
 tionem non committet, quoniam corpus nullum subest, in  
 n. I. quocient. D. de nouat. quo nunc primùm nascens obligatio consistat<sup>g</sup>. Priore verò  
 obligatione reus eo iure soluitur, quo solueretur, extincta re  
 promissâ antequam per eum factum esset quominus daret.  
 o. I. si Stichu. de nouatio. l. parui. D. de cōd. Quod etiamsi mora stipulationem nouantem præcessisset,  
 di. fuit. adhuc tamen diceremus. Quamquam enim non nouat, pur-  
 gat tamē condicionalis stipulatio ante commissam moram<sup>h</sup>,  
 p. I. qui decē. g. i. de solut. periculoq; debitorem quasi rem promissam obtulerit<sup>i</sup>, libe-  
 rat. Vnde hoc ita procedere Marcellus acutè notat, si secun-  
 da stip

<sup>a</sup> L. quocient.  
 D. de nouat.

<sup>b</sup> I. si Stichu.  
 de nouatio. l.  
 parui. D. de cōd.  
 di. fuit.

<sup>c</sup> I. qui decē.  
 g. i. de solut.

<sup>d</sup> Quamquam enim non nouat, pur-  
 gat tamē condicionalis stipulatio ante commissam moram<sup>h</sup>,  
 periculoq; debitorem quasi rem promissam obtulerit<sup>i</sup>, libe-  
 rat. Vnde hoc ita procedere Marcellus acutè notat, si secun-  
 da stip

da stipulationis tempore in potestate sua rem promissor habuerit. Nam cum oblationis potestate moram purgari eiusmodi stipulatione constet, tum demum id admittendum esse ratio suadet, cum rei copiam, facultatemque promissor eo tempore quo stipulatio facta est, habuit. Quod si res absuerit, quia superiori rationi locus non sit, oblatumque fingi non queat, quod per rerum naturam propter absentiam offerri non potuit, aliud merito respondebitur. Nec enim contra quam natura se res habere potest, in iure quidquam fингitur<sup>q</sup>. Et hoc quidem casu consequens erit dicere, si priusquam rei facultatem promissor nanciceretur, ea deceaserit, periculum eius nihilominus perire<sup>r</sup>. Quia in specie Venuleij responsum procedere poterit, quod alioquin dissidium, meo iudicio, implacabile habet. Quamquam autem mihi non placet generalia Iureconsultorum verba hisce angustijs coerceri, praesertim ubi suppletur quod sine scelere prætermitti non potuit, cum tamen aperta non appareat opinionum pugna, & ratio aliqua conciliandorum locorum inueniri potest, eam, licet animum usquequa non expletat, amplecti tamen satius esse puto, quam utiliter propter repugnantiam duo nostrorum librorum loei relinquuntur. Cum vero stipulationis nouandi animo adhibita condicio deficit, in suo statu prior obligatio manet, nullatenus à posteriore, quæ esse-  
& cum non habuit, innouata<sup>t</sup>: nec eo ipso creditor quasi à debitore tacite pactus ne petat, exceptione repelletur<sup>u</sup>, qui in eum tantum casum à prima obligatione discedere voluit, quo posterioris condicio extitisset. Quò sit, ut qui quod pure debet, sub condicione nouandi animo spoponderit, pendente condicione solutum repetere non possit<sup>x</sup>, quoniam ex altera causa debitum omnimodo certum sit: ex priore quidem, si defecerit condicio: ex posteriore, si euenerit. Ex diverso, si quod sub condicione debetur, putè nouandi causa promittatur, ne tunc quidem statim nouatio fieri, sed tunc demum cum prioris stipulationis condicio extiterit<sup>y</sup>. Essè enim constitutam obligationem oportet, priusquam nouetur: quod ante conditionis euentum dici non posse constat. Qua ratione & qui se pure solutum quod alias sub condicione debet, constituit, non prius obligatur, quam debiti condicio ex-

q. Argu. Qui  
ad certum. D.  
loca.

r. Qui dece-  
s. s. in fine so-  
lutionis.

s. Iti rem ali-  
qui. D. de no-  
uatio.

t. Leonatio.  
D. de noua.  
u. In perio-  
na. s. e. D. de  
pacti.

x. Julianos.  
D. de cōd. und.

y. Si Stichū.  
s. i. de nouat.

- z. L. id quod. titerit<sup>2</sup>: cum debiti causam in constituto<sup>3</sup> similiter, vt in nouatione<sup>4</sup>, præcedere necesse sit. Hinc eveniet, vt si pendente condicione promissor deportetur, nouationis spes omnis intercidat: quia persona iam non sit, quæ obligetur<sup>5</sup>. Deportatione enim vt iam antè contractæ obligationes tolluntur<sup>6</sup>, ita multo magis nascituræ impeduntur. Non idem dicemus, si pendente condicione promissor decesserit. Itaque si à Tito nouandi animo sub condicione stipuler quod mihi Seius debet, eaq;<sup>7</sup>, licet iacente adhuc hereditate extiterit, nouatio fiet<sup>8</sup>, quoniam condicionales promissiones morte promisorum nō extinguntur, sed earum spes vel ex incerto evenitu pendens ad heredes transit<sup>9</sup>, & in ipsa hereditate, quæ defuncti personam sustinet, interim dum heres non appetet, residere intellegitur. Porro in nouationem<sup>10</sup> etiam post moram mortuus homo<sup>11</sup>, vt & in constitutum & in iudicium rectè deducitur, cùm extare adhuc propter moram, quæ perpetuam obligationem facit, videatur<sup>12</sup>.
- Nouatio per stipulationem fit. pacto enim quod ex vna causa debetur, in aliam conuersti non potest<sup>13</sup>. Receptum est etiani nouationem fieri litis contestatione. Vnde duplex à nostris Nouatio constituitur: Voluntaria vna, quæ stipulatione: Necessaria altera, quæ stipulatione fiat. Quæ diuisio in varias reprehensiones incurrit. Certa enim nouationis definitio à luteconsultis traditur, quæ cùm in contestationem litis transferri non possit, nec eidem nomen quoque rectè aptabitur<sup>14</sup>. Nouatio autem ab eo nomen habere duictum dicitur, quod præcedente sublata, nouam constituat obligationem<sup>15</sup>. Litis contestatione non modò noua obligatio nulla comparatur, sed nec aliqua tollitur<sup>16</sup>: quinimmo etiam firmiter roboraturq; magis, vt appareat in ijs actionibus, quæ tempore morteue corum, quibuscum agitur, finirentur<sup>17</sup>. Itaque cùm dubitaretur, an qui constitutoria egisset, veterem obligationem consumeret, solutione sola ex ea actione facta liberationem contingere Vlpia.admitit, non etiam litis contestatione<sup>18</sup>. Sed etsi dominus de peculio conuentus sit, naturalis obligatio, qua seruus tenetur, manere nihilominus dicitur<sup>19</sup>. Et certè si ex veritate non ex auctoritate rem totam estimare volumus, vix est, vt superior diuisio defendi possit.

Nam

Nam quantumlibet diuersas & dissidentes species communione aliqua societateq; generis contineri necesse est , litis contestatio nouationi simile nihil habet. Prætereo enim quod que nouationis propria sunt, contestationi non insunt , effecta etiam penitus à nouatione abhorrentia habet. Nam nec usurarum cursus litis contestatione inhibitetur<sup>1</sup>, nec pignora fiduciussorēsc liberantur<sup>2</sup>, & crescit, nedum purgatur mora<sup>3</sup>: vt ceteras omittam quas Paulus commemorat<sup>4</sup>, differentias: apud quem verbum, *voluntarie*, non cō pertinere dici potest, vt aliam esse nouationem non voluntariam demonstret (hoc enim nusquam relatum est) sed propriæ nouationis naturæ designandæ causa additum esse. Arque vt hoc reprehendo quod ab interpretibus confictum est, ita illud non reprobō. Noua iudicati actione priorem nouari<sup>5</sup>. Nam & iudicio quasi contrahi traditum est<sup>6</sup>, vt non iam iudicij origo, sed ipsa iudicati velut obligatio spectetur<sup>7</sup>, nec antiqua amplius actione, sed iudicari, post sententiam agatur<sup>8</sup>. Semel enim, ait Paul. <sup>b</sup> *causa transire videtur in condemnationem, eo inde pecunia deberi*: nec iam ex pristina obligatione usuræ debentur, sed ex nona iudicati causa<sup>9</sup>. Sed & quibus in causis delegatio per litis contestationem fit<sup>10</sup>, ijsdem etiam velut nouationem committi, si quis contendat, non repugnabo. Similiter iurisurandi condicionem ex numero esse nouandi Paulus scribit<sup>11</sup>. Post iuriurandum enim non iam pristina debiti causa & antiquus actionis titulus inspicitur, sed noua iurisurandi actio causaq; exercetur<sup>12</sup>. Postremò sciendum est interdum quasi nouationem per exceptionem fieri. Nam si quis quod sibi à libero homine debebat, à seruo ex peculij causa eam obligationem in se suscipiente nouandi animo stipulatus sit, hic licet non ipso iure nouatio fiat, quia personam, vt iam dixi, seruus non habet, cuius interuentu possit noua contrahi obligatio, exceptione tamen creditor repelletur, si à priore petar<sup>13</sup>. De illo queri & dubitari solet, An pœnali stipulatione precedens obligatio nouetur? Et res est inter interpres valde controverſa<sup>14</sup>. Ego sic statuo, cum quid fieri stipulati sumus, pœnaq; certæ pecuniae, si id non fiat, promissa, existente condicione (quod tum accidere Papinia. Pegas & Sabini sententias componens interpretatur<sup>15</sup>, cum in

<sup>r</sup> L. C. de fidei. l. h. D. de usur. l. c. u. si p. latus. D. de verb. obl.

<sup>s</sup> l. grec. s. eti. de pign. l. grec. s. an er go. de fidei. s. t l. f. insul. de verb. obl.

<sup>u</sup> In l. aliam. D. de noua.

<sup>x</sup> l. 3. s. & ideo. C. de viu ns rei iud.

<sup>y</sup> l. 3. s. idem scribit. D. de pecul.

<sup>z</sup> l. qui ope ras, s. nihil. fa si. de oper. lib. a. l. actori. C. de reb. cred.

<sup>b</sup> l. si fundus. s. si pluris de pignorib.

<sup>c</sup> l. in bonaz. C. de usur.

<sup>d</sup> l. delega re. D. de nouatio.

<sup>e</sup> l. qui iuraf se. in fin. D. de iurevir.

<sup>f</sup> l. rom qui. D. de iurevir.

<sup>g</sup> l. in perso na. s. i. de pac.

<sup>h</sup> Zaf. Id. tellef. singul. Aleia. in Para dor. doct. in L. ita stipul. mis de verb. obl.

<sup>i</sup> lita stipul. mis. circa f. D. de ver. obl.

terpellatus promissor non fecerit) in poenam stipulationem priorem trāfetti, & quasi nouationem fieri<sup>k</sup>. Tantumdemq; dicendum esse, cūm penu legata heres, si pecuniam non desisset, penum dare damnatus est<sup>l</sup>. Cui sententia non aduersatur quod Paul. respondit<sup>m</sup>, cūm inter aliquos conuenisset, vt si ea, quæ pacto societatis perscripta essent, non darentur, fierent, viginti darentur, tunc societatis iudicium non esse pro soc.  
 k. I. obligatio  
tuum ferre.  
S. v. de oblig.  
& actio.  
 l. I. D. de pe-  
nu leg. I. pe-  
num. D. quan-  
do dies leg.  
 m. I. duo so-  
cietatem. D. nouatum : & ideo adhuc pro socio ante pœnam ex stipulatu petitam, vel post in id quod excedit, agi posse. Hoc enim in ea specie ita responsum est, quod in stipulationem res ipsa deducta non proponeretur: quo casu contractui subdita stipulatio ex contractu actionem non nouat. Cūm verò tam res, quām pœna in stipulatum peruenit, hic procedit querere, An pœna stipulatio principalem nouet. Et quasi nouationem ex presumppta contrahentium voluntate fieri consulti probant, vbi ea sub qua pœna stipulatio concepra est, condicio extiterit, aliter atque si stipulatione sola pœna comprehensa esset.

n. I. si Sci-  
chum. S. i. & s.  
si quis ita I.  
fundum. D. de  
nouatio.  
 o. I. si debi-  
tor. D. de solu-  
L. & per iusfi-  
randum. S. tu-  
tor. accepr.  
I. Stich. in fi-  
de nouatio.  
 p. I. duo so-  
cietatem. D.  
pro soc.  
 q. d. I. Stich.  
s. idem Celsus.  
 r. I. 4. si ex  
concessione  
de re iud.  
 s. I. iusta sue-  
ro. D. de no-  
uatio.  
 t. I. fundum.  
D. co.

Nouatio autem ita demum sit, si hoc aëtum est<sup>n</sup>. Ac ne ante Iustinia quidem constitutionem noua accidente persona, quæ idem promitteret, nouatio aliter fibbat, quām si nouandi causa id factum esset. Idcirco cūm de absente per nouationem liberando tractatur, disertè semper additur, Ab alio quod absens debet, nouandi causa esse stipulandum<sup>o</sup>. Quapropter ex iureconsultorum sententia verisimile definitur, Nouationem ita fieri, si hoc animo stipulatio intercessit: alioquin adjici verius, quām detrahi obligationi<sup>p</sup>. Proinde iudicatum solui stipulatione actio iudicati non nouatur, quia non hoc agitur<sup>q</sup>. Sed nec eo quod fideiussores aut pignora à condemnato creditor acceperit, propretra iudicati execu-  
tio tolletur, nisi hoc animo nouandi factum constet<sup>r</sup>. Ne is quidem qui ab alio, quanto minus à debitore suo exegerit, stipulatur, nouat, quia eam voluntatem non habet<sup>s</sup>. Fundum quoque Cornelianum stipulatus, si postea quanti fundus est, stipuletur, nō protinus nouat, sed ita si eo consilio hoc factum est<sup>t</sup>. Si verò non ea mente stipulatus est, in hoc posterior stipulatio utilis erit, vt meliore vel deteriore postea facto sindo, estimatio, quæ secunda stipulationis tempore fuit, peti posset.

possit. In duobus quoque reis frustra timetur nouatio, siue simul, siue separatim spondeant, cum hoc actum sit inter contrahentes, ut duo rei constituantur, neque illa nouatio fiat<sup>a</sup>. Pecuniam sanè creditam cum ex continentि vtiliter stipulamur, nouatio nulla fit, sed vnius stipulationis contractus est, cuius implendi causa secuta numeratio videtur<sup>b</sup>. Contrà atque si inutilis stipulatio numerationi subdita sit. Tunc enim ex numeratione tantum, non etiam ex stipulatione agetur<sup>c</sup>. Quamquam autem vsumfructum stipulatus, inutiliter deinde vsum stipuletur: & actum stipulatus, iter stipulando nihil agat<sup>d</sup>, quoniam & vsumfructu vsum continetur, & iter actui inest. Si tamen hoc nouandi animo factum sit, priore obligatione sublata, ex posteriore dumtaxat vsum vel itineris petitio erit<sup>e</sup>. Sed cum varijs incidenter de stipulantium mente dubitationes, & in obscuro plerumque positum esset, quem illi animum habuissent, Iustinia in veteris iuris emendationem constituit<sup>f</sup>, sublata voluntatis quæstione, non aliter deinceps nouationem fieri, quam si nouare se disertè contrahentes expressissent. Itaque proculdubio Tribonianus est, quod aliquot Pandectarum locis legimus<sup>g</sup>, *Nouandi animo hoc facere specialiter expisserit*: qui infinita eiusmodi flagitia in libris nostris admisit: quæ plenius aliquando, Deo fauente, prodentur.

Nouatio solutioni similis est<sup>h</sup>, & ipso iure priorem obligationem cum omnibus ei adiunctis condicionibus perimit, si modo legitimate ita, ut superius descripsi, facta est. Planè si minor ab idoneo debitore ad inopem nouandi causa transtulerit obligationem, in priorem ei debitoren actione actatis auxilio restituetur<sup>i</sup>: ut & mulieri, quæ soluto matrimonio egenitem reum dotis per nouationem decepta acceperit<sup>j</sup>. Quod ipsum singulari dotium fauore, ne indotata mulier maneat, receptum est. Ceterum nouatione funditus obligatio tollitur, & usuræ currere desinunt<sup>k</sup>, & pignora liberantur<sup>l</sup>, nisi ea in sequenti obligatione repetita, & ex debitoris consensu denuo obligata sint<sup>m</sup>. Pœna etiam amplius ex priore obligatione committi non potest<sup>n</sup>: mora autem facta in eo presentando quod promissum est, purgatur<sup>o</sup>. Perit & prioris actionis priuilegium, veluti si post diuortium, ait lex<sup>p</sup> (constante enim matrim

u l.3. D.de duob.re.

x 1.si ita. §.  
vlt.cum 1.seq.  
D.de nouat.

y 1.certi con  
dictio. §. quo  
niam.D.si cer  
pet.

z 1.si pupil  
lus. §. vlt. de  
nouat.

a 1.quivsum  
fructu.de ver  
bor.obl.

b 1.vlt.C.de  
nouatio.

c 1.quivsum  
fructu.de ver  
bor.obl. 1.alii  
rem. §. si duo.  
de nouat.

d 1.si rem ali  
quam.in fid.e  
nouat.

e 1.patri. §.  
pe. D.de min.

f 1.si cum do  
tem. §. si mu  
lier. D.solutu  
matrim.

g 1.emptor.  
D.de nouat.

h 1.nouatio  
ne. D.de no  
uatio.

i 1.3. D. qui  
pot.in pign.  
solatum.D.de  
pig.aft.I.Pau  
lus. D.de no  
uatio.

k 1.si credi  
tor.D.co.

l 1.si Stichū.  
Lquotiens.D.  
de nouat.

m 1.alii. D.  
de nouat.

matrimonio deterior fieri dotis causa conuentione non potest) dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelæ actio nouetur, vel quod in funus impensum erogatumq; est, in stipulationem nouandi animo deducatur<sup>a</sup>. Atque hæc sunt præcipua Nouationis effecta. Nunc de delegatione. credit.

## DE DELEGATIONIBVS.

a l.z. §.pen.  
D.de primæ.

b l.z. & l.nec  
creditoris C.  
de nouat. l.z.  
D.sol.mat.  
c l.z. C.de  
nouat.  
d l.inter sti-  
pularem. de  
verb. obl. l.z.  
l.D.de paſt.

e l.inter cau-  
ſas. §.abesse.  
D.manda.

f l.si mulier  
ita dotem. D.  
de iur. dot.  
g l.apud Cel-  
lum. §.idem  
quaritur. D.  
de dol.cep.  
h l.purè. §.G  
cum. D.de do-  
li except. l.vt  
mili. D.de do-  
atio.

i l.z. §. siue  
autē D.quar.  
ter. aſt.

k l. quid q.d.  
in fl. D.de do-  
natio. l.Nefes-  
nius. D.de re  
iud. l.pen. D.  
de nouat.

l l.doli D.de  
nouatio.

**N**OVIATIONI vicina est & ad finis Delegatio. Delegare autem, est alium vice sua debitorem dare<sup>b</sup>: quo facto & à priore creditore delegatus liberatur: & qui delegat, perinde ac si soluisset, creditori suo satisfecisse intellegitur. Delegatur vero volens debitor<sup>c</sup>. Inuitus delegari non potest: inuiti tamen nomen vendi potest<sup>d</sup>. Cuius differentia in promptu ratio est. Nam ipso debitore praesente, stipulatione<sup>e</sup>, cum eo interposita delegatio, fit. Et ideo ex consensu vtriusq; negotium consistere necesse est<sup>f</sup>. Nominis venditio debitoris praesentiam consensumq; non exigit, aduersus quem absentem etiam & ignorantem suas creditorem mandare actiones nihil vetat. Nec hi tantum, qui principaliter obligati sunt, sed & expromissores, & qui pro alijs fidem suam obstrinxerunt, delegari possunt<sup>g</sup>. Mulier etiam viro dotem promissura delegante eo, alteri promittere potest<sup>h</sup>. Sed & non debitor utiliter delegatur: vtque adeo, vt si mihi quem dolo circumuentum<sup>i</sup>, vel qui supra modum legitimum ei donare volebat<sup>j</sup>, vel libertum qui onerandæ libertatis causa stipulanti sponderat<sup>k</sup>, vel cum, cui nihil cedererat, debitor meus delegauerit, patetem me, qui nullum dolum adhibui, quiq; meum persequor, & ex mea stipulazione ago, nulla exceptione repellere possum, qui delegatus est. Atque etiam in solidum, quamuis deleganti donatum vellet, non quatenus facere potest, exigatur<sup>l</sup>, cum non vt donatum sibi, sed vt debitum creditor accipiat. Generaliter enim, ne necesse habeam commemorare de singulis, quæcumque deleganti poterat opponi exceptiones, cessant in persona eius, cui quis delegatus promisit, siue doli sint, siue paſti, siue Senatusconf. Macedoniani, seu quæ aliæ<sup>m</sup>. Cui consequens est, vt si non debitor sciens delegetur, nec exceptione se aliqua aduersus cum cui expromisit, defendere, nec à delegante quicq;

quicquam, tamquam donauerit<sup>m</sup>, repeteret posset<sup>n</sup>. Quod si per errorem delegatus promiserit, petenti quidem ei, cui delegatus est, nullam exceptionem obijciet<sup>o</sup>, nec soluti velut indebiti conditionem habebit, quam creditor tum quia alterius contemplatione ei solutum est<sup>p</sup>, tum quia suum accepit, non timet. Hac enim in specie maximè procedit vulgata sententia, quæ dicitur, Repetitionem nullam esse ab eo, qui suum recepit<sup>q</sup>. quam vereor ne ex particulari & singulaři thema incitè Tribonia ad regulam generalem traxerit. Ceterum ne in damno versetur, qui per ignorantiam alterius dolo circumuentus est, solutam pecuniam ab eo, qui delegavit, quasi indebitum eius voluntate alij soluerit, condicet<sup>r</sup>: si modò non transigendæ controversiæ causa promiserit<sup>s</sup>. Aut si nondum ei quicquam abest, liberationem condicet<sup>t</sup>, quæ ipsa quòd in oculos sensumq; corporalem non cadat, ceterum rerum incorporalium exemplo incerti condicitur<sup>u</sup>. Hæc ita, si creditori quis delegatus sit. Nam cùm is suum persequatur, sibiq; vigilet, nec dolo facere quicquam dici potest<sup>v</sup>, nec exceptione repellere: aliterq; obseruantibus suminam fore captionem constat, quandoquidem bonum nomen secutus<sup>w</sup>, suum amitteret. In eadem causa est maritus, cui in dotem non debitor delegatur. Hic enim, creditori similis est<sup>x</sup>, dotemq; ex onerosa causa habere intellegitur<sup>y</sup>: neç faciè decipiendus est, ne indotatam vxorem, quam alioquin ducturus non fuerat<sup>z</sup>, præter spem cogitationemq; suam habeat<sup>a</sup>. Ideoq; & huic suo nomine agenti sibiq; negotium gerenti, nihil ex exceptiones nobent quæ petenter mulierem summovissent<sup>b</sup>. Aliud iuris est, si ei cui donatum volumus, non debitor delegetur. Nam & hic exceptione dolii mali teneri se, & præterea incerti conditione efficere potest, ut sibi sua stipulatio accepto feratur<sup>c</sup>. Merito id quidem, cùm cius qui donationis causa delegatum sibi non debitorem accepit, longè alia sit, quam creditoris ratiō, qui de suo recipiendo non laborat, magisq; ex altera iactura luctū querere videtur, quam

m. I. indebitum. C. de cōdi. i. in d. i. cuīs. D. de reg. iur. I. Campanus. de oper. lib. n. I. si quis de legauerit. D. de nouatio. o. I. si Titius. D. eod. p. I. si pō for. rem. §. liber- tus. in f. D. de cond. ind. q. I. repenitio. D. de cōd. ind. r. Arg. I. q ho- minem. D. de foliū. s. I. §. sue auē in fin. D. quar. ret. act. t. in summa. D. de cōd. ind. t. I. 2. C. de condi. ind. I. si quis delega- uerit. I. si non debitor ē. D. de nouat. I. pu- re. g. si ei. de dol. except. u. I. quāvis. g. si mulier. in fin. D. ad Vel- leia. I. in cau- se. §. h. Porm po. D. de min. z. I. nihil do- lo. D. de regu- ior. I. qui au- tem. §. i. quā in fraud. cred. y. I. inter. §. abesse. D. mā- da. z. Arg. I. qui balnē. §. vlt. D. qui pot. in Pign.

a. f. ex promissione. D. de oblig. & actio.

b. I. si fraudator. §. u. d. f. D. que in fraud. credi.

c. I. si donatus. §. si quis indebitum. D. de condit. ob caus.

d. I. apud. §. sed & si post. I. pote. §. item queritur. D. de dol. except.

e. §. b. I. apud. D. de donatio. I. iustitia. D. de dol. except.

f. i. i. i.

f Argu. L.lik id agere, ne damnnum sentiat<sup>f</sup>. Planè si verus debitor, donationis licet immodicæ causa, alicui delegatus est, potenter cum quidem certè debitor, cuius nihil interest, non repellat: sed ego ante solutam pecuniam rescissoria actione consequar, vt eo quod legitimum modum excedit, rescisso, in reliquum tibi debitor maneat obligatus: vel si iam soluta pecunia est, in id quod supra legis modum solutum est, condicitionem contra te habebo<sup>g</sup>. Hoc amplius, & si is, qui mihi donare volebat, ei cui donatum volebam, ex voluntate mea promiserit, in solidum non id quod facere poterit, damnabitur, tametsi me potente eius rei ratio habenda esset ne egeret<sup>h</sup>. Sunt & aliquot notandæ superioris regulæ exceptions.

Nam si maritus post solutum matrimonium alij in dotem à muliere delegetur, catenus dumtaxat, quatenus salua dignitate facere poterit, priori tenebitur<sup>i</sup>, quoniam hoc iuris beneficium, nec si ei directis verbis renuntiet, à se abdicare non potest<sup>k</sup>. Quod in honorem matrimonij sibi benignè tributum integrum quoad soluerit, maritus retinet<sup>l</sup>.

Nam solutum licet soluendo non sit, ideo non repetit<sup>m</sup>, quia omni iure debet<sup>n</sup>. Delegato verò, quia adhuc omnia integra sunt, exceptione uti permittitur. Quæ mihi verissima esse eorum locorum conciliatio videtur, quæ Accursium malè torquet.

Quinetiam si mulier ab eo apud quem contra Senatus intercessit, alij delegata promiserit, exceptione se tuebitur<sup>o</sup>, propterea quod hac quoque delegatione alienæ in se obligationis onus contrà ac liceat, suscipit, Senatus consultoq; tam prior quam posterior confirmatur obligatio. Alter atque dicendum sit, si à vero creditore mulier debitrix delegata, alij promiserit. Hic enim cum à creditore suo liberetur, sua se verius, quam aliena obligatione onerat, nec exceptione uti potest<sup>p</sup>.

A muliere sane contra sc. obligata non debitor ei, apud quem intercesserat, delegatus exceptione Senatus consulti, quod interuentoribus accessoribusq; summovit, procul dubio potenter eum, cui delegatus est, repellat<sup>q</sup>. Præterea si circumscriptus minor promiserit, post delegatus sit, exceptione se aduersus eum, cui delegatus est, tuebitur: quia ut in promissione, ita in delegatione quoque circumuentus iterum potest in integrum restitutionem desiderare<sup>r</sup>. Quocirca si

g Lvt mihi.

D. de donat.

h I. qui id qd.  
g. vlt. de do-  
natio.

i I. si prior.  
D. sol. mat.

k Lilia. g. vlt.  
D. sol. mat.

l I. quod si  
maritus. D. dc  
constipac.  
m In Iam & si  
cum maritus.  
D. de coadi.  
indeb.

n L. si qd. resi.

g. idem Julia.

D. de lib. leg.

o I. doli. D.

de nouatio.

p I. debitorix.  
D. ad Velleia.

q I. quæsis. g.  
interdum. D.  
ad Velleia.

r I. doli. g. fi.  
D. de nouari.

maior

maior factus delegetur ab eo, cui minor promiserat, et si tempora restitutioni praestituta nondum præterierint, exceptio ne tamen non vctetur, quoniam ætatis auxilium eo tempore deficit, quo delegatur. Sed et si maritus soluto matrimonio à debitore sibi in dotelem delegato petat, de dolo vxoris ei exceptio nocet, quoniam non iam suum ius persequitur, sed vxori vigilat<sup>1</sup>. Itaque bene Paul. in hac quæstione, Numquid, de dolo mulieris excipiendum sit aduersus maritum qui dotelem petit, addidit<sup>2</sup>, nisi iam diuerterit. Eo enim casu de dolo vxoris, cui pecunia statim quereretur exceptio ei obstaret. Et idcirco in his Pauli ad Epistolam Apollinaris<sup>3</sup> verbis: *Cus similis est maritus, maximè si constante matrimonio petat: non sic maxime, accipi debet, quasi & idem sit, sed ita quasi idem non sit soluto matrimonio, vt & aliquoties<sup>4</sup> verbum hoc accipiendum esse in libris nostris docere possum. Quod Accursium in errorem impulit. Aut certè maxime, eò adiectum diceremus, quòd nec soluto matrimonio in eo quod viro ex dote queratur, ei exceptio obstat<sup>5</sup>.* Nam quòd Accursius indistincte ac generaliter idem admittendum putat, si soluto matrimonio petatur, id ex ea lege, qua moueri se ostendit<sup>6</sup>, duci non potest: quæ & longè aliam speciem habet, & in socero dotis promissore procedit, cui soluto matrimonio & ita di- rempta adfinitate non cundem quem constante matrimonio honorem tribuimus<sup>7</sup>. Postremò, vt hunc totum locum concludamus, & in operas, quas patrono promisit creditor, eius libertus delegatus tribus liberis suscepit, legis Iuliae & Papiae beneficio, à creditore æquè liberabitur, atq; ab ipso patrono si pristina obligatio manisset<sup>8</sup>, liberaretur. Nam titulum & causam debiti inspicendam prudentes censuerunt, quæ ex obligatione operarum patrono promissarum manat: à quibus cum ex lege liberetur, creditori quoque teneti definit. Quòd si ab initio delegante patrono creditori promisisset, contrà statueremus. Nec enim hic in persona pattoni vllatenus obligatio constituit, vt operarum aliqua ratio sit habenda. Ceterum si non debitor debitorem suum delegauerit, exceptione nulla eum, qui stipulatus est, delegatus submouebit, sed ab eo is qui delegauit, per conditionem hoc repetet<sup>9</sup>. Illud notandum est, si obligatio personæ cohæreat, delegati ipso iure de-

<sup>1</sup> L.6 donatu  
rus. in f. D. de  
condicau. da.  
<sup>2</sup> Ipur. s. 6  
cum. D. de do  
li excep.  
<sup>3</sup> u. 1. Nesen-  
nius. de re iu-  
dic.

<sup>4</sup> I. v. scaplo  
tur. D. de vlo-  
cap. l. 2. Can-  
serius ex suo  
fac.

<sup>5</sup> y. L.6 donaru  
rus. in fin. de  
cend. indeb.  
<sup>6</sup> z. l. fed. hoc  
ita. D. de re iu-  
dic.

<sup>7</sup> a. Ipen. D. de  
iur. dot.

<sup>8</sup> b. Qui liber-  
tim. s. nihil  
D. de oper. lib-  
ber.

<sup>9</sup> c. l. s. fore  
autem. in fin.  
D. quar. res-  
aet.

bitorem non posse. Proinde si visus vel visusfructus vel habitationis debitorem tibi delegauero, ipso iure delegatio non perficitur<sup>d</sup> (mutationem enim personæ hæc non admittunt, nec ad alios transferri eiusmodi obligationes iure ciuili possunt<sup>e</sup>) sed tamen cum pactiones seruari placeat<sup>f</sup>, doli mali, vel in factum exceptione petentem me debitor repellat, & vel post mortem meam superstite eo cui delegatus est, de visusfructu rectè conuenietur, nec iam ad eum finiendum mea, sed illius cui me delegante promisit, mors spectabitur<sup>g</sup>.

Delegare idem possunt, qui & nouare. Pupillus ergo sine tutoris auctoritate debitorem suum delegare non potest<sup>h</sup>: tutoris auctoritate interueniente, potest<sup>i</sup>. A furioso quoque factam delegationem ratam non esse habendam nemo ambigit: quamquam si à furioso, quem sanæ mentis esse existimat, delegatus quis creditori eius soluerit, & cum eo iterum agatur, exceptione doli se defendat<sup>k</sup>: cum & bona fides bis idem exigi non patiatur, & damno nullo furiosus adficatur, qui à creditore suo liberatus hoc ipso pecuniam cœpisse, locupletiorq; factus intellegitur<sup>l</sup>. Eadcm ratione si ex delegatione pupilli puberem se fingentis pecuniam creditori eius quis soluerit, doli exceptionem petenti pupillo nocitaram Julian. scribit<sup>m</sup>. Tutores verò, pupillares creditores vel creditoribus suis rectè delegant, eoq; modo liberatio eis à pupillo contingit, si non malo consilio cum tutele inito hoc factum esse probetur<sup>n</sup>. Filius paternos debitores delegare non potest<sup>o</sup>. Sed nec si peculiari nomine quid seruus crediderit, delegatione debitorem liberabit, quamquam ei rectè soluatur<sup>p</sup>. Similiterq; & si mihi aut Titio dare stipulatus sim, accipiendo, non item delegando, debitori Titius liberationem præstabit<sup>q</sup>. Ceterum debitores tam creditoribus nostris, quam alijs eorum iussu' delegamus. Eaq; res voluntatem suam quoquo modo exprimente debitore peragitur. Nec enim verborum, nec scripturæ vlla proprietas desideratur, sed vel nutu ab eo, qui facit non potest, delegatio rectè fit<sup>r</sup>. Quod sic intellegendum est, vt inter ipsum delegantem & creditorem sufficiat vel voce vel epistola, vel per nuntium vel iudicij solis in hoc consensum esse. Delegatum vtique debitorem posteriori creditori spondere, & verbis obligari necesse est, vt in creditor

d. I. si debitorum. D. de nouar.

e. I. si habitationis. D. quando dies leg. ced. l.

f. I. viusfructus. D. de iur. dot.

g. I. si visusfructus debitorum.

h. I. papillo. D. de solut.

i. I. potest. D. de auctor.

k. I. si debitor. D. de doli except.

l. Arg. I. D. de calunnia & I. si pupilli. D. de solut. & I. si cù mulier. D. de donante vir.

m. Lapud Cel sum s. deniq; de doli exc.

n. I. pupilli. D. de solut.

o. I. filios. D. de nouar.

p. I. fugieci. D. de solut.

q. I. quod gr. D. de solut.

r. I. delegare est. D. de nouatio.

s. I. delegare scriptura. D. de nouar.

creditorem obligatio transferatur. Atque hic est vulgaris delegationis modus. Dicitur & fieri delegatio per litis contestationem'. Nam si cui absque delegatione mandatae sint aduersus debitorem actiones, isq; item cum debitore contestatus sit, in eum à priore creditore debiti causa translata<sup>a</sup>, perfectaque delegatio intellegitur, cùm litis cōtestatione totius cause dominus procurator fiat<sup>b</sup>. Quotiens igitur vel emptum nomen est, vel doti datum, vel qualibet alia ex causâ actiones mandatae sunt, lite contestata ab eo qui in rem suam procurator datus est, haud secus ac si delegatio intercessisset, in eum obligatio transfertur, adeo ut exinde mandanti non recte soluatur. Et ideo bene Impp.<sup>c</sup> Quamuis nec delegatio præcesserit, nec litis contestatio fecuta sit, cùm vtriusque speciei eadem vis sit, idem effectus. Sed illa propria delegatio est, quæ per stipulationem volente & consentiente debitore fit: hæc impropria, quæ per contestationem, vel maximè repugnante & inuitu<sup>d</sup> eo contingit.

Omnis delegatio nouationem in se continet. Et ideo delegatus debitor in totum à priore creditore liberatur contra quam accidat, cùm nulla interueniente delegatione aduersus debitorem actiones mandatae sunt. Nihilominus enim mandanti adhuc salutæ suæ actiones manent, quas re integra exercere, illisq; ad solutionem debitorem compellere potest<sup>e</sup>. At è contrario ipso iure delegatio liberat. Pro iusta enim præstatione est<sup>f</sup>, solutionisq; vicem obtinet<sup>g</sup>. Nec quicquam facit quod non soluendo sit is, qui delegatus est. Bonum enim nomen creditor accepisse videtur<sup>h</sup>, qui eo contentus fuit, idq; ipsum, quale initio obligationis fuit, fecutus est. Et ideo periculo eius postea id nomen est, nec villam cuiuscum pignoribus, quæ prior creditor acceperat, cum eo actionem habet<sup>i</sup>. Idemq; seruabitur, & si sola conuentione, nulla interposita delegatione inter creditorem & debitorem placuisse, ut ille nomine debitoris contentus nihil peteret<sup>j</sup>. Diuersum longe est, si periculo debitoris ab eius debitore sit stipulatus<sup>k</sup>. Nec enim propterea pecunia, quæ à delegato seruari non potest, exactionem ainitit<sup>l</sup>.

t. I. delegare  
est. D. de no-  
uatio.  
u. I. 3. C. de  
nouatio.

x. I. si  
procu-  
rator. §. 1. de  
doli except.  
in rem. D. de  
cōpenf. I. pro-  
curatorib. C.  
de procur.

y. In I. 2. C. de  
oblig. & act.

z. I. inter fi-  
pularem. de  
verb. obl.

a. I. 3. C. mīd.  
I. 3. C. de no-  
uatio.

b. I. quod de-  
betur. D. de  
pecul.

c. I. quāuis. §.  
interdum. D.  
ad Vellei.

d. I. inter. §.  
abesse. D. mī-  
da. I. qui liber-  
tinus. §. nihil.  
D. de ope. lib.

e. I. cum eain.  
fi. D. de cuicl.

f. I. pupilli. §.  
sofer. D. de  
solutione.

g. Arg. I. pro-  
mittendo. §. 3.  
debitore. D.  
de iure doc.

h. I. si manda-  
to. in fine. D.  
mand.

## DE CONFUSIONE.

**V**ENIT & in hunc numerum Confusio: quæ solutionis quoque specie<sup>a</sup>, ipso iure obligationem tollit. Confundi obligatio dicitur, quotiens debitor creditori, vel creditor debitori heres existit. In candem enim personam utriusque iure concurrente in eum res credit locum, ut manere obligatio non possit<sup>b</sup>. Alioquin sibi ipse debere quis videretur, quod nec naturalis nec ciuilis ratio patitur<sup>c</sup>. Sed eo modo ciuiliter liberati dicimur<sup>d</sup>: animorum quod sola iuris ratione<sup>e</sup>, absque naturali pecuniae numeratione vel rei promissæ præstatione liberatio contingat, inefficaxq; ita constituantur obligatio, ut iam peti quod debetur non possit. Fit haec confusio tum quoque, cum ad fiscum tam creditoris quam debitoris bona peruenient<sup>f</sup>. Quintam si hereditatem restituere rogatus heres ante eam restitutam hereditario debitori heres extiterit, semel confusa obligatio ex Trebelliano postea restituta hereditate, non redintegrabitur<sup>g</sup>. Verum enim uero pro ea tantum parte obligatio confusionis iure tollitur, pro qua defuncto succeditur<sup>h</sup>. Nam cum eatus dumtaxat defuncti locum subeat, eiusq; personam repræsentet quis, quatenus heres est, eo sit ut creditore quas aduersus defunctum habebat actiones, pro ea tantum parte ex qua successit perent<sup>i</sup>, & debitor heres a creditore relictus pro hereditaria tantum portione debito liberetur: de reliquo saluæ manent coheredibus, & in cohætibus, actiones<sup>j</sup>. Iam vel ex aſſe a debitore scriptus heres ita confusione creditor esse desinet, si hereditatem retineat. Vendita eam hereditate, suæ venditori integræ manent actiones<sup>k</sup>, cum id agatur, ut quasi heres emptor extiterit, ita commoda & incommoda hereditaria agnoscat<sup>l</sup>. Euicta quoque per inofficiosi querelam hereditate, debiti petitio ei qui vietus est competit<sup>m</sup>. Non enim soluisse sibi ipse pecuniam intellegi potest is, a quo hereditas euincitur<sup>n</sup>. Sed & pupillo qui aduersus aditionem restitutionis auxilium implorauerit, actiones confusas restitui placet<sup>o</sup>. Restitutaq; hereditate in suo statu durant, quæ vel heredi in defunctum vel defuncto in heredem competiſſent actiones<sup>p</sup>. Hoc amplius ex Iustiniani constitutione

a. I. si id qd.  
 D. de lib. leg.  
 b. I. sicut l. S. et  
 ch. 5. adiutor.  
 D. de solut.  
 c. I. si debito-  
 ri. C. de paci.  
 d. I. p. n. D. de  
 solutio.  
 e. I. 3. D. de  
 separatio.  
 f. I. Vranius.  
 D. de fiduciis.  
 I. 2. C. de iolu.  
 g. I. deducita.  
 D. ad Trebel.  
 h. Leu. à ma-  
 tre. C. de rei  
 vend.  
 i. I. si adulta.  
 C. de heredit.  
 aſſt.  
 k. I. si ab eo.  
 C. de neg. ge.  
 l. si debitor.  
 D. de fiduciis.  
 l. I. 1. s. p. D.  
 de hered. v. d.  
 m. I. si ei cu-  
 ius. D. comm.  
 p. r. d. I. si cum  
 empore. D.  
 de paci.  
 n. I. cum qui-  
 g. vir. D. de in-  
 off. I. si mari-  
 tus. C. eo.  
 o. I. Stichū. g.  
 si creditor. de  
 solutio.  
 p. Leu. bonis.  
 q. v. h. de acq.  
 hered.  
 q. I. ita tam.  
 g. si ex Trebel-  
 liano. I. si he-  
 res in & D. ad  
 Trebell.

tione & creditoribus obligationes conseruantur, qui inuentario seu repertorio factō debitorum hereditatem adierint<sup>a</sup>. Planè ei, cui vt indigno hereditas ausertur, vel quòd necem defuncti vltus non est, vel quòd post aditam hereditatem eius mortem non defendit<sup>b</sup>, vel quòd in fraudem fisci fidem accommodauit, ei consule aditione actiones non restituuntur<sup>c</sup>. Nec enim auxilium meretur, cui propter dolum delictumq; suum hereditatis emolumentum extorquetur<sup>d</sup>. Vnde si saet*i* ignorātia deceptus necis defuncti vindictam defensionēmuc omisisset, non improbè confusas sibi reddi actiones integratiq; ius debiti postularet<sup>e</sup>. Certè & qui coactus hereditatem adiit, quam alij restituere iussus erat, aditione actiones suas amittit<sup>f</sup>. Confusio autem solutionis exemplo liberat, & quod plus est, solutionis potestate<sup>g</sup>. Nam cùm debitor creditori heres existit, ratio inter heredem & hereditatem ponitur: eoq; amplior & locupletior hereditas quasi soluta pecunia, qua debebatur, ad creditorem peruenisse intellegitur<sup>h</sup>. Et vice versa cùm debitori suo creditor succedit, minus in hereditate esse videtur, tamquam ipsa hereditas heredi soluerit. Quæ ratio efficit, vt in legis Falcidiæ ratione ineunda, quæ mortis tempore vel heredi defunctus, vel defuncto heres debuit, reputentur<sup>i</sup>, licet verum sit aditione confusas actiones. Etenim cùm bonorum quantitas ad calculos illic reuocetur, huius quoque artis rationem haberi consentaneum est, ex quo vel augeri vel imminui patrimonium intellegitur. Porro quæ ex confusione contingit liberatio, quia totam obligatio- nis subvertit potestatem, accessoribus quoque & adpromis- soribus quibuscumque prodest, qui pro eodem apud eundem ex intercessione obligari non possunt<sup>j</sup>. Sed enim ea tantum confusio solidam obligationem tollit, quæ inter cre- ditorem & reum fit. Inter creditores enim & accessores fa-cta confusione reus non liberatur<sup>k</sup>, sed fideiussoria sola obli- gatio hereditaria manente tollitur. Maior enim obligatio minorem tollit<sup>l</sup>: quemadmodum seruat & cùm fideiussoria reo debendi heres existit. Quotiens enim in eandem perso- nam & principalis & fideiussoria confluit obligatio, à princi- pali potentiore infirmior fideiussoria obligatio, quæ acce- sionis locum obtinet, tollitur<sup>m</sup>: nec tamen quod in suam obli- gationem

r. l.vt. s. & si  
prafatam C.  
de iure delib.

s. Leius qui  
s.vt.de ius.fic.  
t. I.indigno.l.  
heredem. Lcū  
qui. s.bonis.  
D.de his quæ  
v.indigna.

u. I.propter.  
s.t. D.de SC.  
Silan.

x. I. heredē.  
ia fine.de his  
qua ve.indig.  
d.l.propter. s.  
in fin.

y. I. debitor.  
D.ad Trebel.  
z. I.s. id qd.  
D.de lib.leg.  
a. I.s debito-  
ri creditor. I.  
Vranlus. D.de  
fideiussor.

b. I.s ei cui. s.  
s. si qui. D.de  
euifilio.  
c. I.in impo-  
nenda. Licitū.  
C.ad I.Fale. I.  
I.s debitor.  
I qui fundam.  
s. si quis he-  
redem. D.co.

d. Iquibom  
nem. s. quid.  
de folu. I.Vra-  
nios. de fide-  
iussor.

e. I.in omni-  
bus. D.de fo-  
lutiō.

f. I.si debito-  
ri creditor. D.  
de fideiussor.

g. I.s doo. in  
E.D.de folut.

<sup>h. I. cum q. in fi. D. de lo-</sup> gationem pignus dederat fideiussor, quamvis in rei ipse lo- cum iusq; successerit, liberatur<sup>b</sup>. Ex causa enim fideiussionis sola ciuii ratione teneri desit, quæ pignoris dationem non infirmat. Sed & si principalis obligatio naturalem tantum

causam continet, fideiussoria durat, quamquam fideiussori reus heres extiterit<sup>i</sup>: quia tunc demuni cum principali con- currens accessorii obligatio tollitur, quotiens vtraque ciuilis est. Planè si vtroque vinculo principaliis obligatio sustinetur, licet Prætorij iuris auxilio per in integrum restitutionem in- frangi ea possit, non idcirco magis fideiussoris obligatio reti- netur. Nec enim quod plenior fideiussoris obligatio est, rei infirmior, eò impeditur quæ iuris ratione contingit liberatio. Quò fit interdum, vt qui nullam propriam defensionem ha- bebat fideiussor, à reo heres relictus exceptione se tucatur, videlicet quia posita intercessoris persona rei inducerit perso- nam, ex qua auxilium in integrum restitutionis implorare potest<sup>k</sup>. Porrò duobus reis promittendi acceptis, si alteri co- rum creditor heres existat, non quasi pecunia soluta tota obligatio tollitur, sed confusione obligationis persona dum- taxat eximitur<sup>l</sup>. Ideoq; alter manet obligatus, & cum eo vel in solidum, si nulla cum correō societas intercesserit: vel in partem, si socij fuerint, creditor recte ager. Ac per hoc nec mandatores, quiq; in cam obligationem dati erant fideiussores, liberantur: qui tamen cùm solutam pecuniam vel ab ipso creditore qui reo successit, repeterere possint, propterea

<sup>m</sup> I. dolo. D. de reg. iur. n. I. in lege Falcidia. D. ad leg. Falc. o. I. Vranius. D. de fideiuss. p. I. si duo rei D. de solu. q. I. genera- liter. D. de fideiuss. r. I. si reus si pulandi. D. de fideiuss. s. I. non est nouum. D. de aet. emp.

quod eligendi arbitrium habent, exceptione dolii perentem creditorem, quod solutum restituere mox cogi possit<sup>m</sup>, re- repellent. Quæ exceptio eiusdem pecunia reo dari non po- test, nisi in partem, si socij fuerint. Hoc enim casu perinde omnia se habent, ac si viriles singuli promisissent<sup>n</sup>. Et hæc est Pauliani responsi sententia. Planè cùm duo rei debendi vel stipulandi inuicem succedunt, nulla confunditur obliga- tio<sup>p</sup>: quod vtraque æqualis sic & iōb̄p̄m̄t̄, nec dici possit vtra alteram magis tollat<sup>q</sup>. Itaque duas obligationis species hic reus sustinebit<sup>r</sup>: quod non esse nouum, alijs quoq; exem- plis Vlpian. confirmat<sup>s</sup>. Et hæc solæ confusioneum species in- ueniuntur. Nunc ad oblationem.

## DE OBSIGNATIONE.

**O**BLATIONE etiam atque obsignatione eius quod debetur, liberari debitorem, obligationemq;  
tolli dicimus. Vtrumq; autem non abs re coniungens, cùm non sufficiat verbo tenus pecuniam  
offerri, nisi & consignata deponatur<sup>a</sup>. Quo facto confessum  
debitor liberatur, aliter atque sola oblatione fiat, qua non  
protinus, sed ita demum si res postea sine dolo malo debito-  
ris amissa deperditae fuerit, liberatio contingit. Et hoc qui-  
dem casu, si ex iudiciis bonæ fidei, quibus exceptio doli inest,  
res debeatur, ipso iure actio<sup>b</sup> tollitur, recteq; intenditur post-  
ea petentem nullam omnino habere actionem. In strictis  
vero iudiciis exceptione opus est, quæ summo iure utiliter  
agentē creditorem æquitate defensionis submoueat<sup>c</sup>. Vtiq;  
autem post legitimam oblationem securus rei promissæ inte-  
ritus debitori liberationem adserit, quamquam aliquando in-  
terpellatus non soluisset. Nec enim per eum iam stetisse vi-  
detur, qui obtulit, & vel ante commissam moram oblatione  
purgari atque in creditorem transferri auctorum sententijs  
comprobatum est<sup>d</sup>, siue ipso debitore, siue alio quolibet eius  
nomine offerente accipere creditor recusavit: vt enim alte-  
rius solutionem, ita & oblationem & absenti & ignorati pro-  
desse constat<sup>e</sup>. Verum enim uero frustandi animo à credito-  
re recusatam esse pecuniam necesse est. Vnde cum velut alia  
die accepturus creditor distulisse proponeretur, inox è Re-  
public. pecunia tamquam ærosa sublata esset, periculo credi-  
toris non futuram eam rem Scœuola respondit<sup>f</sup>. Sola sane de-  
bitæ quantitatis oblatio usuraru cursum non retardat, ideoq;  
oblationem obsignationi iungi semper repetias<sup>g</sup>, quotiens  
de inhibendo usurarum cursu agitur. Nec restagatur Impera-  
torum rescriptum<sup>h</sup>, quo continetur, cum ita conuenisset vt si  
ad diem usuræ non soluerentur maiores praestarentur: si cre-  
ditor minores usuras sibi oblatas accipere noluerit, usurarum  
non augeri quantitatem. Non enim usuras minores in obli-  
gationem deducent, deberi negat, quarum cursus ex sola obla-  
tione sortis non potuit retardari. Maiores ex stipulatione  
ideo peti posse negat, quod obligationis condicio defecerit,

a Emptor pro  
pupillo. in fi.  
D. de adm. tu.  
I. si à te. C. de  
paet. inv. emp.  
I. Juicium. C.  
de compens.

b I. in bonz.  
D. de pecul. I.  
huiusmodi. §.  
qui hominē.  
D. de leg. j.

c I. qui dece.  
D. de solut. I.  
interdum. §.  
vte de verbo.  
oblig.

d I. illud. Dc  
de pericul. &  
comm. d. I.  
terendum §. vte.  
e I. qui dece.  
§. Richum. de  
solutor. I. cum  
& possili-  
nico. C. de ca-  
paci. & possi.

f I. creditor.  
D. de solut.

g I. §. vlti. L  
debitor. I. tu-  
tor. §. Lucius.  
D. de usur. I. tu-  
tor pro pupil.  
lo. §. vlt. de ad-  
min. tur.

h I. si per te.

i. Iure ciui-  
 li. D. de regul.  
 iur. in execu-  
 zione. §. vle. d.  
 verb. obl.  
 k. Nec cre-  
 ditores. l. vlt.  
 C. de pig. aet.  
 Limicem. C.  
 de compensa.  
 l. I. si rem. §.  
 omnis de pig.  
 aet.  
 m. Lvt. C. de  
 loicio. pign. l.  
 vlt. C. de pig.  
 aet. aliena. §.  
 1. D. eo.  
 n. I. si rem. §.  
 vlt. de pign.  
 aet.  
 o. I. si debi-  
 tor. D. de sol-  
 lutio.  
 p. Lveluni. D.  
 de verb. obl.  
 q. I. quidam.  
 D. si cer. pet. l.  
 r. §. inde que-  
 ritur. D. de so-  
 ui oper.  
 r. I. si reus. D.  
 de procur.  
 s. I. ai. ptx.  
 tor. D. de mi-  
 nor. I. fideios-  
 for. D. de fide-  
 iusfor.  
 t. Lex iudi-  
 catu. D. iudic.  
 sol.  
 u. I. si fideios-  
 for. §. D. qui  
 fari. d. cog.  
 x. Litibus. de  
 agrie. & cefis.  
 li. xj. C. Lvt. C.  
 de bou. aet.  
 iud. poss.  
 y. I. accepti.  
 C. de vir. I. si  
 delusor qui.  
 D. de fideios-  
 for.  
 z. Lvt. D. de tabulexhib.

cum per creditorem factum sit quo minus usurae minores  
 soluerentur. Certissima enim iuris regula est, pro facto haberi  
 id, quod ne fiat impedimento est is cui debetur<sup>1</sup>. Plane nec  
 pigneratia actio debitori ex oblatione sola adquiritur, sed  
 consignatum esse oportet id quod debetur<sup>2</sup>, quia suas con-  
 diciones habet pigneratia, si solutum sit vel satisfactum, qui-  
 bus cessantibus institui non potest<sup>3</sup>. Solutionis autem vim  
 nuda oblatio non habet, nisi & eam obsignatio sequatur. Et  
 ideo quod edicto perpetuo comprehensum erat, vt soluto  
 debito vel si per creditorem factum esset quominus soluere-  
 tur, pigneratia actio competenter, sic per interpretationem  
 acceptum est, vt offerri creditori pecuniam, & eo non acci-  
 piente deponi oporteret<sup>4</sup>. Quamquam in iure facta oblatio  
 pigneratiam actionem institutam confirmat<sup>5</sup>. Quod verò  
 Paul. scriptis<sup>6</sup>, si debitor offerret pecuniam, quz peteretur,  
 creditor nolle accipere, prætorem ei denegare actionem  
 sic est accipendum, vt si post oblatam pecuniam debitam  
 creditor porrò petere perget, prætor, cuius officio contine-  
 tur dare vel denegare actiones<sup>7</sup>, quiq; lites ressecare studet<sup>8</sup>,  
 cum amplius non audiat. Vnde dubitatum est, quid statuen-  
 dum sit, si procuratore petente reus offerat. Nam certè ini-  
 quum est cogi reum iudicium accipere, vt cumq; suspicione  
 non careat, qui domino litis non obtulerit. Itaque in æde sa-  
 cra deponi pecuniam placuit<sup>9</sup>, vt in pupillaribus pecunijs fici-  
 ri solet<sup>10</sup>. Enimvero æquum non est eum, qui sine iudice sol-  
 uere paratus est, hoc nomine iudicio adstringi, quod plus ad-  
 uersarius eius per iudicem sit consecuturus<sup>11</sup>. Hæc, cùm sola  
 oblatio intercessit. Ceterum si eam sollemnis depositio secu-  
 ta est, protinus debitor liberabitur, nec expectandum erit, vt  
 res pereat. Deponebantur verò signatae res interdum apud  
 acta vel officium<sup>12</sup>, interdum etiam in *τεμηλαρχίᾳ*<sup>13</sup>, vel alio  
 publico loco<sup>14</sup>, quandoque & apud virum aliquem bonum<sup>15</sup>,  
 iudicis arbitratu: vt plurimum autem apud ædem sacram<sup>16</sup>.  
 Cic. ad Attic.<sup>b</sup> Græcis postulantibus vt in fano deponerent,  
 non concessi. Quod ex antiquis moribus fluxisse puto, qui-  
 D. de fideios-  
 for.  
 finautem socius. C. de com. ser. man.

b Lib. §. Epist. vlt.

bus pecuniae sacro commendari solebant, quasi tuitiore loco esse non possent. Cuius rei exempla ex Gracis nobis idem Cicero in libris de legibus<sup>c</sup>, suppeditat. Argumentoq; est, quod à nostris agitatum videmus, rebus priuatorum in ædenti sacram depositis, subreptis, furtive an sacrilegij sit actio<sup>d</sup>. Et quod Herodia scribit<sup>e</sup>, in illo incendio, quo templum Pacis Romæ conflagravit, magnam factam pecuniarum, quæ illic depositæ erant, iacturam. πλοτωταθη δ' ἦν, ait, πάτερ μέρος δι τοσφάλαιρην αναθύματον κατοσμημένην. χρυσος τε καὶ αργυρος ἐπασθη δε, καὶ ἄλλη, ἐκεῖστι ιδιοτελεῖστο. ἀλλὰ τὸ πῦρ οὐ τοκτεντολόγεις εἰς πλοτειριανήσεις ἐπίσινει. Quæ vero deponebantur pecuniae, ea in sacculo consignabantur<sup>f</sup>, signis, ut ego quidem sentio, priuatis, non, quod quidam somniant, publicis. Quorum opinionem præter varios Pandectarum locos<sup>g</sup>, etiam illud Ciccr. in Verrem<sup>h</sup>, satis resellit: Ipse in tabellas refert, obsignat signis amicorum. Et pro Quintio: Tabulae maximè signis hominum nobilium consignantur. Plutarc. in Graccho: τῷ δὲ Φερόντιον ταῦτα σφραγίδας ιδίας ἐπιβαλλει, ὅπως εἰ ταμεῖα μηδέρη δέ τις αὐτῷ λαμβάνοι. Atque ea signa anulis imprimebantur<sup>i</sup>, quibus veteres non ornatus causa, sed signandi usus Macrobius ex Attico Capitone scribit<sup>k</sup>: plurimusq; erat eorum in testamentis<sup>l</sup>, epistolis, tabulis, ceterisq;, prout res exigebat, obsignandis<sup>m</sup>, usus.

Obsignationem autem legitimo modo, & ut Diocletian. loquitur<sup>n</sup>, sollemniter fieri necesse est. In quo illud primum videndum est, ut testator pecuniam creditori opportuno loco & tempore creditor officeret, & eo recusante obsignata apud æditem vel tabularium vel alium quemlibet iudicis iussu deponat<sup>o</sup>. Nec enim obsignatio aliter utilis est, quam si eam oblatio præcesserit<sup>p</sup>, nisi si offerri non possit, vel quod peregre absit, vel quod sui copiam creditor non faciat: qua in specie solam consignationem iudice adito sufficere receptum est<sup>q</sup>. Minus vero opportuno tempore<sup>r</sup>, vel alio, quam quo solui recte possit, loco<sup>s</sup>, vel iustis occupationibus disticto creditor<sup>t</sup>, facta oblatio nullas vires habet. Valebit certe, si non multo post diem solutioni adiectum facta sit, cum nihil propter moram creditoris interesset<sup>u</sup>. Ante diem vero creditoris & quæ ac promissoris gratia adiectum frustra pecuniam

N 2 offerti

<sup>c</sup> Lib. 2. de Legib.  
<sup>d</sup> I. 5. D. d. leg. l. u. pecul.

<sup>e</sup> Lib. 1. hi- stor.

<sup>f</sup> I. vlt. D. de lege cōmiss. L. cum heres. D. de statulib. L. § si pecunia. D. depol. L. si soluturas, do- foliatio.

<sup>g</sup> I. videam. §. qui viesi. D. loca. L. § si pe- cunia. D. de- pos.

<sup>h</sup> Actio. 7.

<sup>i</sup> Largumē- to. § ornamē- ta de aut. arg. I. signator. de verb. sign.

<sup>k</sup> Lib. 7. c. 13. I. Iad. testiū. §. signum. D. de testib.

<sup>l</sup> I. videam. §. pe. D. loca-

n. I. obsigna- tione. C. de so- lut. I. nec cre- ditores. in fin. C. de pig. &c. o. I. & C. de visur.

<sup>m</sup> I. 2. C. de visur.

<sup>o</sup> I. accepā. C. de visur.

<sup>r</sup> I. si solutu- r. D. de solu-

<sup>s</sup> I. obsigna- tione. C. de fo- latio.

<sup>t</sup> I. Celsus. §.

<sup>u</sup> I. D. de arbitr.

<sup>v</sup> I. G. ita quis.

<sup>w</sup> Seia. de ver. obl. I. sed & si alia. D. de co- sit. pet.

offerri omnes ad vnum interpres sentiunt. Eoq; Sc̄uo-  
 lam motum credunt, quem ego præterea etiam loci ratio-  
 nem habuisse existimo, vt eum alio loco, quām in quem pro-  
 missum est, inuitio stipulatori solui non potest<sup>y</sup>, ita & alibi fa-  
 ßa oblatio quām vbi solui debebat, nihil impedit quominus  
 in loco præstituto sua die petatur. Planè vsurarium debitum  
 ante diem solutioni præstitutum solui non posse, quod inter-  
 pretum sententiae consequens est, haud scio an æquus iudex  
 probauerit, cūm nec iure cautum sit, & in contrarium regulam  
 illa faciat, quā indistincte dici dilationem pro reo esse defini-  
 nit<sup>z</sup>. Ceterū ijs tantum pecunia recte offertur, quibus &  
 vtiliter solueretur. Itaque cūm minore xxv. annis, qui cura-  
 torem non habet, pecunia offertur, ne vel vsuris vlt̄ debitor  
 oneretur, vel creditor minor pecuniam perdat, è re vtriusque  
 institutum est, vt in loco publico consignata deponere-  
 tur<sup>a</sup>. Præterea tota pecunia offerenda est. Minore enim pecu-  
 nia, quām deberetur, oblata obsignataq; cūm creditor totum  
 accipere paratus esset, non inhiberi vsurorum cursum Mo-  
 destin. respondit<sup>b</sup>. Nam particulatim pecuniam debitam, de  
 qua controuersia non est, accipere non cogi creditorem, li-  
 cet pleriq; dissentiant, verissimum est<sup>c</sup>. Hoc amplius durare  
 obsignatio debet, & in eadem causa manere: pro non deposita  
 enim habetur ea pecunia, quam postea debitor repetie-  
 rit<sup>d</sup>. Atque hoc modo facta obsignatio debitorem haud ali-  
 ter atque si soluisset, liberat: vt quicunque postea casus inci-  
 derit, securus debitor in portu nauiget. Vsurarum etiam in  
 posterum cursum silit<sup>e</sup>, pignorumq; in eam causam datorum  
 persecutionem<sup>f</sup>, & venditionem inhibet, & ex diuerso de-  
 bitori corum repetitionem tribuit<sup>g</sup>. Etiam illud adiunge, fi-  
 deciussori post oblatum debitum & consignatum, non secus  
 ac solutum mandati consestim competere actionem<sup>h</sup>. Ex-  
 tantem sane pecuniam petere à depositario creditori non  
 prohibebitur. Quinetiam quemadmodum debitor post mor-  
 tam solutione factam offerens purgat moram, ita & recusa-  
 tam prius à se pecuniam, si creditor accipere paratus sit, de-  
 bitor non det, vsurarum ratio ex eo die habebitur: siquidem  
 vsurarium debitum suit<sup>k</sup>. Idq; ex eo pendet, quod vulgo di-  
 citur, Vlt̄imam moram nocere<sup>l</sup>.

<sup>x</sup> In q. Ro-  
 mx. D. de re-  
 bor. obli.  
<sup>y</sup> L. D. de eo  
 quod cer. loc.

<sup>z</sup> L. cūm tem-  
 pus de reg. iu.  
 l. quod in die.  
 de solut.

<sup>a</sup> L. sit præ-  
 tor. s. i. de mi-  
 nor. l. fideiul-  
 ssor, qui, D. de  
 fideiulssor.

<sup>b</sup> L. tutor. S.  
 Lucios. D. de  
 vsur.

<sup>c</sup> Tractatur  
 in l. quidam.  
 D. si cer. pet.

<sup>d</sup> l. l. C. qui  
 por. in pig. si  
 priusq; C.

de dist. pign.

<sup>e</sup> L. debitor.  
 D. de vsur.

<sup>f</sup> l. accept.

C. de vsur.

<sup>g</sup> l. solutum.  
 in si. D. de pig.

aet. l. v. C. eo.

<sup>h</sup> l. qui mu-  
 tari. in si. prin.

D. manda. l. fi-  
 deciussori, qui,

<sup>i</sup> D. de fideiul-  
 ssor.

<sup>j</sup> l. debitor.  
 D. de vsur.

<sup>l</sup> l. l. sed. D.  
 de pericul. &  
 coman.

## DE INTERITV REI ANTE MORAM.

**E**s & illa liberationis species, si res promissa absq; mora, culpa, factōe debitoris intereat<sup>a</sup>. Quo generē naturaliter obligationem resoluti nostri tradunt<sup>b</sup>: cūm hoc naturali factō contingat, quōd naturalis quoque præstationis loco habeatur<sup>c</sup>. Proinde si species in stipulatum deducta, antequam dies vel condicio stipulationis extitisset, fato, mortalitateq; perierit, desinet promissor teneri<sup>d</sup>. Similiq; modo qui certos nummos, veluti qui in arca sunt, promisit, ijs sine culpa sua deperditis liberabitur<sup>e</sup>, quoniam pecunia non genus, sed certo loco conclusam quantitatē promiserit, quæ cuiuslibet corporis exemplo estimanda est<sup>f</sup>. Alioquin si incerti nummi obligatione continentur, nullo casu debitor liberari potest<sup>g</sup>, qui eos ipsos, qui perierint, nummos promisisse non videtur. Idemq; in omnibus quæ non in corpore, sed in quantitate consistunt<sup>h</sup>, dividendum est: quæ quōd functionem in suo genere, permutationemq; recipiant<sup>i</sup>, certo corpore non constringuntur, cuius interitu possit dici corum extincta obligatio. Sed hoc in pecunia numerata ita seruatur, si non eius periculum in se creditor suscepere. Contractus enim ex conuentione legem accipere scitum est<sup>k</sup>. Idq; in nautica pecunia, quam traiecticam appellamus, fieri solebat<sup>l</sup>: quo nomine & maius centesima fenus ante Iustiniani constitutionem creditori stipulari licebat<sup>m</sup>. Porrò & qui illam aut illam rem promisit, altera extincta, non eo magis liberatur, quōd eligendi utram præstaret, liberum arbitrium habebat: sed quæ superest, in obligatione manet<sup>n</sup>, si modò non eam ipsam, quæ perijt, offerente eo, accipere creditor ante rēcusasset. Pro soluto enim id accipitur, quod post moram à creditore in accipiendo factam perijt<sup>o</sup>. Bene autem illud exigimus, vt absque facto, culpa, mora debitoris res interierit. Nam si vel ipse occiderit, vel culpa eius mortis causam præbuerit, vel per eum steterit, quod minus daret, periculum ad eum pertinet<sup>p</sup>. Frustratori quippe & moroso, vt & furi similibusq; personis<sup>q</sup>, omnes in re debita contingentes casus adscribuntur. Quod tamen adhibita cautione ita temperandum censuit Martinus, vt si eo

N 3 casu

- a I. si mihi desolut.
- b I. penul. D. de solut.
- c I. clement. pror. §. mortuo. de rescin. vend.
- d I. si Sich. de verb. obl.
- e I. si cert. D. de ver. obl.
- f I. plan. §. sed si non corpus. D. de leg.
- g I. in ratione. §. diligenter. D. ad I. Falcid.
- h G. Lincei. d. C. si cert. per.
- i h d. in ratio ne. §. diligenter. ad I. Falc.
- j i L. z. §. mutui. D. si cert. per.
- k l. cōtract. de regul. int.
- l l. z. in nau tica. D. de nau tica. fzn.
- m Ieos. §. t. C. de vñr. Paulus lib. 2. Sent. tr. de vñr.
- n l. 1. D. quod cer. loc. I. si in emptione. §. vlt. D. de cōcr. emp.
- o I. stipulat sum Damam. de verb. obl.
- p I. si ex lega tio. I. si seruam. Inerito. in fid. D. de ver. obl.
- q I. quotde. D. si cert. per.
- r I. libet. C. de furis. I. merito. D. de vi & vi arm. I. vlt. D. de con dict. ex l.

casu interierit res, qui omnino incidisset, et si res creditoris præstata fuisset, nihilominus debitor liberetur, quantum interpellatus non dederit<sup>1</sup>. Quod non esse extra æquitatem positum non negauerim, licet in contrariam Ioannis sententiam frequentes interpretes eant. Cum vero post moram res interij, quia per rerum naturam impossibilis ipsius corporis præstatio est, & suam tamen moram debitori nocere ratio postulat, in estimationem condemnatio fit<sup>2</sup>. Verum ita periculo debitorem onerat mora, si non ea legitimis modis purgata fuerit. Nam qui rem promissam obtulit<sup>3</sup>, vel stipulanti creditori nouandi causa popondit<sup>4</sup>, ea postea perempta liberatur, licet ante moram fecerit. Sed & si merentem seruum, puta in facinore deprehensum, promissor occiderit, nihil in obligationem peccat, & ante moram & inculpatum id factum est<sup>5</sup>. Itaque qui Stichum aut Pamphilum promisit, si alterum iusta de causa occiderit, altero postea nulla eius mora interueniente mortuo liberabitur: quoniam quo tempore is moritur, nihil in stipulationem committit, qui vel alium eligere potuit<sup>6</sup>. Quod si sine iusta causa occiderit, ne impunitum sit maleficium<sup>7</sup>, inquit in eum de dolo actio desiderabitur. Ab alio sanè re debita occisa, etiam si à fideiuso, re, debitorem liberari exploratum est<sup>8</sup>. Nec promissori quicquam nocet, quod Stichum promissum ante moram manu- misserit, si is priusquam super eo interpellaretur, decesserit<sup>9</sup>. Non tam enim factò eius, quam sato ipso stipulatori homoneceptus est. Diuersum meritò probatum est in eo, qui rem penes se depositam vendidit, eamq; penitentia ductus post reuocauit<sup>10</sup>. Dolo enim fecit, qui rem suis creditam fidei, suis mandatam custodiæ, alienauit, nec dolus purgatur penitentia<sup>11</sup>: denique nec secutus casus cum, qui dolo fecit, liberat<sup>12</sup>. Quod idem de eo dici non potest, qui seruum suum nulla adhuc mora facta manumisit, cum iure suo usus sit, nec in speciem delicti ea res cadat. Atque hæc leuiter attingere, quantum ad rem nostram faciebant, volui. Plenior vero eorum cognitio ex his quæ de mora suis locis tractantur, petenda est.

<sup>r</sup> I. si plures.  
§. vlti. depoſ. l.  
si cu exceptio  
ne. §. quaten.  
D. quod met.  
cauſ. l. item si  
verberatu. §.  
vlti de ſci vēd.  
<sup>s</sup> I. cu ſeruu.  
§. io. viſtariū.  
de leg. j. l. m cō  
dicioне. §. t. de  
cond. fort.  
<sup>t</sup> I. interdū. §.  
vlti de ver. ob.  
u. l. qui decē  
§. de ſolut.

<sup>x</sup> Lqui ſeruu.  
D. de verb. ob.  
Lquid ergo. §.  
ſi heres de le  
gar. j.  
y I. Stichum.  
§. t. de ſolut.  
z I. ita vuloe  
ratus. D. ad le  
gem Aquil.  
a I. si debito  
r. D. de do  
lo. l. mora. in  
fin. D. de verb.  
oblig.  
b Lis qui ex  
ſtipulati. de  
oblig. & act.

c I. §. si re.  
D. depoſ.

d Arg. I. qui  
ea mente. D.  
de furt.

e I. si heres.  
D. de noxal.  
act.

f Arg. I. non  
videtur. D. de  
regulatur.

## DE EXEMPTIONE A COMMERCIO.

**V**PERIORI specie hæc quoque perfumilis est,  
& easdem vires habet, si res promissa citra moram,  
culpam, factum debitoris commercio subduca-  
tur<sup>a</sup>. Ut enim in his rebus ab initio obligatio non  
contrahitur, quarum commercium non est<sup>b</sup>, ita & cum in  
eam causam condicionemq; ex post facto recidit, necessa-  
rio soluitur: quia dari iam res non potest, promissorq; non ali-  
ter atque si rebus humanis mortalitate res subtrahita esset,  
desinit teneri. Nam quod pro regula traditur<sup>c</sup>, ea quæ semel  
utiliter constituta sunt, durare, licet ille casus extiterit, à quo  
incipere non possint, eò pertinet, ut re semel perfecta, nihil  
officiat in persona efficiente causa postea contingens vi-  
tium<sup>d</sup>. Quod si superueniens casus vim effectumq; negotij  
penitus tollat, aut etiam rem ipsam subtrahat, quemadmo-  
dum incipere non potuit re ita constituta, ita nec remanebit  
obligatio<sup>e</sup>. Quod accidit, cum res ex hominum commercio  
eximitur. Dari enim ea iam non potest<sup>f</sup>, ac ne premium qui-  
dem præstari, quando nec res sacra<sup>g</sup>, vel liberum corpus<sup>h</sup> re-  
cipiat estimationem, neq; pecunia reparetur. Ea porrò tan-  
tum in obligatione consistunt, quæ vel visibus subiici, domi-  
nioq; nostro possunt, vel pecunia lui<sup>i</sup>. Vnde & nihil agit, qui  
secus stipulatur: & qui rem prophanam vel Stichum seruum  
promiserit, liberatur, si sine facto eius sacra religiosaue res fa-  
cta<sup>k</sup>, vel Stichus à domino manumissus<sup>l</sup>, aut ad libertatem  
pro præmio perductus fuerit<sup>m</sup>. Aliter, atque si res promissa  
ab hostibus capta sit. Hic enim in suspensiō est, non etiam ex-  
tinguitur obligatio<sup>n</sup>, propterea quod spes sit fore ut ea quan-  
doq; redeat<sup>o</sup>. Quæ spes facit, ut legari etiā ea res<sup>p</sup>, & venire<sup>q</sup>  
possit. Ceterum ut planiora fiant omnia, adhibenda est Iulia-  
ni, quam Paulus probat, distinctio<sup>r</sup>, ut si quidem promissoris  
fuerit seruus tempore stipulationis, & postea is manumissus  
sit, promissor teneatur, cui non est concedendum ut facto  
suo obligationem suam tollat. Quod si alienus fuerit, non te-

<sup>a</sup> Litem Labeo. §. vlt. cum lseq. D. famili. erit.<sup>b</sup> Lid quod. D. de legat.<sup>c</sup> Lvl. D. de actio. empt.<sup>r</sup> Ili seruum. §. D. de verbis obligat.

neatur,

a Ili mihi z-  
lienum. D. de  
sol. Linter. D.  
de fort.

b §. i. Inst. de  
inicii. siipu. §.  
vlt. Institute de  
empt. & vend.

c Lnt. ambi-  
guis. §. i. de re  
gul. iur.

d Ili cui. D.  
de testamen. l.  
patre furioso.  
de statu bo. l.  
i. §. si quis in-  
ter. D. de sec-  
und. tab.

e I. Vranit.  
D. de fideiust.  
f Liber ho-  
mo. de verb.  
obl. l. 90. §. pe.  
de statutib.

g I. sanctu. in  
§. D. de ter-  
rit. l. idem Iu-  
lianum in fide-  
leg. j.

h l. 3. D. si qua-  
drup. paup. fe.  
i l. 9. §. illud.  
D. de statutib.  
l. inter stipula-  
tem s. Sacra.  
de verb. obl.

k D. linter si  
pulatem §. sa-  
cram.

l I. si mihi z-  
lienum. D. de  
solut. Ili qui  
alienum. D. de  
verbis. c. b. l. si  
alienu. de le-  
gat. j.

m l. 3. l. ex  
stipulatu. D.  
ad SC. Silan.  
n Iqui res. §.  
aream. D. de  
solut.

ncatur, nisi postquam solutionem moratus sit, tale quid contigerit. Nec enim ei qui Stichum interpellatus non dedit, prodesse debet, quod is à domino postea manumislus est, quem habere licuisset, si in tempore solutus esset. Planè si seruus promissus à debitore manumislus, antequā in eo soluendo moram fecisset, decesserit, nihilominus liberabitur debitor<sup>c</sup>: quoniam per eum factum non sit quominus stipulator, habeat. Nec tam manutinatio quām mortalitas ipsa cum obligatione subtraxit. Decessisset enim vtique, et si manumislus non fuisset. Ex hac causa ita extinguitur obligatio, vt ne reuocetur quidem, si rursus aliquo modo in commercium res redeat<sup>d</sup>: veluti si res sacra prophana esse cœperit, vel liber homo in seruitutem reciderit. In totum enim sublata semel obligatio amplius exuscitari restituīq; non potest<sup>e</sup>. Quod Paul. contra Celsū sententiam, cuius etiamnum in Pandectis, quædam vestigia<sup>f</sup> relicta sunt, obtinuisse scribit. Seruo verò manumisso non rectè ille casus comparatur, si aliena area promissa est, & in ea dominus ædificium posuit. Quippe adhuc area extat, nec esse desijt, quamquam ædificium sustineat. Itaque cius æstimatio rectè petetur<sup>g</sup>.

## DE COMPENSATIONE.

**P**ERTINET ad hanc partem Compensatio, qua ipso iure debitor æquè ac solutione liberatur. Solvere enim videtur qui compensat<sup>h</sup>, etiamsi de implenda condicione agatur<sup>i</sup>, in qua à propria verborum significatione nisi duce voluntate recedi non solet<sup>j</sup>. Adeo autem pro soluto habetur quod compensari potest<sup>k</sup>, vt eius pecuniae, quæ compensationis ratione non habita soluta est, tamquam indebitæ, condicione<sup>l</sup>, pignorisq; in eam causam dati, quæ compensatione summoueri possit, repetitio<sup>m</sup> competat: sed nec eius quantitatis, cuius petitionem ratio compensationis excludit, vslræ peti possint<sup>n</sup>. Ideoq; si alter gratuitam, alter sub vslris pecuniam debeat, concurrentis vtrinque quantitatis vslra non præstabitur<sup>o</sup>: & quamquam subdivis vslris debeat, eius tamen quæ vltro citroq; debet, sortis compensatione facta catenus vslrarum cursus impeditur<sup>p</sup>. Quibus consequens est, vt & ab initio minus peti

s. Iis qui ex  
stipulatu. de  
oblig. & act.

t. Inter si-  
pularem. §. fa-  
ctram.

u. Qui res s.  
area de solut.

x. I. si chorus.  
in fide leg. ij.

y. d. s. aream.  
a. 1.4.D.q po-  
tior. in pign. J.  
vel permuta-  
uit. D.de lib.  
cau.

b. I. si pecu-  
lii. §. de illo.  
D. de statib.  
c. I. qui here-  
dit. I. in condi-  
cionibus. de  
cond. & dem.  
d. I. 3. C. de  
compens.  
e. I. si ambo.  
§. 1 D. de com-  
pensat. I. quod  
dicitur. §. vlti.  
de imper. in  
res dot.

f. Linicem.  
C. de cōpen-  
s. g. I. 7. C. de fo-  
lacio.  
h. I. cū alter.  
D. de cōpen-  
s. I. 3. C. eo.  
i. I. idem. in  
f. D. eod.

peti debeat, quatenus compensatio obiecta detrahatur.<sup>k</sup> Nec interest qua ex causa debeatur. Hoc enim iure post lusiniam constitutionem utimur, ut tam in strictis quam bonarum fiduci iudicijis ipso iure compensatio fiat: quae antea ipso iure in his dumtaxat, in illis opposita dolii exceptione ex D. Marci rescripto inducebatur<sup>l</sup>, quemadmodum & in omni ferre iure quae in strictis per dolii exceptionem, & in bonarum fiduci iudicijis ipso iure sunt<sup>m</sup>, propterea quod illis, ut antea attigimus, dolii exceptione continetur<sup>n</sup>. Hodie eò ventum est, ut ne opposita quidem compensationis exceptio solutionem debiti moretur, nisi principialis rescripti auxilium accedat<sup>o</sup>.

Compensatione vtruntur quicumque obligatum sibi habent cum, qui petit. Planè fideiustores à reo conuenti non tappim quod sibi verum etiam quod reo debetur, recte compensantur. Nec enim in maiorem quantitatem, quam reus condemnari possit & tenetur<sup>p</sup>; & eis exdem quae & reo exceptiones profunduntur. Absentis etiam defensor eius quod inuicem ab auctore absenti debetur, compensationem obiecere potest: nec necessitate habebit de rato cauere, cum nihil petere ipse; sed hoc minus ab initio: ab eo peti intellegatur<sup>q</sup>. Alioquin nec alius, quam cui debetur, compensationem vti: nec quod alii, quam ei qui conuenitur, debet, compensare creditur cogitur<sup>r</sup>. Prout si eum filios agatur, ita ille quod patrui debetur, compensare poterit<sup>s</sup>, si cauerat, Amplius non peti, ne à patre postea creditor appelletur, cuius actionem sine mandato exigens filius non consumpsit. In rem vtiique suam datus procurator post litis contestationem, eius debiti nomine, cuius ei mandatae sunt actiones, si vice mutua conueniantur, compensationem habebit<sup>t</sup>. Hoc enim lex nominatim addit, post litis contestationem. Credo, quia litis contestatione res procuratoris fit<sup>u</sup>, etiamq; deinceps suo nomine quasi delegatione in se translata<sup>v</sup>, exequitur. Itaque & propriam causam persequi dicitur<sup>w</sup>, nimirum eius emolumenitum & damnatum ad eum suo nomine pertinet: quiq; per omnia domini loco est<sup>x</sup>. Vnus ex duobus reis quod alteri stipulator debet, compensare, nisi socij sint, non potest<sup>y</sup>. Bonorum planarum societas efficit, ut viuis personæ vice omnimodo fungatur<sup>z</sup>, ut quod alter pactedus fuerit, alteri profitetur; releneret

<sup>k</sup> L. postea -  
qui. D. de co-  
pen-  
satur.

<sup>l</sup> Sin bonarum.  
Insti. de actio.

<sup>m</sup> I. sed si  
ideo. in fin.D.

<sup>n</sup> solmatis. I. qui  
decem. D. de

<sup>o</sup> solu. I. prædicto.  
D. de auctemp.

<sup>p</sup> I. in bonarum.  
D. de pecul. I.

<sup>q</sup> huiusmodi. g.  
qui seru. D.

<sup>r</sup> de leg.j.

<sup>s</sup> o Boët. in cō-  
ment. cōsuet.

<sup>t</sup> Biur. tit. de lu-  
ridict. §.2.

<sup>u</sup> I. s. D. de  
compens.

<sup>v</sup> I. 4. D. eod.

<sup>w</sup> Lexceptio-  
nes. D. de fi-  
deiustio.

<sup>x</sup> L. postea -  
quam. D. de  
compens.

<sup>y</sup> L. in rem.f.

<sup>z</sup> vt. D. de com-  
pen. leitus. C.

<sup>a</sup> cod.

<sup>b</sup> I. si cum fi-  
lios. D. eod.

<sup>c</sup> L. in rē. D.

<sup>d</sup> cod.

<sup>e</sup> L. si procu-  
rator. §. 1. de

<sup>f</sup> dolii except.

<sup>g</sup> L. 1. C. de  
oblig. & auct. I.

<sup>h</sup> delegare. D.

<sup>i</sup> de nouat. L.

<sup>j</sup> C. eod.

<sup>k</sup> L. s. in pro-  
pria. D. quido  
appellit.

<sup>l</sup> b. I. sed si tan-  
tu. D. de pa. c.

<sup>m</sup> I. si duo rei.  
D. de duo re.

<sup>n</sup> d. I. si duo D.  
de arbitri. I. p.  
D. si quis cau.

O quod

• Item dicitur s. pen. de doob.  
 L. 4. 5. mone de effectu. de liber. leg. l. id est. t. D. de pact.  
 f. l. pen. D. de compensat.  
 g. Litter. tu-  
 tores. D. de ad  
 ministr.  
 h. L. 4. in f. D.  
 de adm. ut.  
 i. L. quarto. D.  
 de solutio.  
 k. L. 1. C. de  
 diuid. tue. L. 4.  
 D. de adm. ru.  
 l. 3. s. si tutor.  
 D. iud. sol.  
 l. Liurisperi-  
 cos. s. cum o-  
 maiibus. D. de  
 excus. tut.  
 m. L. 6. fideicō  
 missum. s. 1.  
 D. de judic.  
 n. In d. inter  
 tutores.  
 o. L. si ci-  
 lit. D. de com  
 pensat.  
 p. L. si certa-  
 rum. D. de mi  
 lit. test.  
 q. L. 1. C. de cō  
 pensat.  
 r. Letiam. D.  
 de compen-  
 sac. L. que con-  
 que. D. eod.  
 t. L. 1. 5. 1. d. qd.  
 D. ad l. Faleid.  
 Naturales. de  
 oblig. & act.  
 u. Lexceprio.  
 D. de except.

quod alteri debetur<sup>1</sup>. Secundum hanc si quod pupillo debeatur, tutor peccat, eius quod ipse ei quocum agit, debet, compensationem non patietur<sup>2</sup>. Eius verò æris quod ipse pupillus debeat, compensatio petenti tutori vtiliter obijcitur, et si ex ea causa debeatur, quæ ad administrationem tutoris agentis non pertinet<sup>3</sup>. Diuisio enim tutelæ cum non ipso iure, nec à lege fiat, sed prætore partes suas interponente<sup>4</sup>, modum quidem gestione & administrationi inter ipsos facit<sup>5</sup>, ut agere quisque, vñl actiones exciperet, de his rancum rebus conatur, quæ ex eius administratione pendent<sup>6</sup>. Creditoribus verò pupillaribus, qui vnius pupilli personam intuentur, cuius vnum patrimonium est<sup>7</sup>, quod vniuersum ætri alieno tenetur<sup>8</sup>, nihil obstat: nec compensationem temoratur, cuius ope ipso iure pupillo teneri definit is, vnde petitur: quippe cui tantumdem ex alia causa pupillo debeatur. Et ita obscurra Papiniani verba<sup>9</sup> interpretanda censeo. Contrà si milici ea strenuum bonorum aliis, ceterorum allus heres existat, non audiatur alteri heredum obligatus, si quod sibi defunctus debuit, cuius dissoluendi onus ad alium pertinet, compensare velit<sup>10</sup>. Nam separata propterea vniuersi heredum causa est, quasi duorum hominum hereditates adierint: adeo ut ætri alieno in castris contracto is solus, qui castrensum, ex ita castra vero contracto, solus is, qui ceterarum rerum heres scriptus est, obligetur<sup>11</sup>. Imperatoribus quoque placet eius, quod vna fiscalis statio debet, alteri agenti compensationem obisci non posse<sup>12</sup>: ne fiscalium officiorum ordo ac ratio perturbetur. Nunc tractemus, quæ sine ad compensandum idoneæ cause, Compensationi locus est quacumque ex causa deboatur, etiam si natura tantum<sup>13</sup>: Nam quod lauol. ex Cassio scriptum<sup>14</sup>, quacumque per exceptionem perimi possunt, in compensationem non venire, id ex ipsis verbis perspicuum est ad obligationem naturalem, quæ sola per se substat, non pertinere: quæ cum in iudicium non veniat<sup>15</sup>, per consequens nec exceptione, quæ actionis excludendæ causa comparata est<sup>16</sup>, repellitur. Proinde sic & illa sententia accipienda est, ut non compensentur, quorum petitio exceptione naturalem obligationem elidente, solutiq; repetitionem tribuente submouetur: qualia sunt, quæ projecti perpetui pacti iuris iurandi, doli,

doli exceptionem, peti non possunt f. Enim uero iniuria ab soluto debitori obijai, si ex alia causa petat, ieius quod debet compensatio potest<sup>1</sup>, licet petentem creditorem rei iudicatae, exceptione repellere, quoniam ea exceptio naturalem obligationem non immutat<sup>2</sup>. Nec dissimiliter ex negotio cum his gesto, qui aliena potestati subiaceant, solidum, quod nobis debetur, per compensationem agentia ex eadem causa, domino, vel patre servamus; quamquam pecunio, tenuis quantum uero nobis actio competit<sup>3</sup>. Siue quod exceptio facilius, quam actio datu<sup>4</sup>, retentioneque multa servantur, quae actiones non exigentur<sup>5</sup>: siue quod ex eo contrauctu a filio servante inito agens dominus ratum habens negotium videatur<sup>6</sup>. Idcirco enim cum servus quid emit, agenti ex empto domino non aliter venditor, damnatur, quam si solidum & quantumcumque, si cum libero contractum esset, deberentur, dominus præstet<sup>7</sup>. Ceterum perpetram condemnatus, quemadmodum ex ea causa solutum repetere non potest<sup>8</sup>, ita quod solvit tanquam natura indebitum, compensare non potest<sup>9</sup>, ex alia causa postea secundum agentem eo, cui condemnatus soluit<sup>10</sup>. Tam autem in priuatorum, quam ciuitatum<sup>11</sup>, & fisci causis compensatio locum habet, hoc tamen obseruato, ut qui aduersus fisca compensatione utitur, intra duos menses sibi debitum doceat<sup>12</sup>, & eadem fisci statio debeat, quae & petat<sup>13</sup>. Neo tantum si ex contrauctu, sed etiam si ex maleficio agatur, compensatio inducitur<sup>14</sup>. Fideicommissi petitionem compensatio excludit<sup>15</sup>. Stipulationibus quoque prætorijs, quae vicem presentant actionum, recte opponitur<sup>16</sup>, veluti si satisdari quis sibi legatorum vel damni infecti postuleat. Age- re enim videtur, qui eas cautiones interponi desiderat<sup>17</sup>. Et quae prædicti, quod libetum venierat, liberandi causa erogauit, agenti venditori ope compensationis reputare emptor potest<sup>18</sup>. Nec non qui iudicari conuenit, compensationem sibi aliunde ab eo, qui agit, debite pecunie implorare potest<sup>19</sup>. Venit & in compensationem id, quo nomine lis cum actore contestata est<sup>20</sup>. Nam aliud admittentibus, damno sa ei, qui ad iudicem prouocauit, sua diligentia constitueretur, com-

q. L. monach. C. de compensatione.

1. d. C. de compensatione.

iii

ii. 3. C. de compensatione. D. eod.

O 2 penfat

x. 1. Stech. s. de naturalis. de foli. l. qui exceptione. D. de cond. ind. y. 1. procurator. s. i. D. re- rat. hab.

z. 1. Julianus. D. de cond. ind. deb.

a. 1. si com. fa- liosa. D. de co pensar.

b. 1. s. i. de pignorib.

c. 1. Paul. D. de dol excep.

1. naturales. de oblig. & act.

d. 1. si servus

alienus. D. de fideiussio.

e. 1. cum fun- des. in fin. D.

f. si cert. pet. 1. si servus. D. de exiled.

f. 1. C. de co di. ind. 1. si fa- deciussor. s. in omnibus. D. mania.

g. 1. 1. C. de compen- sat.

h. 1. 3. C. de compen-

i. 1. vlt. C. eo.

k. laufertur.

s. qui compen- sationem. D. de iur. fil.

l. 1. C. de compen- sat.

m. 1. si ambo.

n. 1. de compen- satione. D. 1. 4. C. eod.

o. d. 1. si am- bo. s. vt.

p. 1. 1. actionis.

D. de oblig. &

act. 1. non fo- lum. D. resu-

rat. hab.

pensione eius debiti denegata, quam re in iudicium non  
deducta fuerat habitus. Nemo autem deteriorem suam  
causam litem exercendo facit<sup>a</sup>. Ad suumnam ex omnib[us] obliga-  
tione actioneque compensatio restet sit. Depositi causam exci-  
pio, cuius restitutionem opposita compensatione non differri

- <sup>b</sup> Lilia. D.de  
nouatio.  
<sup>c</sup> Lylia. C.de  
compensat. p.e.  
<sup>d</sup> C.depos.  
<sup>e</sup> Lib.a. Sen-  
tentia. 12.  
<sup>f</sup> Lylia. C.de  
compensat.  
<sup>g</sup> sed neq.  
In fiducia testa.  
qui testamen-  
to. D.de testa.  
<sup>h</sup> vlt. C.de  
compensat.  
<sup>i</sup> Lylia. de beas.  
D.cod.  
<sup>j</sup>
- placuit<sup>b</sup>, sed re ipsa protinus & absque mora redita, tunc de  
debito queri. Quod a Justiniano primum constitutum credi-  
tur, cum tamen id ipsum in Pauli Sententijs legatur<sup>c</sup>. Quod  
nisi ab his qui manus illi libro attulerunt<sup>d</sup>, additum est, idem  
olim optimus indicat, ut immiterito Justinianus antiquitus

constituta renouans, ea sibi tribueret<sup>e</sup> atque abrogare argua-  
tur. Ceterum ea demum compensantur, quae apparent. Nam  
obscuri debiti cum eo quod constat compensatio non iure  
postulatur<sup>f</sup>. Itaque qui illud aut illud, Verum vellet, stipulatus  
est, ita compensationem ex hoc debito impetrabit, si palam  
dixerit utrum vellet<sup>g</sup>. Aequalia quoque solum debita, & quae  
inter se consentiunt, compensantur: velut si utrumque pecu-  
nia, vel aliud quod in suo genere functionem recipit, debet  
tur. Corporibus enim debitibus compensatio non admittetur  
propter inaequalem eorum inter se estimationem<sup>h</sup>. Sed nec  
corporis ad quantitatem sit compensatio<sup>i</sup>. Et hoc est quod  
Paulus ait<sup>i</sup>, compensationem debiti ex pari specie procedere.  
Nam parem speciem appellat, quae in suo genere alterius  
vicem praefat, eandemque estimationem & functionem ha-  
bet. Cuiusmodi res communi specie contineri eodem modo

<sup>j</sup> Vlpianus ait<sup>k</sup>. Quod in diem debetur, antequam dies venie-  
rit quo dari oporteat, eius pecunia, quae presenti die debet  
tur, petitionem compensationis ratione non excludit<sup>l</sup>: cum  
neccum ad eius exolutionem debitor compelli posset, qui  
medij temporis commodo, quod & ad soluendum datum  
est, fraudari non debet. Nec quicquam facit, quod obligatio  
nata est, quando exactio in diem dilata sit, quem creditor ut  
petendo, ita compensando antevetere non potest. Petere  
enim videtur & qui aduersus petentem compensatione uti

<sup>m</sup> amplius.  
D.ez rat hab.  
<sup>n</sup> Ios.Luc.in  
hb.placit.cur-  
tit.de cōpen-  
<sup>o</sup> Lylia. cū mi-  
lit. s. vlt.D.de  
compensat.

tur<sup>m</sup>. Hoc idem & curia Parisiensis placitis confirmatum  
est<sup>n</sup>. Planè si intra tempus, quod post condemnationem reis  
indulgetur, condemnatus agat, eius quoque quod ex iudica-  
to debet, compensationem patietur<sup>o</sup>. Hic enim alioz atque  
in

in superiori specie dies obligationis venit; quamquam humanitatis causa lege haec ad solvendum condemnato dilatio tribuatur<sup>4</sup>. Cum vero ei, qui certo loco dare promisit, alibi agenti compensatio eius debiti obijcitur, utilitas loci in estimationem venit: eiusque ratio habetur, quod creditoris inter sit suo loco pecuniam solvi<sup>5</sup>. Plerumque autem ex eatum retum, quae debentur, qualitate, compensatio impeditur. Nec enim compensantur, quae ex causa annonarum<sup>6</sup>, tributorum, stipendiorum, vestigalium, vel ex pretio rei a fisco emptarum<sup>7</sup>, vel ex frumenti oleiue publici pecunia<sup>8</sup>, debentur. Publice enim interest horum solutionem obtentu alterius debiti non retardari. Annas intellegimus tam cas, quae populo virtutim ex imperatoris largitionibus diuidebantur, quam quae exercitui, palatinisque, & militaribus officiis in speciebus vel in arte ex provincialium illatione praebefantur. Quas in lega<sup>9</sup>, copias esse appellatas bene quidam notat. Nam verbum hoc comitematum plerumque significat, ut apud Valer. Max. illo loco<sup>10</sup>: Obusam illi P. Cornelium Scipionem Quastoren Capnam misit, censuitque, ut ei domus Romae quam optimam conduceretur, & copiae non solum ipsi, sed etiam comitibus eius publice praeterentur. Et apud Plinium<sup>11</sup>: Emit fiscus quidquid videtur emere. Inde copiae, inde annona. Et alio loco: Resudimus Nilo suas copias, recepit alimenta quae miserat. Non compensantur item quae ex Kalendario, Sitonia, Eleemporium Reipub. vel ciuitati debentur<sup>12</sup>. Enim uero Aedilis idcirco condemnatus, quod artiorem annam præstiterit, quia frumentaria pecuniae debitor non videtur, compensationem habebit<sup>13</sup>. Ipsa certe ad frumenti comparationem data pecunia, in erogata non compensatur<sup>14</sup>. Eadem est alimentorum, quae de publico præstantur, causa<sup>15</sup>. Nam plerumque ciuitatibus in alimenta puerorum puellarumque annuum quid relinquebatur<sup>16</sup>. Plerumque etiam Imperatores, quo se plebi commendarent, eiusmodi alimenta decernebant. Quod à Nerua<sup>17</sup> primum per Italiam oppida institutum, Sext. Aurel. Victor scribit: post deinde à Traiano seruatum, de quo sic Plinius: Indici iussisti ut iam inde ab infancia parentem publicum munere educationis experientur: crescerent de tuo, qui crescerent tibi, alimentisque tuis

k. Ldebitoribus. D. de re iudic.

l. Lpecunia. D. de cōpens. arg. l.3. s. nōc de officio. D. quod cer. loc. m. lob nego tiū. D. de com pensatio. n. Lauferur. s. vt debitoribus. D. de iure fisci. o. l.3. C. de cō peniat.

p. lob nego tiū. D. de com pensat. q. l.3. s. ea. f.

r. In Panegy

s. l.3. C. de compensat.

t. l. ideo. D. de compens.

u. l.3. s. ad fib menti, ad adm inistr. ad ciuit. x. d. l.3. C. de compens. y. l.ii quis te liatum. ciuitatibus. D. de legat. i. Diu. p. ad LFaciat. z. In Paper gyno.

ad stipendia perueniret. Et paulo post: Paulo minus p. c. quinque milia ingeniiorum fuerunt, quae liberalitas nostri principis conquisuit, inuenit, adscivit. Hi subsidium bellorum, ornatum pacis publicis sumptibus aluntur. Cui Traiani liberalitati etiam incrementum addidisse Hadrianum Spartan. scribit. Eiq; perceptioni Diuos fratres nouorum quoque hominum pueros, puellasq; adscribi iussisse Capitolinus auctor est. Sed & Plinii antiquum monumentum. Mediolani estissimum restatur in alimenta & puellarum pleb. Urbana h. s. ccc. de dico.

## DE PIGNORIS VENDITIONE.

**N**ON EST & illud omitendum absque solutio-  
ne debitori liberationem procedere, si tantum ex  
pignoris à se dati venditione redactum sit, quan-  
tum debetur<sup>a</sup>. Nec resert, creditor alij pignus ven-  
diderit, an ipse à debitore emerit<sup>b</sup>, nisi quod hoc casu con-  
fessim, illo non nisi percepta ab emptore pecunia debitor  
liberatur. Itaque si pretium ab emptore seruare creditor  
non possit, & culpa vacet, manet debitor obligatus<sup>c</sup>. Sed si  
pretium emptori acceptum fecerit, vel ab eo fecerit stipula-  
tus, contrà dicemus<sup>d</sup>, quia voluntate eius pretij petitio ei  
sublata est. Verum tamen ne pretio quidem accepso. antè  
debitor liberatur, quād certum sit omnimodo id apud em-  
ptorem remansutum<sup>e</sup>. Nam si re euicta ad creditorem, qui  
communi iure de euictione promisit, emptor recurrere pos-  
sit, debitor non liberabitur<sup>f</sup>. Quod si iure creditoris ven-  
diderit, nihil liberationi officiet, quod res vendita euinci  
possit, quando hoc casu ad debitorem solum, non eum  
ad creditorem emptor regressum. sit habiturus<sup>g</sup>. Quam-  
diu certè venditio resoluta, & res inempta fieri potest, debito-  
ri liberatio non contingit<sup>h</sup>. Integrum vero est creditori pi-  
gnus distrahenti pretium inde acceptum in eum quam ve-  
lit causam, acceptum reserte<sup>i</sup>. Prejnde. & in eam quantitatem,  
quæ natura tantum debetur, imputare poterit, cum in  
eam quoque causam pignus iure retineatur<sup>k</sup>, nec aliter id  
restituere creditor cogi possit, quād eo quoque debito sibi  
per soluto<sup>l</sup>. Naturales enim obligationes, eti non exactio-  
nem, retentionem tanzen habent. Quinta si ob triginta

a. I. si credi-  
tor. D. de so-  
lutiō.  
b. I. in name-  
rationibus. D.  
de solutio.  
c. I. qui fini.  
D. de distract.  
pig.  
d. I. si credi-  
tor. de solut.

e. Rescriptū.  
circa fin. D. de  
distr. pig.  
f. I. si manda-  
to & creditor.  
D. manda.  
g. Toto iur.  
credi. euictio.  
pig. nō prest.  
h. I. si credi-  
tor. si.

j. I. Paulus re-  
spondi. io fin.  
D. de solutio.  
k. I. naturali-  
ter. in a. prior.  
de cond. in d.  
l. pignoribus.  
C. de sūr.  
l. Argu. vna.  
C. eti ob ch.  
regulap.

nummos pecunie creditat fideiussorē in viginti, pignus in decem creditor acceperit, redacta ex venditione pignoris decet in id quod solus reus debet, non etiam in viginti quae fideiussorē promiserat, accepto ferre reus potest<sup>2</sup>. Et si usuris fideiussores obstricti non sint, consecuta ex pignoriū venditione pecunia in usuras cedet, fideiussores in id quod sorti deccrit, conuenientur<sup>3</sup>. Planè si codem tēpore duobus contractibus pignora sint obligata, idem arbitriū creditorū non permittitur, sed pro modo pecunie cuiusq; contractus sibi id acceptū ferre creditor necessē habet<sup>4</sup>. Ceterū si minor, quam debeat, pecunia ex pignore vendito redacta sit, in reliquū quod decet, creditorū sua actio supererit<sup>5</sup>. Ut autē vēdito pignore, sed ita & si tantum fructū ex pignore perceperit creditor quantū sorte & usuris satis sit, debitō liberatur. Nam ex pignore perceptos fructus lucro creditoris non cedere, sed in sorte & usuras computari oportere exploratum est<sup>6</sup>: nisi si vti usurarū loco fructus creditor percipiat, conuenient<sup>7</sup>. Quod genus pignoris *alijugorum* appellant<sup>8</sup>. Hinc Marcellus vxorem in bona mariti dotis seruandæ causa missam redditus exactos, & pretium mouentium distractorum imputaturā sibi in sortem respondit<sup>9</sup>, usurarū habitat ratione; si eas arbiter dotis recuperandę ad iudicauerit: quasi pro soluto id habitura quod ex fructibus acceptit: cui dissimilis longe illa species est, quam Accursius propugnanti adserit, in qua creditorem ponimus nihil ad se pertincentem debitoris hereditatē possedisse. Quamquam enim ex bonis tantum perceperit, quantum si quilibet alius bonorum possessor ei solueret, liberaret heredem, nihilominus duraturam fideiussorum obligationem Africanus scribit<sup>10</sup>, illa ratione, quod pro soluto haberi nō possit id, quod ad cum pervenit ex hereditate quæ evincitur, quando nec pro pignore hereditatem, sed pro domino possederit, & de fructibus restituendis teneatur. Etsi deducere quod sibi debetur, si iustus possessor fuit, ei permittatur<sup>11</sup>. Quæ in superiori specie contraria habet omnia. Sola porrò pignoris cessione debitor non liberatur, si non ex pignore debitum colligi possit<sup>12</sup>. Nam & qui non idoneum pignus accepit, debet quantumtatis, in quam pignus non sufficit, exactiōnem amittit<sup>13</sup>, & vel pignore perempto integrā debiti persecutio est<sup>14</sup>.

m. I. ob. trigin  
ta. D. de solute.n. I. fideiussorē  
res in f. O. de  
fideiuss.o. I. pupilli. f.  
pen. de solute.p. I. 3. C. de  
diss. pig.q. I. i. C. de  
pig. act. L. si pi  
gaore. in prin.  
D. de pig. act.  
r. L. si ea pa  
tio. L. si en  
lege. C. de usu  
ria.s. L. si es qui  
D. de pignor.  
t. L. Titia. D.  
de solutio.u. I. Stichū. 6.  
si creditor. D.  
de solutio.x. L. si qd pos  
sessor. f. fed &  
ipū. in fin. de  
pet. hered.y. I. C. de pi  
gnor.z. L. creditor.  
D. si certper.a. L. 3. C. de  
pigno.

B. B R I S S O N I I D E  
SOLVTIONIBVS ET LIBE-  
RATIONIBVS, LIBER  
T E R T I V S .

\*



I X I M V S , vt mihi quidē videtur, abūndē de his liberationum generib⁹, bus , quibus ipso iure obligationes tolluntur. Tempus est ad ea transea- mus, quibus per exceptionem de- dum ab obligationis nexu absolu- tio contingit. Quō in numero pri- mas sibi partes Pactum vindicat, pcr quod ipso iure æquè atque per sti- pulationem obligatio iuris ciuilis approbatione, auxilioq; de- ficiente, non tollitur<sup>1</sup>. Naturali quidem certe æquitate motus. Prætor, quæ fidem seruandam monet<sup>2</sup>, paœta se seruaturum edicto processus est<sup>3</sup>. Sed Prætoris tutio nihil omagis facit, & ipso iure obligationem paœta tollant. Ipso enim iure ea rati- tum valent, quæ eo iure quod ex legibus, plebiscitis, Senatus- consultis, principum constitutionibus decedunt, adiuvantur. Et in vniuersum ipsius juris appellatio ἡμετέρη sic exau- dienda est, vt à prætorio separetur<sup>4</sup>, quod ad vnius hominis voluntatem propositum, in libera ciuitate legum populi iu- dicio receperatum<sup>5</sup>, auctoritate non censebatur: ipsius dum taxat prætoris imperio iurisdictione q; propter utilitatem pu- blicam vim habebat: id eoq; & cum imperio vnā concide- bat<sup>6</sup>, quoad vt ex edictis perpetuis Prætores ius dicent, le- ge cautum fuit<sup>7</sup>. Quo siebat, vt tota pactorum vis ex Præto- rum iurisdictione penderet, qui ea datis exceptionibus, si in iure apud se opposita essent, seruari curabant. Exceptiones enim, prætorij iuris, vt ita dicam, arma sunt<sup>8</sup>. Quod & Rhetor- icorum ad Herennium auctor tradit<sup>9</sup>. Ita verba hæc ipso iure, & per exceptionem<sup>10</sup>, vel prætoris tutione<sup>11</sup>, auctores nostri aduersa faciunt. Quorum sunt plenī exemplorum libri,

quæ nos latius tractare instituti ratio non patitur. Sic igitur cum Paulo<sup>n</sup> statuamus, in pactis factum, in stipulationibus ius n. d.s.pactus versari. Pacta enim ex solo conuentu & consensu valent: so- ne peteret.  
 loq; conuentionis facto sustinentur, propter quod seruari ea naturali rationi congruum prætor putauit. Conuentiones autem facti sunt<sup>o</sup>. ipsa quoque quæ ex pactis proficiscitur, si o. Leconfilio,  
 modò aliqua proficiscitur, ad factum referenda obligatio est<sup>p</sup>. s. quasifinū. D.  
 Proinde pactis quæ facti sunt, pacta ipso iure tolli non pos- de cur. fur.  
 sunt. Stipulationes contra, quibus præter consensum iuris au- p. l. nec de-  
 citoritas inest, per stipulationes ipso iure tolluntur, id est, vt ber. D.de pe-  
 planissimè dicam, mero iure, ipsaq; potestate & auctoritate cul.  
 legis absque auxilio prætoris. Nam vbi quid ipso iure efficax,  
 vel inutile est, prætor se interponere non debet<sup>q</sup>. fit quippe q. Lincaus.  
 hoc, vt Constantinus ait, *et p' a' F' r' e' p'.* Prætorisq; in eo partes ij. s. Pompo-  
 cessant: quemadmodum acceptilationis exemplo, quæ sti- nius. D.de in-  
 pulatione constat, demonstrari liquidò potest: per quam tota  
 funditus obligatio tollitur, vt eum, qui postea petat, non ex- sorth.  
 ceptione à prætore implorata repellere necesse habeamus,  
 sed rectè intendamus actionem non habere. Similiq; modo  
 & eæ, quæ lege aliqua approbantur, conuentiones ipso iure  
 obligationem tollunt<sup>r</sup>. Cuiusmodi sunt, quæ de furto iniu- r. Legitima.  
 riæue interponuntur<sup>s</sup>. Eas enim pactiones lex xij.tab. con- D.de pact.  
 firmat<sup>t</sup>: cuius verba, qua parte de iniuria pacisci permitte- s. Instibl. s.  
 bat, hæc fuisse accepimus<sup>u</sup>. SI MEMBRVM RVPIT, D.de pact.  
 NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. Ceteras t. Lurig. s.  
 per se infirmas & legum auxilio destitutas conuentiones ex- s. pacifcar.de  
 ceptione, quæ agentem summoueat, proposita, Prætor tue- pact.  
 tur. Id quod à Cornificio<sup>v</sup>, Ciceroneq; significatur, cum pa- u. Gell.libro.  
 eta quædam sine legibus ex conuentu seruari tradunt, quæ x. Libro 1.ad  
 iure præstare dicantur<sup>w</sup>. Quæ verba hanc, nisi fallor, habent Herenni cap.  
 sententiam, pacta conuenta, quæ ex nuda conuentione so- de iniid.ab-  
 loq; placito absque iuris adminiculo consistunt, ita Prætoria- fol.  
 rum exceptionum ope seruari, vt vel iure ipso rectè institutas  
 actiones repellant, quemadmodum à Iustiniano in Institutio.  
 explicatur<sup>x</sup>. Sed iam qui pacisciendi ius habeant, considere- z. Tir. de ex-  
 mus. Pacisci ne petant, utiliter ij demum possunt, qui sui iuris ceptio.  
 sunt. Nam qui alienæ potestati subiacent, ita paciscendo nihil  
 agunt, etiamsi maximè liberam habeant peculij administrati- P tionem.

a. *Leona*tra. §.  
 vlt. D. de pac.  
 l*sicut*. s. in fi-  
 lius. D. quib.  
 mod. pug.  
 b. l. filiusfa.  
 D. de donit.  
 c. l*si* q*s* vxo-  
 ri. s. si seruus  
 meus. D. de  
 fuit.  
 d. d. *Leonta*  
 in fi.  
 e. l. filiusfa.  
 nullam. D. de  
 oblig. & act.  
 f. l*sed* & fi.  
 g. filio. D. de  
 iniur.  
 h. l. in perso-  
 na. D. de pac.  
 i. l*z.* & l*z.*  
 C. de pac.  
 j. l. iheredi.  
 k. s. peoulti. de  
 pac.  
 l. l. quox le-  
 gata. D. de re-  
 gulior.  
 m. l*d.* l*e* i he-  
 redi. s. pen.  
 n. l*a.* s. i. D.  
 folu. matr.  
 o. l*v.* s. vi-  
 deamus. C. de  
 rei v*x* act. l*si*  
 ficer. D. folu-  
 to mar.  
 p. l*si* ita seri-  
 pem. s. si sub  
 condicione. de  
 leg. ij.  
 q. d. s. s. sub  
 condicione.  
 r. l. i. C. de  
 pac.  
 s. l. s. decre  
 talis. de suc-  
 cessed. l. qui potest. In fin. D. de reguliur.  
 t. l*p*actum. D. de pac.  
 u. *Leona*tra. in princ. D. de pac.

tutores quidem, vel furiosorum ac prodigorum curatores ita paciscendo, his personis, quorum tes gerendæ eis mandantur, nocent<sup>a</sup>. Quamquam si non donationis causa, sed ita administratione exigente, vel vtilitate ferente paeti sint, pationem recipiendam puto<sup>b</sup>. Eademq; & in Reipub.curatoribus crunt dicenda<sup>c</sup>. Litis procurator, & qui ad agendum tantum, vel ad vnam aliquam speciem constitutus est, pacisci non potest, ne petat<sup>d</sup>. Vtique enim casu mandatum egredius, de iure domini nihil detrahit<sup>e</sup>. Sed si hoc ei specialiter mandatum, vt pacisceretur, vel libera tutorum bonorum administratio concessa fuerit<sup>f</sup>, pacisci poterit. Idem dicemus, & si in rem suam datus sit<sup>g</sup>. Vnde ab emptore hereditatis, qui in rem suam procuratorio nomine agit<sup>h</sup>, cum debitoribus hereditatis factum venditoti, quandoque postea agenti pactum obstat<sup>i</sup>. Vtique enim domino preferetur, qui in rem suam mandatas sibi actiones exercet<sup>j</sup>. Immò & ipse domini loco est<sup>k</sup>, quandoquidem ad eum periculum oninc litis, emolumentumq; pertinet<sup>l</sup>. Si tamen præueniens dominus cum ignaris debitoribus ante litem à procuratore contestatam, vel partem debiti acceptam, vel mandatum actionum editum<sup>m</sup>, prolatumq; pactus sit, exceptio contra procuratorem illis propter suam ignorantiam accommodabitur<sup>n</sup>. Iusta enim existimatione dueti sunt ad paciscendum: imputareq; sibi procurator debet, qui eos de mandato certiores non fecerit, ne à domino circumuenientur. Porrò quod diximus vniuersorum bonorum administrationem sustinentem procuratorem paciscendi ius habere, quod tutoribus, & curatoribus, & liberam peculij administrationem habentibus denegatur, ne cui scrupulum injicere vel attentari aliqua ratione possit, sic accipiendum censeo, vt ita demum pactum valeat, si negotiorum administratione exigente paeti sint. Alioquin diuum hoc & permittum facta superiorum personarum contentione apparebit. Nec enim eis magis profundendi, perdendi, dilapidandi potestas est<sup>o</sup>, quam his, quibus libera peculij vel pupillarium rerum administratio datur. Si vnum ex argentijs socijs cum debitore pactus sit, alteri nihil nocet. Tantum enim, ait Paulus<sup>p</sup>, constitutum est, ut solidum alter petere posset. Constitutum lege fortasse, vel principum constitutio-

<sup>x</sup> Ind. L. contra in fi. principiū curatores. C. eod. y Argu. l. rutor quantum. D. de admitt. & liuor. D. de auctor. z l. Imperatores. D. de pais. L. præses. C. de trist. a l. sed fitan tū. D. de paet. b l. procurator. C. de procur. c l. 13. D. de paet. d L. 14. D. eo. L. 8. si procura tor. D. quib. mod. pig. e l. si qs in re. D. de procur. f l. si cū emp tori. D. de paet. g l. procurato re. D. de procur. h l. sed fitan tum. de paet. i l. 15. in pro pria. D. quido appell. lit. k l. 1. C. da nouit. l l. vlt. D. de transact.

m Lereditor. s. Lucius. D. manda. n l. si veus. D. de paet.

o. I. adulter. ne : sic enim hoc verbum in libris nostris exaudiendum est<sup>o</sup>.  
 D.de adulter.  
 L.Nefem<sup>o</sup>.D.  
 de neg gest. L.  
 & D. de in-  
 teg. refit. I.in  
 heredē. D.de  
 calūn. I.de mi-  
 nor. §.I. D.de  
 quæstio. I.Sca-  
 tius. in fin.  
 D. de iure fil.  
 p. Lib. sc. ca. o.

q. Arg. I. si ve  
 rō. s. de viro.  
 D. sol. mstr.  
 r. d. l. si vnu.

s. I. z. D. de  
 duob. re. I. si  
 rem. §.I. D. de  
 nouat. I. & pr  
 ius. iurandum.  
 §.pe. de acce-  
 ptilatio.  
 r. d. l. z.

u. I. z. & I. ex  
 duobus. D. de  
 duob. re.  
 x. I. qd. quis.  
 D. de solut.  
 y. I. & suum.  
 cum II. seq. D.  
 de pact.

z. I per fun-  
 dam. D. defer-  
 uit. rufi. c. qd.  
 v. e. de regul.  
 iur. in vj.

Ex titiſſe verò aliquam de ea re legem indicio est Quintiliani locus, cuius hæc verba sunt<sup>p</sup>: Lex est, vt argentarij dimidium ex eo, quod debebant, soluerent, creditum suum totum exigenter. Argentarius ab argentario solidum petit, proprium ex materia est argumentum creditoris, idcirco adiectum esse in lege, vt argentarius totum exigenter. Aduersus alios enim non opus fuisse lege, cùm omnes præterquam ab argentarijs totum exigendi ius haberent. Qua de lege nihil aliud succurrit. Ex ea verò dicit Paul. paciscendi ius alterum, ex argentarijs socijs ius non habere, quoniam de sola petitione lex loquatur, quam non est æquum ad alias species, quæ ab expressis abhorrent porrigi<sup>q</sup>. Idem in duobus reis stipulandi dicendum esse lex<sup>r</sup> ait, propria & istud ratione. Nam solutionem quidem accipiendo, vel acceptum ferendo, vel nouando vnuſ ex duobus reis alterius perimit obligacionem<sup>s</sup>: quæ cùm in vtriusque persona solida consistat<sup>t</sup>, solida quoque ab vtrouis eorum, quibus id iure contingit modis, tollitur. Paciscendo verò ne petat, cùm obligationem non extinguat, correco petitionem non auferat, qui saluum sibi & integrum ius suum post huiusmodi pactionem relictum excercere potest contrà atque si legitimis modis obligatio sublata, vel certè iudicio debitor præuentus esset<sup>u</sup>. Minus dubium est cum, qui solutionis gratia stipulationi adjicetur, paciscendi ius non habere<sup>v</sup>. Maioris partis creditorum pactio, qua ad adeundam hereditatem parte debiti remissa heres inuitatur, minori nocet<sup>w</sup>. Quod, tametsi de ea re agatur, quæ ad singulos priuatim pertineat, quæq; omnium consensu approbanda videatur<sup>x</sup>, singulari iure receptum est, cùm vt heros aliquis defuncto existat, tum vt commodius creditores ad suum perueniant, allecto eo modo herede, qui absq; eo esset, timidius se oneribus hereditarijs implicaret.

N V N C videndum est, quibus proficiat pactio, & ad quos pacti exceptio porrigitur. Multum verò quod ad hoc caput attiner, interest, in rem sit pactum, an in personam. In rem pactum est, quotiens generaliter pacificor ne petam. In personam, quotiens ne à certa persona petam<sup>y</sup>. Pacta in rem omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse eius interest,

a. I. iuri gen-  
 dium. §. p. acto  
 zum. de pact.

interest, qui pacifcitur<sup>b</sup>. Itaque fideiussori cum debitore facta conuentio prodest, nisi vel aliud actum sit<sup>c</sup>, vel in rem suam<sup>d</sup>, aut donandi animo<sup>e</sup>, fideiussorit. Addo ego, aut pro invito & vetante fideiusserit. In paribus enim causis paria iura statuenda sunt<sup>f</sup>. Atquin ut illo, ita & hoc casu, quia mandati actione non est ad reum fideiussor regressum habiturus<sup>g</sup>, rei nihil interest ab eo peti. Quotiens verò mandati vel negotiorum gestorum actio fideiussori competit, totiens & ei rei conuentio proficit, ac tamdiu quidem, quamdiu & reo. Itaque si cum reo ad certum tempus pactum factum sit, ultra nec ipsi, nec fideiussori eius proderit<sup>h</sup>. Quæsita sanè semel ei ex pacto perpetuo exceptio, ulterius contraria rei conuentione minimè consentienti adimi non potest<sup>i</sup>. At ex cōtrario fideiussoris conuentio, nisi hoc quoque in pacificando actum sit<sup>k</sup>, reo vel confideiussoribus non prodest: cum eius nihil intersit, à quoquam eorum peti<sup>l</sup>. Nam affectus in hac causa ratio nulla habetur, principaliterq; & pecuniariè interesse necesse est ad alium conuentio exceptionem transire, atque ita, ut aliter ei qui pactus est, consuli non possit, quam si alij quoque consulatur. Planè si in rem suam fideiussor sit acceptus, pro procuratore puta, vel seruo suo, eius pactio reo proderit<sup>m</sup>, quoniam pro reo principali ipsemet habetur, qui suam vérius quam alienam obligationem intercessione suscepit<sup>n</sup>, & qui ex pacto commodum sentire non potest, si non eius quoque auxilio reis se tueri concedatur. Cum altero ex duobus promittendi reis vel argentarijs socijs factam conuentio alteri prodesse Paul, scribit<sup>o</sup>: cuius responsum non ad proximè precedens caput referendum, sed fini capit. xxiiij. annectendum est, quod & ciudem auctoris est, & ex eodem libro sumptum, in quo hanc questionem Paul: latissimè tractauerat<sup>p</sup>. Id quod Accursium aliquantulum turbavit, qui in duas sententias diuersè tractus; quo consistat, & ubi gradum figurare reperire non potest. Sed enim superiori à nobis ex eodem Paulo posite regulæ, qua duce numquam aberrabimus, consentaneum est vnius ex duobus reis conuentio alteri prodesse, si socij sint, propterea quod pacientis hoc interest, cui societatis iudicio, quod communi creditori soluerit, alter sit reputatus ab eo, ut vi ipsa peti

b. I. & here-  
di. s. vlt. de pa-  
ctis.  
c. d. s. vlt. cu-  
l. seq.  
d. Argui sed  
si fideiussor.  
D. de pact.  
e. l. quod di-  
ctum. D. cod.  
f. Cic. in To-  
pic. l. lodd. D.  
ad l. Aquil.  
g. L. si remu-  
nerandi. s. si  
passus. l. si pro-  
te. D. mand. L.  
e. D. de liber.  
l. g.  
h. l. si vnu s.  
si cum reo. D.  
de pact.  
i. l. vlt. D. eo.  
k. l. vldicit.  
D. cod.  
l. l. fideiussor.  
D. de pact.  
l. si stipulat.  
s. vlt. D. de fi-  
deratu.

m. l. sed si fi-  
deiussor. D.  
de pact.  
n. l. de die.  
o. D. de pact.  
p. D. ad Vel-  
letia.  
q. l. idem in  
duabus. D. de  
pact.  
r. l. fideiussor.  
D. co.

q. l. & here-  
di. l. si vnu. D.  
cod.

r. lomne a.  
D. pro soc.

- s. si duo. D. videatur, dum à correio petitur<sup>a</sup>: non prodeste contrà, si nulla  
 de arbit. inter eos societas fuerit<sup>b</sup>. Nam solutione quidem ab vno fa-  
 cta, vel si ei accepto latunu sit, alter liberatur. Vtique enim  
 de effectu. D. de lib. leg.  
 u. i. p. in h. D. de doob. re.  
 x. lat. diē. D. de acceptil.  
 y. i. si ex plus-  
 ribus. D. de accep.  
 z. l. & here-  
 di. s. vld. lsi  
 vnu. s. ante  
 omnia. D. de  
 pact.  
 a. Arg. l. vlt.  
 D. de duo. re.  
 b. l. Vranien.  
 D. de fideliss.  
 c. Lqui homi-  
 nem. s. vlt. de  
 solutio.  
 d. l. Vranien.  
 s. si ponamus.  
 D. de fideliss.  
 e. l. si pact.  
 f. l. dolia. s. i.  
 D. de coerah.  
 empt.  
 g. l. si pact.  
 D. de probat.  
 l. sicut. s. si de-  
 bitor. D. qui-  
 bus mod. pig.  
 h. Bart. cum  
 alijs. in liurij.  
 gent. s. pacto-  
 rum.  
 i. liuris. g. s.  
 pactorum. l.  
 acquirere. in  
 s. coiuuncta. l.  
 & heredi. l. q.  
 in futuri. s. vi  
 si. D. de pact.
- videatur, dum à correio petitur<sup>a</sup>: non prodeste contrà, si nulla  
 inter eos societas fuerit<sup>b</sup>. Nam solutione quidem ab vno fa-  
 cta, vel si ei accepto latunu sit, alter liberatur. Vtique enim  
 cùm vna sit obligatio, & vna etiam summa est<sup>c</sup>, vt siue vnu  
 soluat, siue vni accepto seratur, uterque liberetur, cum solu-  
 tionis exemplo acceptilatio totam obligationē tollat<sup>d</sup>, omnibusq;  
 proficiat, qui eadem obligationē adstringantur<sup>e</sup>. Quod  
 in pacto fecus est, quod ijs tantum prodest, qui vel eo com-  
 prehensi sunt, vel obligationis ita participes, ut eorum quo-  
 que obligationem dissolutam esse principaliter pacientis  
 intersit<sup>f</sup>. Nec absimiliter cōfusione inter creditorem & reum  
 promittendi facta alter eiusdem pecunie reus, si nulla inter-  
 cesserit societas, nullatenus liberatur, tamquam eo modo ex-  
 empta tantum persona<sup>g</sup>, non etiam obligatio tota perem-  
 pta videatur: si societas fuerit, in eam partem liberabitur,  
 cuius solidi soluto repetitionem ab ipsomet creditore habe-  
 ret<sup>h</sup>. Secundum hanc si ex duobus reis promittendi alter pa-  
 ctus ne à se petatur, postmodum soluerit, quia solutum per  
 conditionem indebiti revocare potest, durare alterius obli-  
 gationem dicemus<sup>i</sup>. Enimvero qui pro duobus promitten-  
 di reis mandator extitit, quorum vnu, ne à se peteretur, cum  
 creditore pactus fuerit, post solutam creditori pecuniam vel  
 cum, qui pactus est, eligere potest<sup>j</sup>, quia non est ei electio sua  
 creditoris pacto adempta.
- Pacta conuenta his qui in rem successerint, prosunt<sup>k</sup>. His  
 enim eadē solent, quæ & auctoribus, competere exceptiones<sup>l</sup>, pacientisq; plerumque interest ab his non peti, cùm  
 ad eum ex ea causa rediti possit. His vero, qui in ius vniuer-  
 sum successerint, quin pactio proficiat, non dubitatur: quo-  
 rum persona superuacue pactis comprehenditur, cùm ad eos,  
 ea etiam non adiecta, transeant<sup>m</sup>. Quidamq; plerique te-  
 neant<sup>n</sup> licet debitoris persona pactio expressa sit, ad here-  
 dem nihilominus pactum pertinet, nisi nominatim conuen-  
 ississe probetur, vt ab ipso dumtaxat debitore non petatur.  
 Quorum sententia mihi semper falsa visa est. Certo enim  
 constat, & ita à prudentibus definitur, in personam pactum  
 esse, quotiens debitoris nomen pactio inseritur<sup>o</sup>, nisi euna  
 non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur cum quo  
 pactum

pactum fiat, personam adjici non dubijs argumentis constet. Quæ autem in personam sunt pacta, æquè exploratum est ad heredem non transire<sup>k</sup>, vt qui horum alterutrum in dubium reuocat, stultitiaz reprehensionem effugere non possit. Quibus concessis, hoc quoque detur necesse est, pacto inseratum debitoris nomen impedire, quominus ad heredes id transeat. Hoc enim ex superioribus efficitur necessariò. Nec me mouet quod Pomponius respondit<sup>l</sup>, si creditoris dumtaxat persona ea pactione comprehensa sit, qua de vendendo pignore conuenit, heredem tamen iure venditurum, si nihil in contrarium actum sit. Nam hoc idcirco est, quoniam in obligationem creditæ pecunia succedit, cuius iure pignus in eam causam datum distrahere ei licet, si modo non conuenit, vt ne licet<sup>m</sup>. Eum enim pactiones à defuncto interpositæ tenent<sup>n</sup>, quibus nisi constringatur, eadem ei circa pignus quæ & defuncto licent<sup>o</sup>. Quod verò obijci solet, tale pactum, Profiteor te non teneri, inter heredes locum habere<sup>p</sup>, expeditam ac facilem solutionem habet. Nec enim in personam pactum hoc dirigitur, sed generale & vagum est: nec artandi paeti, sed demonstrandæ obligationis causa personam hic adjici manifestum est. Ipsaq. adeò verborum conceptio multum inter hoc & illud superius paeti in personam positum exemplum interesse ostendit. Nam qui ita dicit, Profiteor te non teneri, de tota obligationis substâlia loquitur, quam non subesse attestatur, nec sibi quicquam deberi, profitetur, vt meritò cùm obligatio deficiat, nihil sit quod ab heredibus petatur. At qui à Titio, verbi gratia, se non petiturum pollicetur, nihil in obligationem egit, sibi tantum petendi à Titio facultatem præcidit: itaque cùm obligatio maneat, ab heredibus rectè petit. Celsi verò responsum<sup>q</sup>, in quo opinionis suæ arcem statuunt, qui contra nos sentiunt, de pacto in rem factio accipiendo impellente iuris ratione vere dicere possumus, cuiusmodi pactum, licet herendum in co mentio nulla fiat, ad eos tamen transit, si non aliud actum manifestis argumentis apparet. Longius progressius sum, quæcum putaram. Ut ad pacta in rem redeam, concludendæ totius disputacionis causa statuamus, cum alio factam conuentionem alij non prodesse, si pacientis nihil intersit<sup>r</sup>: ac proinde cum posse

<sup>k</sup> I. idem in duobus. s. vlti. l. q. in fuit. m. in fin. D. de pact.

<sup>l</sup> I. si necessaria. s. de vendendo. D. de pig. act.

<sup>m</sup> I. 4. D. de pig. act. l. C. de pact. pig. n L. ex quæ. D. de reg. iur. l. s. tibi. s. si quæ pacientis. l. epifolia. D. de pact.

<sup>o</sup> l. hered. D. de reg. iur.

<sup>p</sup> l. tale pa-

ctum. D. de

pact.

<sup>q</sup> In l. si pa- ch. D. de pro- batio.

<sup>r</sup> l. vnu. s. ante omnia. D. de pact.

forsc

s. I. si tibi. s. non prodesse<sup>1</sup>: quamquam si possessori constituta fuerit pecunia, post euictam hereditatem actionem heredi decerni placet<sup>2</sup>. Nam ea quidem, quae circa hereditariam obligationem de consilice.

f. fore hereditatis factum pactum ei qui hereditatem euicerit non prodesse<sup>3</sup>: quamquam si possessori constituta fuerit pecunia, post euictam hereditatem actionem heredi decerni placet<sup>4</sup>. Nam ea quidem, quae circa hereditariam obligationem getuntur, cuicunque qui hereditatem optinebit, prosunt: pacta verò haec, quae debiti remissionem continent, cum ob meritum plerumque fiant, & ex liberalitate proficiscantur, intuitu magis possessoris, quam hereditatis contemplatione facta intelleguntur. De illo itaque queri & dubitari poterit, num cum herede facta pactio fideicommissario restituta hereditate prosit. Et si cum eo pactus sit creditor, ne res pi-

gnori sit, fideicommissario id profuturum Vlpian. respondit<sup>5</sup>. De constituta quoque heredi pecunia actionem cum habitu-

rum consentiens omnium opinio est, quamquam circa fidei-  
iussores & pignora dissentire videantur<sup>6</sup>. Porro si creditores

cum extraneo adituto pacti sint, ut minus soluat, eam con-

ventionem etiam necessarijs personis, si idoneæ sint, & once-  
ribus se hereditatis implicare velint, profuturā quidam aiunt,

cumq; efficiūt rescripti Antonini<sup>7</sup> sensum. Personale pactum  
ad alium non pertinet, ne ad heredem quidem<sup>8</sup>, nisi aliud

pactum sit<sup>9</sup>. Proinde si conuenerit, ne à te ego petam, & heres  
meus à te recte petet, & ab herede tuo recte petam<sup>10</sup>. Item si

filiusque pactus fuerit, ne à se petatur: patri quidem, si ex per-  
sona filij viuo eo conueniatur, pactio proderit, post mortem

verò eius, nec patri, nec heredi proderit, cum sit personale<sup>11</sup>.

e. Sibi autem quisque pacisci debet: alij inutiliter paciscitur<sup>12</sup>. Quacumque enim ciuiliter geruntur (quo in numero pacta

sunt) nisi à nostra persona initium capiant, inanem habent  
exitum<sup>13</sup>. Ideoq; nec paciscendo, nec stipulando, nec ven-

dendo, nec aliâs contrahendo extra quam per eas personas,  
quae iuri eius subsunt, alij caueri<sup>14</sup>, vel liberatio adquiri potest:

Planè per quos stipulationibus adquiritur, per eosdem & pa-

ctis adquiri posse lex ait<sup>15</sup>. Cui cohequens est filiosque, vel fer-  
uos pacientes, ne à patre dominoue petatur, eis exceptio-

nem adquirere<sup>16</sup>. Hereditarium tamen seruum heredi post  
adituro nomine eius expresso inutiliter, ut stipulari, ita & pa-

cisci traditum est, cum perinde id sit ac si extraneæ personæ  
paciscatur<sup>17</sup>: propterea quod nondum dominus est is, cui pa-

ciscitur,

f. D. eod.

g. I. si tibi. s. alt. vel libi.  
h. I. per quos.  
D. eod.

i. I. si tibi. s. vlt. cum i. j. f. q.  
D. eod.

k. I. si vult. s. f. D. eod.

ciscitur, ac nec iuris quicquam habere intellegitur. Sed si gen  
eraliter pactus sit ne petatur, vel, ne ab hereditate petatur,  
pactio valebit, & hereditati interea, quæ defundit personam  
iustinet, quæ sita paeti utilitas ad heredem postea adiuntem  
transferetur: lacente enim hereditate seruus vniuerso heredi  
tatis iure continctur, & ceteratum rerum hereditariū exem  
plo dominani hereditatē habet<sup>3</sup>. Proinde omnia sibi utiliter  
stipulatur, præter ea quæ personam, personæq; factum decide  
rant<sup>4</sup>. Quintam si proprio nomine non expresso heredi  
turo seruus pactus sit, admittendum est pactionē valere<sup>5</sup>, quæ  
in id tempus consertur, quo heres adebat: cuius aditio, quanto  
cumq; post intervallo secuta, retro tamen ad mortis tēpus tra  
hitur<sup>6</sup>, & quæ interim gestæ sunt, confirmari. Nec tantum per  
seruos nostros, sed & per eos, quos bona fide possidemus, no  
bis pacti exceptio adquiritur<sup>7</sup>; quia te nostra adquiri nobis  
videtur, cum obligatione liberamur<sup>8</sup>. Quamobrem & ex  
serui fructuarij vsumfructum pacto ei qui vsumfructum vel vsuma  
tantum habeat, adquiritur<sup>9</sup>. Quod si ne à se petatur seruus  
pactus sit, inutile pactum esse Paulus ait<sup>10</sup>: Ego existimno ma  
gi's inane & derisorium esse, quām nullum: quia nec à seruo  
aliās peti potuisse, quo cum nec actio est<sup>11</sup>, nec iudicium  
conficit<sup>12</sup>. Verbum enim petendi hīc, ut aliās ferē semper, ad  
iudicia referendum est<sup>13</sup>. Sed quamquam paeti exceptio ex  
eiusmodi serui conuentione domino non detur<sup>14</sup>; doli tamen  
competitur in Pauli probat: è contrario si filius familiās ne  
se petatur, pactus sit, non æquè inane pactum est, qum in fi  
lium utiliter actio competit<sup>15</sup>: & hęc pactio patri & de pécu  
lio, vel in rem verso, vel quasi defensor filij conuenientur, nec  
non & heredi quoque eius viuo filio proderit, post filij mor  
tem nulli proderit: quia personalis est<sup>16</sup>. Ex diuerso autem  
his qui in nostra potestate sunt (nisi q̄t heredibus pacifera  
mus<sup>17</sup>) paciendo proderet non possumus: sic ut directa  
pacti exceptio adquiratur. Doli certè ex quo, & bono p̄ceptio  
pactio accommodabitur<sup>18</sup>; quæ deficitur pacti exceptione  
plenusque competit<sup>19</sup>. Heredibus certè nostris patrī nos  
posse, & vel vni ex his consulere, non dubium est<sup>20</sup>. Nee huic  
simile est, quod si se & heredem suum Titium daturunt: quis  
sponderet, non obstante rem minus xp̄phete des Titio adip

1. I. præcia. in  
2. sp̄. p̄. D. d. l.  
3. F. l. c. l.  
4. m. L. quod ser  
5. uos. in f. D. de  
6. stipul. fera.  
7. n. l. v. usfru  
8. etus. Q. de sti  
9. pul. fera.  
10. g. L. ex re. f.  
11. v. d. seru' he  
12. r. ereditariū. D.  
13. de sti. seru.  
14. p. L. heres quā  
15. d. docit. D. de  
16. seq. ben.  
17. q. I. adquirē.  
18. r. species. D.  
19. de acceptil.  
20. s. l. si i. dabi  
21. tor. D. debet.  
22. l. sed & t. i. d.  
23. D. de sti. f. ll.  
24. species. g. n. e  
25. per heres. &  
26. ibi. Theoph.  
27. per quas p̄f.  
28. nob. oblig.  
29. t. & herē  
30. d. & de p̄ct.  
31. u. L. c. seru.  
32. de regula.  
33. z. Lienus. C.  
34. de iudic.  
35. y. l. amplius.  
36. D. de ratiab.  
37. l. si quis sti p̄  
38. latu. D. de so  
39. l. l. l. l. l. l. l. l.  
40. z. L. i. d. c. con  
41. tristib. D.  
42. d. i. i. i. i. i. i. i.  
43. e. 1. adquirē.  
44. f. 1. c. ll. seq.  
45. de p̄ct.  
46. b. l. auus. D.  
47. de p̄ct.  
48. c. l. l. i. b. f. fi  
49. pactus. l. & he  
50. redi. f. nos au  
51. t. D. de p̄ct.  
52. d. d. l. & here  
53. di. f. l. li. auus.  
54. e. l. r. scriptū.  
55. f. l. l. d. p̄ct.  
56. g. l. l. l. D. deb.

g. Item qd. Ati tenentur<sup>b</sup>, quoniam ex defuncti persona obligantur; quam vna cum Tilio representant. Ceterum non vt qui se datum promisit, heredes quoque suo<sup>s</sup> obligatos relinquit, ita qui ne à se petetur pactus est, heredibus liberationem quærit: quorum vni dumtaxat prouidere cum, quemadmodum & vnum legatis onerare<sup>b</sup>, nihil vetat. Sed hoc tum admittendum erit, cum disertè vni ex heredibus defunctus cauit.

h. Legatorib.  
g. vlti. l. Tilio.  
j. Lucius. l. cū ab uno de leg. et i.  
Alioquin enim coheredes exceptione veterentur. Quinimo si vni tantum pactus sit quis, quod eum solum heredem sibi extitur<sup>a</sup> putabat, suscepitis postea liberis, & heredibus testamento relictis exceptio proderit, propter verisimilem pacientis voluntatem<sup>b</sup>, qui heredi cauere in animo habuit: plures expressurus, si plures habiturum se presensisset. Tutorum etiam<sup>c</sup>, curatorumq; pacta pupillis, furiosis, prodigis prouunt. Eadem causa est eorum, qui societatibus prouunt. Horum enim pactiones sodalitatibus proficiunt<sup>a</sup>. Quinetiam procurator pactus ne à domino petatur, ci doli exceptionem adquireret<sup>b</sup>, quamquam obligationem vix vñquam adquirat<sup>b</sup>. Denique & reus Ne à fideiussore petatur, recte paciscitur, cum non tam alij adquirere, quam ipse sibi consulere videatur<sup>a</sup>.

i. Teste patrum. g. vlti. de pact.  
k. Arg. si vni quam. Cade re uoc. don.  
l. L. tutoris.  
D. de pact.  
m. Lobata. in suprin. Deod.  
n. Litam magistr. D. de pa  
tio.  
o. Ivescripti.  
g. vlti. cum L seq. Deod.  
p. I soluti. g. per liberis. de pig. et.  
q. l. v. v. s.  
z. D. de pact.  
r. d. l. v. v.  
s. ante oia.  
t. l. s. g. si li  
politan. de ver  
bor. obl.  
v. d. l. v. v.  
s. g. cū mili.  
a. l. D. quod cerloc.

Atque vt cum alio facta conuentio alij neque nocet neq; prodest, ita nec in alia re facta ad aliam trahitur<sup>a</sup>. Planè si decem debitor pactus sit cum creditore, ne viginti petat, in decem exceptione se tuebitur: quoniam qui viginti se non petitum promisit, re ipsa quoque pactus sit, ne decem petat<sup>a</sup>. Sed si viginti debeantur, & de decem pactus sit, reliqua decem petenti exceptio non nocebit<sup>a</sup>. Decem verò aut Stichum stipulatus, si de Sticho pactus sit, nec decem recte petet: quandoquidem illius aut illius rei promissio ad alteram tantum præstandam promissorem obligat: & siue soluta vna, siue acceptolata, siue in iudicium deducta fuerit, siue de ea non petenda pactum intercesserit, in summa, quoquomodo creditoris voluntate ab obligatione altera exempta sit, tota obligatio consumitur, & ab altera liberatio contingit. Nam vnius certe morte ante moram in accipiendo factam contingente non tollitur obligatio, sed in ea quæ superest consistit, quoniam reo competens electio altius morte finiatur<sup>a</sup>,

nec

nec creditor satis accepisse hoc ut in superioribus speciebus videatur. At si alicui incertus homo ita debeat, ut ad eum electio pertineat, ex legato forte, & pactus sit, ne Stichum petat, Stichum quidem petenti exceptio obiecietur, contraria atque si Stichum repudiasse cum proponeremus. Homine enim legato frustra Stichus repudiatur<sup>x</sup>, qui ante optionem ad nos non pertinet, eligiq, adhuc potest, pacto vero non inutiliter remittitur. Idq, ea ratione contingit, quam in hoc tractatu notaimus, quod repudiatione ea tantum amittantur, quae nobis eo ipso tempore competit, quo repudiantur<sup>y</sup>; pacto vero etiam spes iuris abdicari possit<sup>z</sup>. Et ideo is cui homo legatus est, Stichum ne petat pactus, Stichum postea pertinentis exceptione repelletur: alium vero quemlibet hominem electionis sibi competentis iure petenti exceptio non obstat. Itaque in hac obligatione vbi electio debitori competet, idem quod in disunctione admittendum esse iuris ratio, ne ductus crederem<sup>a</sup>. Quod enim inuitu solui potuit, quare non pacto remissum liberationem pariet? Et alioquin quae utilitas pacti esset, cum ad eum hominem soluendum absque eo cogi non potuisse<sup>b</sup>. Et ita Paulum<sup>c</sup> interpretandum multi summi iudicij viri sentiunt: quibus accedo. Justo pacto naturalem obligationem ipso iure tolli Paulus ait<sup>d</sup>. Iusta autem pacta sic accipio, quae rationi & aequitati consentanea sunt: quaeq; eiusmodi sunt, ut a pretore seruari debeant, id est neque vi, neque metu, neque dolo malo extorta, neque contra leges, plebiscita, Senatus consulta, principium constitutiones, edicta, neque quo fraus cuiquam eorum fiat, facta.<sup>e</sup> Nam ut illis assentiar, qui iustum pactum legitimum interpretantur, adduci nullo modo possum, cum & iusto pacto iurisrandum comparetur<sup>f</sup>, & iurisrandi iusta esse conuentio dicatur<sup>g</sup>: Quod ad ius ciuale planè referri non potest, quia nec lege aliqua iurisrandi conuentio confirmatur, & pratoris dumtaxat iurisdictione sustinetur, qui exceptionem iurisrandi interposito tribuit<sup>h</sup>, aut si ad obligatum pertineat, actionem<sup>i</sup>. Magis est autem, ut & in superiori loco & alijs omnibus auctorum nostrorum locis<sup>j</sup>, iustas conuentiones intellegamus, quae turpes improbaq; non sint, quae ab aequitate naturali, ad quam potissimum redigenda sunt, non er

<sup>x</sup> L. homine.  
D. de opt. leg.

<sup>y</sup> L. §. decre  
talis. D. de sue  
cessed. l. si illa  
scriptum. §. si  
sub condicione  
de leg. ij.

<sup>z</sup> l. & here  
di. §. filia. l. m.  
D. de pac.

<sup>a</sup> Arg. l. & p  
influrand. §.  
si is qui horum  
dem. D. de ac  
ceptil.

<sup>b</sup> l. iu. d. l. si  
vnu. §. sed si  
generaliter.

<sup>c</sup> Stichum.  
§. naturalis. D.  
de solu.

<sup>d</sup> L. iurisgen.  
§. prator. ait.  
D. de pac.

<sup>e</sup> In d. §. na  
turalis.

<sup>f</sup> l. si quis ei  
creditor. D.  
de iure iuri.

<sup>g</sup> §. & quae si  
creditor. Inst.  
de excropio.

<sup>h</sup> Instut. de  
actio.

<sup>i</sup> l. cum em  
ptio. D. de re  
fusio. vendit.

cedant, quo modo & pactum illud, quo canuehit, ut pecunia intra dicta certum non soluta iudicatis debitor satis faciat, & item illud, quo placuit, ut tributa praedii pignori nexi debitos pendat, quod ad ipsos, qui pacti sunt, attinet, iusta esse, & quod seruanda lare consulti dicunt<sup>k</sup>, quod scilicet aequitate conuentio[n]is nitantur, neque legibus repugnant, nec vilam turpetm causam contineant. Non quod legis alicuius auctoritate firmentur. Atque ita etiam iustam causam conuentio[n]is<sup>l</sup>, & iustam exceptionem<sup>m</sup>, dicunt. Vt quis restat scrupulus, qui multos male habet, quod ipso iure pacto naturalem obligationem tolli Paulus ait<sup>n</sup>. Quod certe si subtilem verborum obseruationem, quam initio huius libri exposuit, sequamur, vix confisteret quoniam ipso iure ciuii pactum obligationem non tollit. Sed hoc ita a Paulo interpretatur; dictum est, ut vim ipsius naturalis obligationis pacto, aequo iustoq[ue] interposito tolli significet, nec vias iam eius reliquias superesse. Nam neque soluta postea pecuniae repetitio inhibebitur, nec compensatio ex pristina obligatione admittetur, nec ei fidei sui rottet accedit, nec pignus in eam causam datum tenebit: quae sunt naturalis obligationis clarissima iudicia<sup>o</sup>. Ispo certe iure ciuii tolli non sensit, qui conuentio[n]is aequitate hoc fieri sublinxit: quam solam sine ciuilis iuris consideratione spe etari hic oportet. Non enim iuris ciuilis potestate, quod sit in stipulationibus & legitimis conuentio[n]ibus, sed contraria conuentio[n]is aequitate, naturale vinculum dissolu[i] subdit:

1. Omnia verborum questione, maneat illud, Pacto conuento isto exceptionem acquiri, qua qui totus postea per errorem soluerit, indebiti conditionem habebit<sup>p</sup>, si modò pactum perpetuum est. Nam si ad certum tempus pactio facta sit, soluti ante tempus condicione non magis dabitur, quam si debitor ex eius soluisset<sup>q</sup>. Non tantum autem, si difertur pactus si eroditur, sed & si debitori suo cautionem reddidisse, propositura debitori exceptio est, quasi radito consentit coherenter, ne eroditor perat: aliter atque pignore redditio statutur<sup>r</sup>, ex cuius redditione cum alia nascatur utilitas, remissi debiti conjectura numquam capietur. Quae una ex chirographi redditione utilitas singi potest. Eadem differentia & in testamentis seruat<sup>s</sup>, ut si debitor in suo decedentibus quis

<sup>k</sup> I. iure pa-  
ctum. s. i. cest  
stipula. s. p. 20.  
D. de pact.

<sup>l</sup> Si conuen-  
tit. D. de pact.  
m I. Marcell-  
lus. D. de reg-  
iur.  
n d. s. natu-  
ralis.

<sup>o</sup> I. natura-  
les de oblig.  
& act. henn.  
D. de comp[re]-  
hensione  
naturaliter.  
in fin. prim. de  
cond. inde. I. I.  
D. de fidei sui

<sup>p</sup> I. q[uod] homi-  
nem. s. viii. de  
soluto.

<sup>q</sup> I. suffici.  
D. de condi-  
tione.

<sup>r</sup> I. 1. D. de  
pacto.  
s. I. 2. D. de  
pacto.

<sup>t</sup> I. 3. D. de  
lib. leg.

quis chirographum legauerit, pro libertatio*ne* legata id sit: pi-  
gnore vero legato non ita. Redditum certe debitori *contra*  
creditoris voluntatem chirographum, creditori debit*em* pe-  
cunia*m* petitionem non adimit<sup>a</sup>. Nihil vero ad pacti utilita-  
tem necesse est pacificandi causam exprimi. Hoc enim in  
cautionibus dumtaxat, quae ad obligandum pertinent, exigitur  
in pactis non locum non habet, cum quibus certa ple-  
rumque res & indubitate ex liberalitate remittitur<sup>b</sup>. Hęc de  
pactis, quae liberandi causa interponuntur, dicta sunt. De re  
liquis aliis nobis est ad dicendum constitutus locus.

u. Lquod de-  
bitori. C.de so-  
luto.

L I B E R A R I etiam testamento debitor potest. Ut ille  
enim quacumque ex causa obligato debitori, siue ex contra-  
etu, siue ex delicto eum dare facere oporteat, liberatio lega-  
tur<sup>c</sup>. Nec nostro tantum vel heredis nostri, sed & cuiuslibet  
alterius debitori per fidicommissum liberatio relinqui po-  
test<sup>d</sup>. Quae res nullam alieno creditori iniuriam facit<sup>e</sup>: he-  
redem dumtaxat onerat, qui re ipsa tantam pecuniam infer-  
re damnatur, quantam legatarius debet. Et vel his, qui ho-  
norario tantum iure adstringuntur, liberatio recte legatur. Sic  
enim patri, quodrum ex filiis contractu honoraria de peculio  
actio est, liberatio relinquitur, ut legatum, et si die eius  
cedente nihil in peculio fuerit<sup>f</sup>, quam potuerit rei iudicandae  
tempore aliquid esse: quod tempus in actione de peculio  
obsequandum esse placet<sup>g</sup>. Similiter si marito dotis liberatio  
legetur, legatum valet, licet die eius cedente facere maritus  
nihil possit: Tanto magis, quod hic nihilominus debitor  
est, quamquam soluendo non sit, usque adeo, ut eius quod  
vitrā quam facere posset, soluerit, conditionem non ha-  
beat<sup>h</sup>. Ideoque liberationis coinmodum sentiens, longè magis  
legatarius habendus est, quam pater, cui tum cum in peculio  
nihil esset, liberatio est relata. Quem propterea quod non  
dum debeat, nec nisi propter spem futuri peculii ex legato  
commodum percipere possit; legatariū esse absolutē Try-  
phoninus non definit, sed hoc in pendenti esse statuit, peti-  
nde ac si qua alia causa incertam ad dubiam spem legati fac-  
ret. Atque hac quidem in parte in certe Accursius lillianum lu-  
lianum aduersantem facit<sup>i</sup>; quem hoc dicere male existimat,  
marito, cui libertatio legata est, soluti per currens conditionem

x. I. cūm de-  
ind. debito. in fi.  
D. de probat.  
Iz. & circa. D.  
de dol. excep.  
y. I. t. D. de  
transfatu.

z. I. 95. vle. si  
ei. D. de liber.  
leg.  
a. I. non fo-  
lium. ij. D. de li-  
ber. leg.  
b. Argum. f. si  
Stichum. in fi.  
D. de nouatio.

c. I. si q. reū.  
d. idem lillian-  
us. alia i. si  
filiusfa. D. de  
liber. leg.  
d. I. quafitū.  
D. de pecul.

e. I. quod no-  
mine. n. & si  
cum maritus.  
D. de cond. in-  
deb.

f. I. videanq;  
D. de lib. leg.  
g. Id est I. si  
filiusfa. D. de  
lib. leg. quan.  
si no fortenu.  
d. adp. Q. de  
cond. q. q;

nem denegari. Quod Iuliano numquam in mentem venit qui vt legatarium proberet esse maritum, cui eo tempore, quo facere nō poterat, liberatio est legata, hoc pro ratione assert, non eo minus omni iure maritum debere quod soluendo non sit: in tantum vt solutæ quantitatis eo nomine repetitionem non habeat<sup>b</sup>. Quamquam humanitatis causa ei indulgeatur, vt etenim exigatur, quatenus salua dignitate sacre potest. Contra atque (vt bene Marcellus Iulianum notans animaduertit<sup>1</sup>) in patre dicendum sit, qui tunc cùm in peculio nihil esset, pro filio soluit: hic enim cùm ex filij contractu ciuiliter non obligetur<sup>k</sup>, sed prætorio dumtaxat iure haec tenetur, quatenus in peculio est<sup>l</sup>, indebitum soluisse existimatur: & ideò repetit. Ceterum post legatam liberationem à marito solutam pecuniam condici posse Iulianus illic non negat. Et aliás<sup>m</sup>, non obscurè significat, atque adeo aperte ostendit, ex liberationis legato exceptionē perpetuam queri, quæ postea per errorem soluti conditionem tribuat. Sed de his satis. Etiam fideiussori suo debitor liberationem rectè legat, tametsi creditori à debitore eo modo legari videatur, quod futurum sit, vt soluta à fideiussore pecunia mandati heredes obstringantur. Sed cùm fideiussoris interdit pecuniam retinere potius, quam solutam repetere<sup>n</sup>, non bene eius legati commodum est, ex quo vltro agere vt liberetur fideiussor, potest<sup>o</sup>. Debitori sanè, qui se perpetua exceptione tueri possit, inutiliter liberatio legatur<sup>p</sup>. Nec enim debere videtur, qui perpetua exceptione submovere petentem potest<sup>q</sup>.

<sup>h</sup> Loam & si  
maritus D.de  
cond indeb.

<sup>i</sup> In d.J. & fi-  
lius fam.

<sup>k</sup> I.an iniuri-  
lis. in fi. D.de  
acceptil.

<sup>l</sup> s. actions  
autem Inst.de  
actio.

<sup>m</sup> d. si non  
sonc. g. adeo.

<sup>n</sup> L si stipula-  
tus. D.de fide-  
iussor. Lideo.  
D.de cōpensā.

<sup>o</sup> L si debi-  
tor. D.de lib.  
leg.

<sup>p</sup> L si credi-  
tor. D.de lib.  
leg.

<sup>q</sup> L creditor.  
D.de verb. fig.

<sup>r</sup> L. l. si ei  
cui. D.de lib.  
leg.

<sup>s</sup> L. s. s. donec  
de effectu. de  
liber. leg.

<sup>t</sup> Illeg. si. D.  
de liber. leg. l.

<sup>u</sup> s. si debito-  
ri. D. ut in pos-  
sess. leg.

<sup>v</sup> L. s. D. de li-  
her. leg.

<sup>w</sup> L. s. D. de li-  
her. leg.

<sup>x</sup> L. s. D. de li-  
her. leg.

<sup>y</sup> L. s. D. de li-  
her. leg.

<sup>z</sup> L. s. D. de li-  
her. leg.

<sup>aa</sup> L. s. D. de li-  
her. leg.

Nunc quis sit legatae liberationis effectus, videamus, eo ante præmisso, quod nihil interest, prohibeat quis heredē suuū non exigere, damnet non petere, iubeat liberare, aut debitori ipsi id quod debet leget<sup>1</sup>, cùm his omnibus modis debitori liberatio præstanda sit: nec exceptione tantum dol, si ab eo petatur, se tueri, sed & vltro agere, vt accepto liberetur: aut pacto, si ad alios liberationem porrigi testator noluerit<sup>2</sup>, & velut fideicommissum vt libereatur, petere possit<sup>3</sup>. Et quidem si à reo non petere heres damnatus sit, ne à fideiussore quidem eius rectè petet<sup>4</sup>, propterea quod cùm fideiussor conuenitur, vi ipsa cōueniri reus videtur<sup>5</sup>, qui de refudenda pecunia

pecunia tenetur, ut aliter ex legato commodum sentire non possit, quam si fideiussori quoque liberatio proficiat. Proinde acceptilatione hic erit reus liberandus, etiam si qui ab eo petere veritus est, damnatus sit, quod fideiussor eius debet, Titio præstare. Quo casu cum reo liberato & ipse fideiussor obligatione dimittatur, litis estimationem legatario præstare heros cogitur<sup>z</sup>, quasi facto eius fideiussor liberatus sit<sup>x</sup>. Si tamen donationis causa fideiussor vel pro inuitu, vel in rem suam intereesserit, pacto erit reus liberandus<sup>y</sup>, nullum damnum passurus, licet a fideiussore petatur, qui solutæ pecuniae nomine ad eum non sit recursus<sup>z</sup>. E diuerso, si fideiussori liberatio legata sit, non eo minus a reo recte petetur<sup>a</sup>. Igitur pacto fideiussor erit liberandus, nisi vel verè reus, vel socius reus fuerit<sup>b</sup>. Secundum hanc si vni ex duobus reis debendi testamento liberatio legetur, si quidem ei soli consultum testator voluit, & socij non sunt, pacto: si socij sint, acceptilatione liberatio præstabitur<sup>c</sup>. Cum enim societas inter reos intercedit, non potest vni legati utilitas præstari, quin & socio proficiat, & ab ipso peti videtur, dum a correco petitur<sup>d</sup>. Proinde si duos reos liberare heres iussus est, & alter ex his capere non potest, nec vlla est inter eos societas, delegari debebit is qui nihil capit, ei qui capere potest. Ita enim effectum legati sentiet, cui solidi liberatio est legata. Si socij sint, acceptilatione qui capit, liberabitur, atque ita propter eum & ille qui capere non potest, per consequentiam dimittetur<sup>e</sup>. Sic enim plerumq; ex socij persona consequimur, quod ex nostra consequi non possumus<sup>f</sup>, cum videlicet vtriusque causa ita commixta est, ut separari non possit<sup>g</sup>. Patri, qui pro filio fideiussit, si liberatio legetur, ut fideiussor pacto liberabitur, non etiam de peculio tamquam pater, nisi & hoc testator voluerit<sup>h</sup>. Quo casu, post filij etiam emancipationem, patri in id actio competet, ut eo liberetur quod de peculio vel de in rem verso actione fuerat præstaturus. Filio verò inde liberatio peti non poterit, cuius obligatio separatam causam habet, cum nec patris ultra intersit, quam ut eo quod heredi præstaturus fuerit, liberetur<sup>i</sup>. At ex contrario si filio liberatio legetur, acceptilatione is liberandus erit, ni aliud testator senserit. Quæ res & patri proficiet, qui ex filij persona honoraria actione conuen

y. I.6. damna-  
tus. D. de lib.  
leg.

z. Argu. qui  
duos. D. de le-  
gar. ij.

a. I.7. D. de li-  
ber. leg.

b. I. quod di-  
ctum. D. de pa-  
tit. I. 6. §. 6  
passus. I. si pro-  
reco. D. māc.

c. I. 8. D. de li-  
ber. leg.

d. I. 7. D. de li-  
ber. leg. I. sed  
et si. D. de pac.

e. I. 4. §. name  
de efflu. D.  
de liber. leg.

f. I. si duo. D.  
de arbitr. I. 7.  
D. tē rathab.

g. I. 6. is qui  
duo. D. de li-  
ber. leg.

h. I. 6. cōmu-  
nē. D. quæd.  
seram.

i. I. si sponsus.  
§ generaliter.  
D. de donat.

inter vir.  
k. I. 6. §. vlt. D.  
de liber. leg.

l. I. 7. in prin.  
& §. 1. D. eod.

m d.l.s. §.ii conueniri potuisset<sup>m</sup>. Non multum enim pater ab accessore  
quis reum.  
n l.cū filius.  
f.al.i filius a.  
an filius a de  
verb. obbl.

distat<sup>n</sup>, cùm suo nomine non teneatur. Illiusque exemplo  
etiam iuuari cum non repugnante æquum est testatoris vo-  
luntate , liberatione ei legata , cuius nomine in euni actio  
competijsset.

o l.2. l.si qd  
in testamēto.  
D.de lib.leg.  
p l.s. §.tale.  
D.cod.

Herede porrò petere prohibito nec heredis heres petere  
poterit<sup>o</sup>. Sed nec à debitoris herede roste petetur , si in rem  
concepta sint legati verba : alioquin si personæ eius, cui relin-  
quitur, liberatio cohæreat, ab herede petetur<sup>p</sup>, veluti si ita te-  
stator scripserit , *Heres meus à solo Titio ne petito*. Vel ita,

q l.Aurelio.  
D.cod.

*A Titio, quamdiu viuet, exigī nolo*<sup>q</sup>. Perspicuum est enim  
vtroq; casu soli debitori prospicere testatorem voluisse, cuius  
morte liberationis commodum euanscit. Quamquam ab-  
tem rationes à tutore, curatore, negotiotum gestore, procu-  
ratore exigi testator vetus erit , nihilominis tamet quod do-  
lo fecisse vel ex rebus testatoris penes se habere arguentur, id

r l.9. §.ii he-  
res. l.Aurelio.  
in fil. Aureli<sup>r</sup>.  
§. Mzvia. D.  
de liber.leg.  
s l.si quis ra-  
tiones. l pro-  
curator. l.vk.  
g.inter. D.co.  
t l.cū n tale.  
g.s. io si. D.de  
cond. & dem.  
l.B. servas ve-  
ritatis. D.de le-  
git.j.  
u l.si quis ra-  
tiones. in filo.  
D.cod.

eis remissum intellegetur<sup>r</sup>, nec reliqua exigere, debitamue ex  
contraq;ibus tutorio aut procuratorio nomine gestis pecu-  
niā repeteret, charta sue in quibus rationes conscriptæ sunt,  
petere heres prohibebitur<sup>s</sup>. Et omnino simpliciter reddendarum  
rationum necessitate remissa , culpa remissa intellegi-  
tur, non etiam dolus<sup>t</sup>. Quod si quis reliqua & qua fraudu-  
lenter gesta fuerint , remittere velit, damnare heredē debet;  
quidquid illa vel illa exegerit, id ei restituere, vel actionem re-  
mittere. Ita enim & qua fraudulenter admissa fuerint, vi ipsa  
remituntur<sup>u</sup>. Itaque & heres damnatus aliquem liberare;  
quod is negotia defuncti gesserit , & si quid ex ea causa cum  
date facere oportet, id ab eo exigere prohibitus, ne creditas  
quidem ex administrationis ratione pecunias ab eo exigere

v l.cū ita.  
D.cod.

poterit<sup>v</sup>. Sed etsi patrem actione tutelæ liberari filius voluer-  
it propter naturalem affectum, pecunias quoque ex vendi-  
tionibus rerum consecutas, velex nominibus exactis in eius  
vñus veritas, remissas accipimus, si non aliud filium sensisse he-  
redes manifestis argumentis probent<sup>w</sup>. Liberatione colono-

y l.Aurelius.  
§.Titius testa-  
mento. D.de  
liber.leg.

relicta , si iure locationis heres quid retineat , ex testamento  
obligabitur : & agi cuni eo potest , vt non illatarum pen-  
sionum & contulacionis liberatio præstetur<sup>z</sup>. Non tantum au-  
tem quod testamenti tempore debebatur, sed & quod ex  
summa

summa debita usurparum nomine postea accesserit , liberatio-  
nis legato ceder , cum totam debiti causam , omnemq; obli-  
gationem dissolui testator voluerit <sup>a</sup> . Planè si postea nouatio-  
ne facta ampliata summa sit , id tantum quod ex vetere con-  
tractu debebatur , si tamen mansisse in voluntate testator pro-  
babitur , legato comprehendetur . Vix enim est , ut non huius-  
modi nouatione recessisse à priore voluntate videatur <sup>b</sup> . Am-  
pliata vtique summa perinde ac nouum quodlibet post testa-  
mentum debitum contractum , utiliter à legatario petetur .  
Etenim quæ post legaram liberationem credita sunt , in lega-  
tum venire non possunt , cuius in præsens vel in præteritum  
verba conferuntur <sup>c</sup> . Itaque sic statuamus . liberationem lega-  
tam ad ea tantum quæ testamenti tempore debentur , non  
etiam quæ postea deberi coeperint , pertinere , nisi ea accessio-  
nis duumtaxat loco sorti addita sint <sup>d</sup> . Quamquam autem Sti-  
chum aut decem stipulatus , heredem dumtaxat decem non  
petere damnauerit , tota tamen obligatione debitor erit li-  
berandus <sup>e</sup> : quæ cum ad alterum tantum præstandum debi-  
torem obstringat , altero vel soluto vel acceptolato , vel si de-  
co non petendo pactum intercesserit , tota tollitur <sup>f</sup> .

Liberatio legata ita effectum habet <sup>g</sup> , si in diem mortis  
obligatio manserit . Quod si à debitore , dum testator vivit ,  
exactum vel sponte solutum fuerit quod debetur , aut alias  
eo nomine satisfactum , extinguitur legatum . Sed &c si heres  
debitorem suum liberare rogatus sit , quod ante apertas tabu-  
las exactum fuerit , fideicommisso non comprehendetur . Pro-  
babiliter enim potuir heres nondum resignatis tabulis , quæ  
testamento continerentur , ignorare : post apertas sanè tabu-  
las , licet ante aditam hereditatem , exactum , cum doli suspi-  
cio heredem urget , reuocabitur <sup>h</sup> . Quinetiam si cum debi-  
tori sub condicione liberatio legata esset , pendente condi-  
cione heres exegerit , (exigere vero oblatæ cauione iure po-  
test) existente post condicione cum eo actio erit , ut quod  
aceperit restituat , aur si litem contestatus nondum ad sen-  
tentiam peruerterit , ut actiones remittat <sup>i</sup> . Huiusmodi lega-  
tario similem facimus eum , cui à pupilli substituto liberatio  
legatur . Quem si ad solutionem pupillus adegerit , intra pu-  
bertatem postea mortuo eo ; ex testamento substitutus tene-  
bitur ,

<sup>a</sup> I. Aurelio.  
§. legatū. L.vt.  
§. Caio. de li-  
ber. leg.

<sup>b</sup> I. vlt. in fin.  
D. cod.

<sup>c</sup> I. Aurelio.  
§. 1. §. Titius  
Sci. de liber.  
leg.

<sup>d</sup> I. Aurelio.  
§. legatum. I.  
vlt. §. vlt. cod.

<sup>e</sup> I. 8. §. 1. D.  
cod.

<sup>f</sup> Lvi vous. §.  
sed si stipula-  
tur. D. de paci-  
g. I. 8. §. libe-  
ratio. D. cod.

<sup>h</sup> I. cum he-  
res. D. cod.

<sup>i</sup> I. 8. io. f. I. 8.  
id quid. D. de  
liber. leg.

bitur, cùm ea quæ secundis tabulis relinquuntur, quasi in pri-  
mjs sub condicione relicta intellegantur<sup>k</sup>. Ceterum quod  
imprudens heredi post aditam hereditatem soluerit, is cui  
testamento liberatio legata est, eius conditionem habet<sup>l</sup>.  
Quæ omnia ita se habent, si in perpetuum & sine temporis  
præfinitione liberatio sit legata. Nam si ad certum dumtaxat  
tempus, intra id quidem nec à debitore, nec ab eius herede  
rectè petetur, sed & viaturarum cursus & obligatione compre-  
hensa poena inhibebitur<sup>m</sup>: post tempus vero ultra neque de-  
bitori, neque heredi eius, neque fideiussori proderit.

**I N H V N C** ordinem etiam iuslurandum resertur. Nam  
qui se creditore deserente non debere iurauit, ipso quidem  
iure obligatus manet. Sed quia iniquum est de periusio que-  
ri, imputareq; sibi debeat, qui ad delationem processerit,  
ideò exceptio ei ex Prætoris iurisdictione datur, qua peten-  
tem creditorem repellat<sup>n</sup>, vt de eo amplius non queratur,  
debitum fuerit nec ne, sed perinde quasi pactio intercesser-  
it<sup>o</sup>, ita & naturalis obligatio tollatur<sup>p</sup>, & pignus liberetur, &  
solura post pecunia condicatur<sup>q</sup>. Eaq; ratione eleganter La-  
berius iuslurandum emplastrum esse æris alieni dixit<sup>r</sup>, cuius  
inuolucro plerumque debiti veritas tegitur. Hæc de iurei-  
rando quantum ad institutum necesse est, breuiter attigisse  
satis est. In aptiorem enim locum totam iurisurandi questio-  
nem reiiciendam censeo.

**T E M P O R E** quoque liberamur, & quidem exceptio-  
nis beneficio, non etiam ipso iure. Semel enim constituta iu-  
re ciuili obligatio, tempore tolli nequit<sup>s</sup>, quod alicui deberi  
creperit, id certis modis deberi desinit, non tempore, non pa-  
cto, ceterisq; lege ad eam rem minimè comparatis modis.  
Sed cùm pactis conuentis stari prætor ratione naturali addu-  
ctus velit, idcirco contra placita post tempus petenti per pa-  
cti vel doli exceptionem occurretur<sup>t</sup>. Itaque & tempore li-  
berati his comparantur, qui satisfecerunt, cùm habeant quod  
creditori opponere possint<sup>u</sup>: vsque adeò, vt datus ab his fi-  
deiussor, quia nulla iam res subsit, cui accedat, non oblige-  
tur<sup>v</sup>, & soluta ab his post tempus per errorem pecunia, con-  
de fideiussor. dicetur<sup>w</sup>. Idemq; in his qui temporali actione tenebantur,  
y. vlt. s. vlt.  
D. r. rat. hab.

k. Ilio ratio-  
ne. s. quod vul-  
go. D. ad leg.  
Falcid.

l. I. si nō for-  
te. s. aded. D.  
de condi. ind.

m. I. 9. in prio.  
L. Aurelius. s.  
centrum de li-  
ber. leg.

n. s. xquæ si  
creditor. Inst.  
de exceptio.

o. I. si quis ei  
debitore. D.  
de iureiur.

p. I. Stich. s.  
naturalis. de  
solatio.

q. Iusluran-  
dum à debi-  
tore. L. vln. D.  
de iureiur.

r. Gell. lib. 16.  
cap. 7.

s. Obligatio-  
rum ferè. s.  
place de ver.  
bor. obl.

t. s. ut si ita  
stipuleris. lo-  
sis. de ver. ob.  
argu. L. 4. D. de-  
serit.

u. I. si pupill.  
in. D. de ad-  
min. tor.

v. I. si quis  
postesq; D.  
de fideiussor.  
dicetur<sup>w</sup>. Idemq; in his qui temporali actione tenebantur,  
y. vlt. s. vlt.  
D. r. rat. hab.

PRÆTEREA qui iudicis sententia absolutus est, liberatur. Potentem enim creditorem rei iudicatae exceptione submouere potest. Sed cum verè debuerit, perperam absolutus nihilominus natura debitör manet<sup>a</sup>. Et ideo solutum non recipit<sup>a</sup>.

Postremò generaliter debitori liberationem competere statuendum est, cum res debita sic ad creditorem peruenire, ut nec possit auocari ab eo, nec ei ob eam causam aliquid absit<sup>b</sup>. Itaque quicumque ex causa lucrativa speciem debent, liberantur, cum ea alicunde ad creditores ex causa lucrativa peruenit sic, ut auctili his nulla ratione possit<sup>c</sup>. Etenim si quo casu ab his eius rei dominium discesserunt sit, non protinus obligatio perinicitur<sup>d</sup>. Atq; hi serè omnes sunt liberationū modi. Nam & capitī ram maxima quād media minutiōne debitorem liberari<sup>e</sup>, non sūni nescius, veluti si deportetur<sup>f</sup>, vel ademptis bonis exulare iubetur<sup>g</sup>, vel in opus publicum damnetur. Sed cum in locū ita damnatorum fiscus publicatis bonis suc-

cedat<sup>h</sup>, actiones quoq;  
in eum transfe-  
runtur<sup>i</sup>.

\*

F I N I S.

- <sup>a</sup> I. Julianus.  
D. de cōd. ind.  
a. Iudic. D.  
cod.
- <sup>b</sup> I. Quorien.  
I. Stichus. §.ii  
creditor. D. de  
solutio.
- <sup>c</sup> I. oēs. D. de  
oblig. & aēt. I.  
non quoq; ūq;  
D. de leg. j.
- <sup>d</sup> I. inter si-  
pulanem. §.ii  
rem. D. de ver-  
bor. obli. I. non  
quocumque.
- <sup>e</sup> I. vlt. D. de  
duob. re.
- <sup>f</sup> I. i. debito-  
ri. D. de fide-  
iūlo.
- <sup>g</sup> I. I. C. de fi-  
deiuſlor.
- <sup>h</sup> I. aſtione.  
§. publicatio-  
ne. D. pro fec.
- <sup>i</sup> I. I. Cad. I.  
Iol. de vi pub.  
I. f. C. de bun.  
procript. I. z.  
D. de capiit. de  
nunut.

*Errata sic corrigito.*

Pag. 3. vers. 16. sit: quod. p. 4. v. 8. sacras litteras. p. 8.  
 v. 9. l. Abesse. p. 9. v. 23. Rutilio, florenti. p. 10. v. 12. Ta-  
 citus. p. 15. v. 29. indices. p. 18. v. 21. lupanari. p. 21. v. 7.  
~~κριτα πολιτειας~~. p. 23. v. 27. ære infecto. p. 26. v. 12. repugnan-  
 te. p. 28. v. 19. exemplum eorum. p. 28. v. 24. non videa-  
 tur. p. 31. v. 23. existimans. p. 32. v. vlt. haberent: idq; non.  
 p. 35. v. 20. dele, scribit. p. 37. v. 4. vir. & hisce. p. 38. v. 20.  
 Alterū ex l. si seruitus. v. 27. Aliud prōmemus. p. 39. v. 27.  
 contextitur. Multisq;. p. 49. v. 28. mōdum faciam. Pli. p. 52.  
 v. 21. dele, vt. p. 55. v. 8. de instruc. vel instru. & sic in reli-  
 quis. p. 57. v. 17. vincit colerentur. p. 61. v. 4. mos au-  
 tem, &c. hic locus ita castigandus. Quo verbo & in hanc sen-  
 tentiam Cornut. in 1. latyr. Persij usus est. Mos, ait, erat vt ta-  
 bernarij, &c. v. 28. rem. In. p. 67. v. 25. appellatio iniusta  
 pron. p. 75. v. 18. arbitrio, extra quam si. p. 76. v. 31. locis.  
 Multos. p. 86. v. 3. controuersa. v. 10. Quinquennalis. Per.  
 p. 92. v. 12. idq; alternis. p. 107. v. 33. dele, &. p. 111.  
 v. 26. itineris, viæ, aëtus. p. 119. v. 4. à fine. sententia. p. 137.  
 v. 4. quoque loco eius. p. 147. v. 3. legis Mamiliæ, & in lege  
 Fabia. v. 4. cum deum.

# Le Priuilege du Roy.



Enri par la grace de Dieu Roy  
de France, à noz amez &  
seaux Conseillers, les gens tenans  
noz Courts de Parlement, Bailliis,  
Seneschaux, Preuots, & autres iusti-  
ciers & officiers de nostre Royau-  
me, Salut & dilection. Nostre bien  
amé Barnabé Brisson, Aduocat en  
nostre Court de Parlement de Pa-  
ris, nous ha hwnblement fait exposer, que par ci deuant avec  
grans trauail, soing & solicitude, il s'est employé aux bonnes  
lettres, & mesmement aux estudes du droit Civil, de sorte  
que continuant tousiours sa vacacion, il en auroit composé  
plusieurs liures : & entre autres, ceux qui sont intitulez en  
cette maniere: *Selectarum ex iure ciuili antiquitatum lib. IIII.*  
*Ad legem Iuliam de Adulterijs lib. singularis. De Solutioni-  
bus & Liberationibus lib. III. De Verborum que ad ius ciuile  
pertinent, significatione lib. XIX.* Lesquelz liures il seroit vo-  
lontiers imprimer, s'il n'estoit retardé par l'ignorance & ne-  
gligence de plusieurs Imprimeurs, lesquelz si tost qu'ils peu-  
vent recouurer un liure nouueau, le r'impriment si incorre-  
tement & avec si mauuais characteres, que l'Autheur d'ice-  
lui n'en sauroit recueillir que deshonneur : requerant icelui  
exposant, sur ce lui etre par nous prouueu de remede con-  
uenable. Nous à ces causes voulans à nostre pouuoit fa-  
uoriser les personnages studieus des bonnes lettres, mesme-  
ment de la Iurisprudence, par laquelle noz subiectz sont main-  
tenuz en repos & en tranquilité, auons à icelui exposant  
permis, & permettons, de faire imprimer les susdis liures, ou  
aucuns d'iceus, partel Imprimeur que bon lui semblera choi-  
sir & eslire, sans que aucun autre Imprimeur ni Libraires,  
sans son expresse permission & congé, puissent de six ans à

conter de la premiere impression paracheuee , imprimer ou faire imprimer , vendre ni debiter lesdis liures , sur peine de mille liures Parisis d'ainende , applicables , moitié à nous & l'autre moitié audit exposant , & de laisie & confiscacion desdis liures ainsi imprimez sans son congé : & des despens , dommages & interestz que en pourroit auoit encouru l'Imprimeur , par ledit exposant choisi & cslu pour l'impression desdis liures . Et outre , voulons & nous plait , que en inserant le contenu en ces presentes , ou l'extrait d'icelles au vrav , à la fin ou au commencement desdis liures impriméz par la permission dudit exposant , elles soient tenues pour suffisamment signifiees & venues à la notice & connoissance de tous Libraires & Imprimeurs , tout ainsi que si nosdites lettres leur auoient expreslement & particulierement esté montrees & significees . Mandons & commandons au premier nostre huissier ou sergent , sur ce requis , qu'il adiourne par devant celui de vous , auquel la connoissance en appartiendra , les infracteurs des presentes , pour se voir condamner es peines susdites , & autrement proceder ainsi qu'il appartiendra par raison . Le tout nonobstant quelconques lettres , statuts , ordonnances de nous , ou de noz predecesseurs à ce contraires : ausquelles & aux derogatoires y contenues , nous auons derogé & derogeons par ces presentes . Donné à Paris le xxi. iour de Fevrier , l'an de grace mil cinq cens cinquante sept . Et de nostre Regne le onzieme .

*Par le Roy , vous Monsieur le Cardinal de Sens ,  
Garde des Sceaux de France , present .*

De Vabres .